






CAPITVLORVM
REGNI SICILIAE
REGALIVMQ; CONSTITVTIONVM
DIVORVM REGVM
FEDERICI, ET PETRI
DILVCIDATIONVM
TOMVS SECVNDVS,

In quo, præter sollemnissimas, ac succinctas Capituli Volentes, & Capituli Optantes repetitiones; vtiles materiæ tum feudales, tum etiam criminales cum nonnullis Regni Pragmaticis concordantes, ac cum multis diuersorum tribunalium, hoc ☞ signo notatis Decisionibus, recensentur.

AVTHORE MARIO MVTA V. I. D.

Ex ipsius proprio originali transumptus, in omnium gratiam, in foro versantibus non inutilis. Cum Summarijs, titulorum, & sententiarum Indicibus amplissimis.



PANORMI

Apud Ioannem Antonium de Franciscis Impressorem Cameralem.
M. DC. XII.



DON IOANNI
DE TORRES OSORIO
DOMINO LICENTIATO,

Abbati Terranæ, ac Iudici Ordinario Tribunalis Regiæ Monarchiæ In hoc Siciliæ Regno Pro sua Catholica Maiestate,

MARIVS MVTA V. I. D. FAELICITATEM.

A NATVRA nobis innata cupido est, Illustrissime, ac Reuerendissime Domine, vt tantũ in communem hominum societatem conferamus, quantum quisque, & ingenio, & opere, ac labore assequi valuerit, quoniam vt Philosophorum monumenta nos docent, omne bonum quanto communius, tanto melius, ideoque cum lucubrationes meas, quas post longam in multis, varijsq; Academiorum Studijs, foris, ac tribunalibus exercitationem peractas, in nouem Capitulorum Siciliæ Regni tomos, suo ordine diuisos, in cõmentaria multa, quasi flores collegerim, & collectos, primum, & quartum hucusque typis mandauerim, vt bono opinor animo, non solum huic nostræ, sed alijs quoque Rebusp. esse poterunt adiumento. Conatus hercle temeritatis, si mihi nihil laudabilitatis quoquomodo subfuisset, ipse profecto non ingenio fretus, sed requisitione pulsus, pariterque concitatus, instinctu illo naturæ, quæ homines, etiam hominum causa procreatos esse voluit, quacumque possem ratione, auxilio fore, dilucidationes tomi huius secundi Diuorum Regum Federici, & Petri Capitulorum Regni in prælum conijcere destinaui, & per molestissimorum laborum tramites in illud tandem perueni, vt indignum putauerim, si recensitis aliorum monumentis, nostram iuris prudentiam sic deiectam relinquerem. Quorum Regum cũ Potentissimus, semperquè Catholicus post multos successor Philippus III. te in tuitionem Regiæ

Monarchiæ in hoc Siciliæ Regno Iudicem ordinarium iam multi sunt anni, elegerit, si maiora commisit, multo magis, & Serenissimorum ipsorum Siciliæ Regum Capitulorum Regni veluti minora protectionem credimus commisisse. Quod si ita est, in huius operis dicatione ad tuam dignitatis accessionem, veluti tanquam Margaritam, & vt gemmarum, & armillarum ornatu, & vt multum splendoris libro conciliaretur, accurere necessitas me vrget, quodcumque inscriptionis argumẽtum sit, nulla erit mihi dubitatio, quin ab omnibus gratiam iniret, & enitesceret. In qua cogitatione, qui melius, quàm tu meis votis satisfacere posset, cui aptius hoc doctrinę genus conueniret, quàm tibi factis, inueni neminem, qui & tuorum Maiorũ & virtutibus respõdisti, qui nec aliunde pendes, sed propria niteris virtute. Reliquum est, vt te orem, vt munusculum hoc exiguum sanè, sed incredibili mentis tuę magnitudini aptissimum, libentissimè, vt cætera similia soles, suscipias, tuæquè authoritatis bono auctum velis, & defensum. Vale.

INDEX
TITVLORVM
CAPITVLORVM REGNI
REGIS FEDERICI.

De



INDEX

ALIVS TITVLORVM CAPITVLORVM REGIS PETRI.

FINIS.

CAPITVLORVM REGNI SICILIAE REGALIVMQ; CONSTITVTIONVM DIVORVM REGVM FEDERICI, ET PETRI DILVCIDATIONVM

TOMVS SECVNDVS,

In quo præter sollemnissimas, ac succinctas Capituli Volētes, & Capituli Optantes repetitiones, vtiles materiæ tum feudales, tum etiam criminales cum nonnullis Regni Pragmaticis concordantes, ac cum multis diuersorum tribunalium, hoc ✤ signo notatis Decisionibus, recensentur.

AVTHORE MARIO MVTA V. I. D.

Ex ipsius proprio originali transumptus, in omnium gratiam, in foro versantibus non inutilis. Cum Summarijs titulorum, & sententiarum Indice amplissimo.

PROOEMIVM.

INTER cætera, quæ Maiestatem regnantis, & Principis imperium conseruare, augere, ac ampliare noscuntur, illa præcipuè animaduertere Principem, & obseruare oportet, vt glorioso primitus benefactori, & summo, de influentia beneficij, gratias referat, non ingratus, & laudes, cum Creatura non habeat aliud, quàm pro meritis respondeat Creatori; si quidem omnis potestas à Domino Deo est, & in manu Dei consistere nullatenus dubitatur, consequenter ad populum suæ gubernationi commissum, Rex ipse, oculos suæ prouisionis aduertat, eumq; sub iustitiæ regula, & beneficiorum gratia dirigat, & substentet: Summũ námque in rebus est bonum, Iustitiam colere, ac ius suum cuilibet ministrare. Decet quoque liberalem Regem, vt abundantiam gratiæ, quam à Superiore accepit, ad inferiores, & sibi subiectos, distribuat, & transfundat, & maximè circa illos offitium Charitatis, & ordinem debitum liberalitatis impendat, quos instantia deuotionis, & fidei virtuosos, & comprobatos agnosceret, & sui

culminis, & dignitatis nouit auctores, persecutores continuos, & perpetuos zelatores, virtutum namque premia tribui merentibus conuenit, & benefitiorum largitione multimoda digniores cæteris anteferre. Ad hoc igitur plena mentis consideratione pensantes, Siciliæ Regnũ, à prioribus diuæ memoriæ Principibus, progenitoribus nostris, ad nos hæreditario iure transmissum, dispositione diuina feliciter, & nuper adeptum, accedente nobis postulatione gratissima, electione celeberrima, & ordinatione firmissima fidelium Siculorum, accepti benefitij memores, benefactorem Deum recognoscimus, & laudamus, & Siciliæ Populum in fidelitate, & prouidentia probatum, multiplici, & peculiari dilectione, statuimus prosequendum, quatenus tam sub seruatione Iustitiæ, quàm exhibitionis multiformis gratiæ, circumspectione Regia constitutus, ingenitæ nobis beneuolentiæ fructum obsequi valeat, priuilegijs, & beneficijs pluribus redundare. Quapropter ad ipsorum salubre regimen Siculorum, ad speciales, & ampliandos eorum fauores, constitutiones, & noua priuilegia ipsis edidimus, atq; donauimus, & ab alijs Regni Siciliæ prædecessoribus nostris hactenus introductas leges, & priuilegia concessa firmauimus, & nostræ Maiestatis authoritate decreuimus perpetuum habere vigorem, prout in nostris constitutionibus Regijs inferius ordinatis in ipsa de cętero Siciliæ Insula valituris, apertissime continetur.

S V M M A R I V M.

Iactantia postponenda est. nu. 1.

Vbertus de Oddo erat comes, & officialis, ibidem.

Librorum cõpositores debent eorum nomẽ in inscriptionibus imponere præter omnem gloriam, aliàs peccant. ibidem.

Gloria mundana non est quærenda. ibid.

Vanitas, cupiditas, & vanagloria fugienda sunt, ibid.

Librorum compositores contraditiones patiuntur nu. 2.

Laus ex ore proprio inanis est, ibid. & quando valeat sub nu. 5.

Perfectum nihil in humanis actionibus reperitur, nu. 3. & 5.

Deum, & Sanctos laudare, & magnificare semper debemus, nu. 4. eisque gratias referre, nu. 5. 13.

Perfectio vera in Sanctis est, nu. 5.

Librorum compositores an & quando possint commendare opus eorum. ibid.

Laus, & gloria Deo, & Sanctis debetur. ibid.

Laudare homines non est simpliciter bonum & quomodo nu 6 cum seq. & nu. 12.

Fideiussisse an dicatur qui aliquem dandum in fideiussorem laudauit, & approbauit, & quando, nu. 7. & seq.

Approbans fideiussorem vel similem personam, an fideiussisse etiam dicatur, & quando, ibidem.

Donare non dicitur, si quis dicat, omnia bona mea sunt vestra, sed est vsus loquendi, nu 8.

Approbatum semel non licet mox reprobare, nu 9. fallit in principe, nu. 10. & ex superuenienti causa, nu. 11.

Laudatio pertinet ad virtutem amicitiæ, nu. 12.

Creatura aliud non habet quam pro meritis respondere creatori suo, nu. 13.

Deus quomodo creauit omnia an per singulos dies singula creando, vel simul. ibid. & nu seq nu 19. 20. 22. 23.

Creare, & facere differunt, nu. 14.

Homo an sit factus cum Angelo quantũ ad materiam primam, ibid. & nu. seq. & an per speciem formæ distinctus nu. 18.

Materia

Materia prima, & angelica natura an, & quomodo sint coaequeua, ibid.

Anima rationalis est forma hominis, & similis Angelis, nu. 15.

Angelus an sit factus simul cum homine; ibidem.

Tecum, dictio, non inducit simultatem, sed similitudinem rationis, ibid.

Homo quomodo dicatur dominari omni creaturae num. 16.

Angeli regunt omnia corporalia, ibid.

Angeli dati sunt nobis à natiuitate in custodiam, nu. 17.

Machina secundum Deum solo verbo dicitur, secundum nos id quod manuali exercitio fit nu. 20.

Chaos erat primordialis materia confusa num. 21.

Mundus non fuit ab aeterno, num. 22.

S. Augustini authoritas praeualet inter Theologos num. 23.

Potestas omnis à Deo est, num. 24.

Rex dicitur à regendo, num. 25.

Imperatoris nomen est magis rigoris, & terroris, num. 26.

Maria virgo sanctissima quare regina vocatur, & non Imperatrix, ibid.

Proximum debemus diligere sicut Deum, num. 27.

Principes seculi debent reddere rationem de iustè, & iniustè administratis, nu. 28.

Animus quotidie ad rationem reddendam debet euocari, num. 29.

Ratio est porta bonae voluntatis, ibid.

Causa est porta iudicij, ibid.

Examen conscientiae pluries in die faciendum, ibid.

Reges sunt executores quodammodo diuinae prouidentiae nu. 30.

Regum, & Principum motus sunt ex celesti arbitrio, ibid.

Reges, & caeteri principes illum gladium materialem dicuntur gestare in auxilium gladij spiritualis, quem habuerunt à S. Pont. nu. 31. & seq.

Imperator Constantinus quando donationem fecit P. Syluestro valida, & vera fuit resignatio nu. 32.

Vassalli deuoti tantum est ac si obedientes, num. 33.

Reges an, & quando benemerentibus conferant largitiones, & beneficia? num. 34. 35. 36. 37.

Paradisus, Infernus. & Purgatorium, quare fuerunt constituti à Deo, ibid.

Remunerari an, & quomodo debeant vassallis Principum, ibid.

Vassalli dannificati pro seruitio Catholicae Maiestatis debent remunerari, nu. 37.

Causam danni dans damnum dedisse videtur nu. 38.

Vassallos habere maxime in copioso numero est dignitas nu. 39. praesertim diuites nu. 40. 41. 42. 43.

Regis gloria est in lata gente, ibid.

Princeps debet curare habere etiam vassallos locupletes, nu. 40.

Baro vnus si habet maiorem numerum vassallorum altero barone, praeferendus est, & maius officium habebit. num. 41.

Episcopus si habet maiorẽ Diaecesim altero Episcopo, maior eo dicetur quo ad offitium nu. 42. & seq.

Cardinalis Episcopus dicitur habere maius offitium altero Episcopo non cardinale, num. 43.

Cardinalatu post S. Pont. non est maior dignitas, num. 44.

Rex nouus semper condit nouas leges num. 45. & seq.

Lex siue priuata siue communis sit noua derogat legi positiuae Romanorum, nu. 46. 47. 48. 55.

Rex potest per legem, & constitutionem nouam ex causa publicae vtilitatis, & ratione suadente, & mutationes hominum derogare legi communi, ibid.

Legum correctio licet non praesumatur, tamen rationalia noua statuta determinant vetera, num. 47.

Leges quandoque ob eius duritiem, & rigorositatem vix obtinent in practica, & nõ seruantur, num. 48.

Reges Siciliae habent iura imperij, & de alijs regibus, nu. 49. 50. 52. 54.

Venetiarum Ciuitas habet iura Imperij, ibid.

Rex Franciae habet iura Imperij, ibid.

Dux Subaudiae habet iura Imperij, ibid.

Marchio Montisferrati vtitur iuribus Imperij, ibid.

Hyspania est prouincia soluta legibus Imperatorum, ibid.

Florentia cum suo districtu non subest Imperatori, ibid.

Senatorũ Ciuitas habet iura Imperij, ibid.

Genua non est subdita Imperio, ibid.

Melitae magnus Magister habet iura Imperij non recognoscens superiorem, ibid.

Reges in regnis suis habent iustiorem titulum quam Imperator in Imperio, n. 50.

Rex praeponitur omnibus Episcopis, Patriarchis, & dignitatibus Ecclesiasticis praeter S. Pont. nu. 51. 53.

Rex in suo Regno potest omnia nu. 52.

Papa est super omnem principatum, & potestatem, cui omne genu flectitur. n. 53.

L. Bene à Zenone verificatur etiam in prin-

cipibus habentibus iura imperij, nu. 54.
Regis omnia præsumuntur quoad protectionem, & iurisdictionem non quo ad proprietatem nisi ex necessitate, soluto precio vel ratione delicti. ibid.
Vassallorum bona an, & quomodo sint dominorum suorum, ibid.
Regis successor tenetur obseruare factum, & leges sui prædecessoris esto quod antecessor fuisset depositus ab offitio, nu. 56. 60. nisi cassarentur per successorem nu. 57. vel nisi essent iniusta, nu. 58.
Statuta iniusta illicita, & inhonesta ipso iure intelliguntur cassa. num. 58.
Leges Romanorum fuerunt facta per 300. annos ante aduentum Christi, nec intelliguntur reuocatæ nu. 59.
Offitialis licet sit depositus ab offitio eius gesta valent, & tenent, nu. 60. 61. 62.
Notarius si sit depositus ab offitio valent eius acta, ibid.
Vicarius si est reuocatus valent facta per eum in officio, nu. 61.
Iudas traditor baptizauit prout alij Apostoli ante passionem Domini, & esto quod fuit postea dannatus, valuerunt eius baptismata, nu. 62.
Princeps solutus est legibus licet secundum eas viuat, nu. 63 fallit in lege feudi nam eum ligant nu. 64. 65.
Feudi leges potius dicuntur consuetudines, siue vsus ibid.
Consuetudines prius fuerunt in mundo quã leges, & non sunt in principis potestate num. 65.
Consuetudines non potest facere princeps in eodem instanti sed ex successiuis actibus fiunt, ibid.
Maiestas, & æternitas conuenit Principi, sicut altitudo, diuinitas, magnitudo, summitas, pietas, mansuetudo, fastigium. nu. 66. 67.
Rex multis epitetis vocatur. ibid.
Reges conuenit esse legatos, & proconsules Dei. num. 67.

INSEQVIMVR in hoc secundo Tomo, Commentaria Capitulorum Regni Regis Federici & Petri II. generalis Locumtenentis ipsius Federici, quæ incipiũt post cap. 117. & iste Rex diuisit capitula in tres libros, quorum primus est ab hoc proemio vsq; ad cap. 7. a septimo, vsque ad cap. 27. sequitur tertius, & dante Domino meliora, & vtiliora, non minus quàm in primo dicemus, præter omnem iactantiam † semper, quę postponenda est per quemlibet librorum compositorem, vt fecit Vbertus de orto, & in d. Tom. 1. dixi in proœmio num. 4. ex Ysern. ibidem citato, & addo eundem in tit. si de inuestic. dom. & vassall. quest. oriatur in principio nu. 3. vbi etiam dicit quod idem Vbertus De orto erat Comes. 1. officialis sicut præses prouinciæ, ita erat ipse in lombardia, & vide omnino Afflict. in fine const. Regni vbi pulchre de inscriptore, & compositore libri, de quo refert non esse extra propositum ponere nomen compositoris in ipsis libris, ne relinquantur authores incerti, & vt alliciat alios ad similes labores, & ne opus alij attribuatur, & ex alijs rationibus, vt ibi per eum, qui subdit peccatum esse authoribus, & compositoribus librorum, quando propter famam, & gloriam mundanam nomen suum in opere inscriberẽt, quia ex charitate, nõ ambitione hæc agenda sunt, esto quod in consequentiam laudem, & gloriam consequantur ex Ioann. Chrysost. super cap. 6. Matth. vbi quod inanis gloria occultè ingreditur, & ex Senec. qui aiebat, nullam esse tam excelsam virtutem, quæ dulcedine gloriæ non tangatur, cum similib. ab eodem Affl. apportatis; & sic nõ mea tantummodo quæram, sed quæ sunt aliorum, sicut faciunt apes de quibus Poeta, sic vos non vobis mellificatis apes, secundum Beatum Io. Chrysostom. in 2. part. Homil. 12. & Ecclesiast. cap. 41. vbi quod scientia abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas, non quod meæ lucubrationes fine ita, prout sunt illæ Afflict. de quibus ipse loquitur in proœmio num. 2. fol. 1. & præter gloriam, prout facit gallina, quæ cum facit ouum, non cessat clamare, donec perpenderit quòd ouum fecerit, & sic ad gloriam non licet, sicut nec ad cupiditatem, nec ad vanitatem, & vanam gloriam vt puta gratia argenti vt ex Phylos. cap. 3. ethicor. ait ipse Afflict. & per Alberic. Rosat. in 1. constit. codic. col. 1. vers. sed opponitur contra Iustitiam, quia scriptum est Prouerb. cap. 17. laudet te os alienum, non tuum, extraneum, & non os tuum, quamuis † realiter contingat illis, qui scribunt semper contradici ab alijs, vt ait idem Afflict. de se loquendo in constit. regni, instrumentorum robur tit. 79. num. 5. ibi, qui me diligunt, exclamant me plusquã sit in veritate, & qui oderunt, locuntur iratè plusquã sit in veritate ex B. Hieronym. relato a Io. Andr. in nouella in Data sexti libri, quæ sunt mihi infolatium

tiā misero, habendo Penates. patior enim
& ego omnium minimus ista naufragia,
sed consolationem accipio à dictis per ip-
sum Afflict. qualescumque enim sunt istę
meę lucubrationes, pro amicis sint, & alijs
propalatæ, relinquendo reliquis consicu-
lis iuristis occasionem alia addendi, vel
diminuendi, quia vt dicit Seneca Epistol.
65. multum adhuc restat operis, multum-
què egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non
peregerunt: & quamuis ego super his no-
uem Tomis iā incęperim, spero, dante Do-
mino, & finire (licet finierim quo ad me)
nescio si sit possibile finire quoad impres-
siones, quia videtur quodammodo impos-
sibile secundum ea, quę ait Galen. 2. de
virtutib. allegatus per ipsum Affl. ex quo
3 de iure legitur quòd nihil † perfectum in
humanis inuentionibus inuenitur per l. 2.
§. sed quia C. de veter. iur. enucl. & ex
Psalm. Dauid, imperfectum viderūt oculi
mei cum concordantib. ab ipso Affl. scrip-
tis loco citato, & latius per eundem in
proœmio dictarum constitutionum fol.
19. nu. 5. & 6. in sanctis solum est perfectio
vt subdam modo.

Diuiditur hoc proœmium in quatuor
partes, in quarum prima per Serenissimū,
& Potentiissimum hunc Regem Fede-
ricum, laudatur D.O.M de beneficijs re-
ceptis, & meritis, quodque omnis pote-
stas à Deo est, & quod Rex debet guber-
nare populum suum sibi commissum, Iu-
stitiam colendo, & ius cuique tribuendo
¶ in secunda demonstrat suam liberalita-
tem, & abundātiam in inferiores sibi sub-
iectos, maximè circa eius deuotos, ze-
latores, & perpetuos amatores vassallos
¶ in tertia quod memor benefitiorum re-
ceptorū per Siculos reddit se promptū ser-
uare populum in fidelitate, & dilectione,
& offert se exhibere multi formes gratias
priuilegia, & beneficia ¶ in quarta, & vl-
tima coeludit edendo ista Capitula Re-
gni, siue Constitutiones in fauorem ipso-
rum Siculorum ¶ ij. ibi, decet quoque ¶
iij. ibi, Adhoc igitur ¶. iiij. ibi qua
propter.

Optimè ergo regalis Maiestas, capien-
do primam partem, incepit suum exordi-
ri sermonem in referendo nedum gratias
sed & laudes immortali Deo, dum in ini-
tio huius proæmij ait, ibi, gratias referat,
& laudes, cui Deo soli laus siquidem con-
4 uenit, ac Sanctis, etenim † vt dicit D. Mat-
thæus de Afflict. in fine const. Regni Nea-
polis lib. 3. n. 4. referendo Gregor. Papam,
ait quod hęc debet esse recta intētio, (præ
cipuè scribentium, de quibus ipse loqui-
tur) & omnium aliorum qualitercumque,
operantium; magnificare Deum, & no-
men Sanctorum eius omni propria vtili-
tate, delectatione, & fama postposita vt
5 per eum, qui pulchra subdit, quibus † san-
ctis vera fuit perfectio, qui contemptis
temporalibus, spiritualibus inhæserunt
secundum D. Tho. 1. 2. q. 99. art. 6. in fine;
isto modo licebit factori alicuius operis
sui commendare opus suum ex dictis per
me in d. nu. 4. proœmij Regis Iacobi loco
citato, D. Thomas latè in opusculo con-
tra impugnantes cap. 3. præsertim quia di
cit Seneca, lauda parcè, vitupera parcis-
simè, vt enim refert Speculat. in tit. de ad-
uocato §. 4. ex qua etiam gratiarum rela-
tione sequitur quod meritorium sit vt sen
tit Rex noster in hoc proœmio, & per
Henric. Bohic in cap. mandata num. 13.
extr. de præsumpt. per l. 1. C. de offit. Præf.
prætor. aphr. & ex psalm. Dauidico 107. &
in cap. 1. de celebrat. missar. dum dicitur,
septies in die laudem dixi tibi, & Eccles.
cap. 24. qui elucidant me, vitam æternam
habebunt, & ex psalm. Laudate dominum
eum infinitis diuinis scripturis, quæ ad-
6 duci possent; sicut e conuersò laudare †
homines, eisque laudes reddere non est
simpliciter bonum, sentit idem Henrj. Bo-
hic in d. cap. mandata loco citato, quia se-
dum Astens. lib. 2. de amicit. post D. Thom.
ait quod aliquando contigit aliquem lau-
dare benè, & malè, prout debitæ circum-
stantiæ vel prætermittuntur, etenim si
quis velit aliquem delectare laudando, vt
ex hoc eum consoletur, ad hoc ne in tribu-
latione deficiat, vel ut bona proficere
studeat alijs debitis circumstantijs serua-
tis, hoc pertinet ad virtutem, per ea, quæ
tetigi paulo supra de laude, & ita in hoc
proposito locutus est B. Ant. in 2. parte
suæ summæ tit. 4. §. 2. referendo illud Iob
cap. 29. oculus fui cæco, & pes claudo, & pa
ter erā pauperū, & quę sequūtur, quia istæ
laudationes, cū simus in tribulationibus
circundati, vel calumniati, aut despera-
tione tentati, ad nostri animationem, &
confortationem licita est laudatio, aut
propter charitatem proximi, V.G. quādo
quis habet prædicare, vel aliqua spiritua-
lia comunicare, potest laudare se ipsum,
& narrare mirabilia, vt audientes imi-
tentur, vtquè doctrina eius efficacius re-
cipiatur, vt post Paul. Beat. Thom. & Io.
Fabr. idem de Afflict. num. 5. & 6. vbi sub-
dit ex commendatione rei vel personę po-
test quis extra iudicium aliquem lauda-
7 re, & dicit ex hoc liberasse † quendā con-
sanguineum, qui fuerat conuentus ex eo

quòd

quod laudauit extra iudicium quendam,
qui debebat recipi in fideiussorem super
facultatibus, & postea repertus fuit quod
non erat ita facultosus per doctrinã Alex.
in l. si verò §. qui pro rei qualitate ff. qui
satisdar. gloss. in l. quod venditor ff. de dol.
Barbat. cons. 8. lib. 2. Bartol. in l. eleganter
§. fin. ff. eod. tit. & in l. cum ostendimus §.
fin ff. de fideiussor. tutor. nam per has do-
ctrinas dicit ibi Affl. fuit determinatum
quod ille non teneretur, & maxime quia
non erat eius offitium approbare fideius-
sores, sed potius illa verba fuerunt dicta
commendandi causa ob eius honorem, ne-
sciens quod ad effectum eum recipiendi
in fideiussorem fuisset interrogatus (sicut
8 dicimus quòd si aliquis dicat † omnia bo-
na mea sunt vestra loquendo magnati per
sonæ, non vtiquè ex hoc donasse sed com-
mendandi causa magis dedisse, videtur, &
est mos, & vsus sic loquendi, ex Bart. in l.
si vero §. cum quidam ff. mandat. quia
sunt verba iactantiæ, & idem dico si fuis-
set dictum cuilibet priuato, vide latè Ia-
son. in l. 1. §. si quis ita nu. 11. ff. de verbor.
obligat. potiusque sunt verba adulatoria,
ac generalia quam obligatoria idẽ in l. si
ita stipulatus sub nu. 5. ff. eod. igitur potest
quandocumque reuocari, dicunt DD. cum
ad nil obliget, Boer. decis. 153. nu. 38. Bar.
in l. generali ff. de vsufr. legat.) quæ faci-
unt ad ea, quæ remissiuè posui in cap. Ri-
tus 128. in fine Tom. 4. & dum essem Iudex
Regiæ Curiæ Prætoris Ann. 1608. interlo-
cutus fui hunc casum in puncto contra
Io. Paulum Pregadeo amicissimum me-
um, & vti patrem honorandum, qui in d.
Curia, & sic in iudicio approbauerat in
pede principalis fideiussionis in scriptis
quendam fideiussorem debitoris per hæc
verba, fideiussit talis de tali, quem appro-
bauit Io. Paulus Prega Deo procurator
M.R.C. & amicus meus bonus senex, nam
ex quo ille fideiussor non comparebat, nec
principalis debitor, qui erant condemna-
ti in articulo cuiusdam causæ oppositio-
riæ, & creditor videbatur delusus, qui
non poterat effectum consequi de sua Iu-
stitia, stante quod, & debitor, & fideiussor
erant absconditi, nec eorum copiam fa-
ciebant, decisi quod aut dictus de Prega-
deo infra breuem terminum oretenus ei
datum, præsentaret dictos fideiussorem,
vel debitorem, aut solueret de proprio,
quia licet ipse amicus, magis amica veri-
tas: nec ista decisio videtur contra deter-
minationes supra positas, nec contra ea,
quæ ait Affl. quia casus Afflicti erat di-
uersus, nam ille approbauerat simpliciter
extra iudicium, & erat ignarus efficaciæ
fideiussionis, non sic in casu meo deciso,
nam approbatio erat in scriptis in pede
fideiussionis, illequè de Pregadeo erat sa-
tis conscius efficaciæ fideiussionis prædi-
ctæ, quia diu versatus penes tribunalia,
& mea decisio fuit à multis Iureconsultis
doctissimis approbata, non obstante quod
ipse de Pregadeo demonstraret se graua-
tum, nam istud miraculum, vt ita loquar,
9 quod semel approbatum † possimus mox
reprobare, non video in iure, sed totum
contrarium, vt notat Abbas, & Imol. in
cap. cum venerabilis opp. 3. de excep. & ibi
Dec. col. vlt. opp. 3. Alex. cons. 103. colu. 4.
lib. 2. Ioann. de Anan. in cap. nulli in princ.
extr. de accusat. Petr. de Anchar. in clem.
1. opp. 2. de concess. præb. cap. accipimus,
& ibi gloss. extr. de ætat. & qualit. de quib.
10 per Boer. decis. 149. nu. 16. solus† princeps
potest hoc facere, motu proprio nempe,
semel approbatum in eodem, & simili of-
fitio reprobare, vt subdit ipse Nicol. Boer.
nu. 18. secundum Abb. in d. cap. cum vene-
rabilis, per cap. in causis, & cap. scriptum
de electione. sicuti, & alia fallentia subdi-
11 tur per eundem de Boer. nu. 17. scilicet †
ex superuenienti causa, quia approbatus
poterit reprobari ex Abbat. Inno. & Imol.
locis citatis per l. sed reprobari, ff. de ex-
cusat. tutor. vbi Alberic. de Rosat. & Bald.
qui ait quod collateralis Potestas, qui
imperitus reperitur potest reprobari, l. vt
gradatim §. reprobari ff. de muner. & ho-
nor. Martin. Laudens. in tract. de off. Princ.
§. 135. Igitur, vt me reducam de digres-
12 sione, ipsa laudatio† pertinet ad virtutem
amicitiæ, facit tex. in cap. tua ext. de ætat.
& qualit, & in d. cap. mandata in princi-
pio, vel ad adulationem hoc fieret, & tunc
si velit aliquem laudare, vbi, vel in quibus
non est laudandus, quia fortasse essent ma-
la, vt habetur in Psalm. Dauid, laudatur
peccator in desiderijs animæ suæ, vt quia
non sunt certa vt ex illo Ecclesiastic. 27.
ante sermonem non laudes virum, vel eti-
am si timeri posset, ne humana laus ad va-
namgloriam prouocetur secundum Eccle-
siast. 11. ante mortẽ ne laudes hominem,
similiter velle placere hominibus propter
charitatem nutriendam, & vt in eis spiri-
tualiter proficere possit, est laudabile; ho-
minibus autem placere propter vanam
gloriam, vel propter lucrum, vel etiam in
malis, esset peccatum, vt habetur in Psal.
Dauid, Deus dissipauit ossa eorum, qui ho
minibus aliàs omnibus placent, quæ om-
nia adducuntur per D. Thom. relatum ab
Henri. Bohic. loco citato d. nu. 13. 14. & 15.

¶ Dat

¶Dat rationem Rex noster serenissimus, quare Deus sit laudandus, eique gratiæ
13 referendæ, eo quia creatura † et sic homo aliud non habeat, quàm pro meritis respondere creatori suo, à quo fuit creatus in illis sex diebus creationis, non per singulos dies singula creando, sed simul omnia quantum ad rerum substantiam quodammodo informem vt dixit S. Thom. relatus per Præposit. inferius citandum, quamuis in describendo, & proferendo distincta fuissent, idest quantum ad formationem, quæ facta est per distinctionem, & ornatum, non simul omnia sunt producta S. Thom. & Præposit. nunc citandi ex Bonauentur. in 2. dicente quod scriptura fa-
14 cit vim † inter creare, & facere, nam creationem vocat eductionem ex nihilo, factionē vero ipsam distinctionē, & sic licet animalia simul creata sint saltim in materia, vt subdam inferius, non autem simul facta, & ideo licet homo sit factus cum Angelo quantum ad materiam primam, quia materia prima, in qua factum est corpus hominis, materialiter fuit creata simul cum Angelo, quoniam angelica natura, & materia prima sunt coæqueua tamquam ad formam in similitudinem, tum
15 etiam quia anima † rationalis, quæ est forma hominis, & similis Angelis ita dixit Albert. Magnus, & Præposit. vbi supra d. nu. 4. exponendo post D. Grego. illud Iob, cap. 40. ibi, ecce Behemoht, quem feci tecum, qui behemoht fuit Angelus, qui cecidit, & Iob capitur pro homine, dicunt quod illud tecum, non dicat similitatem ipsius, sed similitudinem rationis, q.d. ecce Behemoht, quem feci tecum, idest, tui similem in rationis capacitate, imago enim Dei est in Angelis, & hominibus, & sic homo, & Angeli creati sunt ad imaginem Dei (arg. eorum, quæ dicam infra de homine cap. 62. in principio) secundum intellectum, & rationem ex his, quæ ait S. Thom. in 1. part. summæ quæst. 96. art. 2. & 2.2. q. 64. art. 1. & in 1. part. quæst. 3. art. 1. quem refert, & sequitur Matth. Afflict. in proœm. constit. Regni fol. 19. sub nu. 7. vbi quærendo, & declarādo, vtrum homo dominetur omni creaturę, ait quòd illud,
16 quod dicitur † Genesi cap. 1. homo præest vniuersę creaturæ, subauditur de ea creatura, quæ non est ad imaginē Dei, & propterea subditur in d. Genesi, dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & cōsequenter isto modo imago Dei magis est in Angelis, quàm in homine secundū eundē S. Thom. in 1. part. suæ summæ quæst. 99. art. 3. ratione quia omnia corporalia reguntur per Angelos ipsos ex eodē D. Thom. quæst. 110. art. 1. qua de causa dicitur in Psalm. 8. minuisti eum paulominus ab Angelis, & per eundem de Affl. qui subdit nu. 8 post eundem S. Thom. hinc esse quod
17 Angeli † nos custodiant, protegant, ac defendant à natiuitate cuique nostrum dati ex his, quæ scripsi in proœmio Capitulorum d. Regis Iacobi nu. 136. d. Tom. 1. vbi allego Foller. & S. Birgit. & modo addo eundem Affl d. nu. 8. per text. in Clement. si dominum §. diuini timoris in verbo, ex ministris de reliq. & venerat. Sanctor. D. Thom. d. p. 1. quest. 91. art. 1. & in compendio dictæ Sacræ Theologiæ cap. 125. & seq. tamen vt ad ea quæ discursio redeam, ho-
18 mo non dicitur factus † cum Angelo per speciem formæ distinctus, & ideo concludit D. Bonauentura quòd Deus potentiam suam magis intendebat manifestare in productione de non esse in esse, quàm post modum in formatione; vt ergo sigillatim distinctim, & appropriatim in productione effectuū potentiæ perfectio sapiētiæ, & bonitatis, manifestaretur, diuino authori creationis opus præmittere placuit, postmodum distinctionis opus, & deinceps ornatus, & decoris opus subiungere, & in primo manifestatur potentia, in secundo sapientia, in tertio bonitas perfecta vnde concludit ipse S. Thom. in 2. quòd in crea-
19 tione † non debuit tantum ostendi potentiæ virtus, sed etiam sapientiæ ordo, vt quæ prius natura, prius etiam instituantur, & per Præposit. vbi supra, & faciunt quę ait Matth. de Afflict. Ysern. & alij in d. proœm. constit. Regni, post mundi machinam fol. 18. col. 2. vbi post D. Thom. & Nicol. de Lyra exponendo (inter illas tres expositiones, quas ipse refert) illud Geneseos d. cap. 1. in principio creauit Deus cælum, & terrā, ait quòd quatuor ponūtur simul creata, nempe, Cęlum Empireum, materia corporalis, quæ nomine terræ intelligitur, tempus, & natura Angelica, & sic illud simul intelligo in materia, vt tetigi superius, nam vt ait S. Thomas in 1. part. suę summæ quæst. 46. art. 3. relatus per eundem Affl. loco citato nu. 3. ante formatam istam machinam mundialem (non quidem manuali exercitio, vt sit compositio artificiosa, quæ realiter secūdum nos
20 dicitur † machina per tex. in l. 1. §. facere ff. de mort. infer. sed solo verbo, quia dixit, & facta sunt, & Psam. 148. vbi ipse dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt, sed de ea machina, quam in mente diuina habebat, voluit vt perueniret ad finem, sicut habetur in l. 1. §. dolum ff. de dol. l. 1.

C.de plus petit.& in auth.quib. mod. nat. effic.legit. in principio, procem. Clem. §. 1.l.1.ff.si mul.vent.nomin.l.fin. §. sed quia C.de iur.delibert.cum concordantib.iurib. per ipsum Affl. apportatis num. 1.) erat
21 quædam materia primordialis, vocata † Chaos vt aiunt etiã nostrates in d.procem. constit.ex eodem D. Thom. (à quo in nihilum intendo me deuium reddere, sed cum eo tutus in sancta fide permaneo amplexatus) & Poet.

„ *Principio Cœlum, & terras.*

idest confusa congeries omnium elementorum, beneuerum quod ista materia primordialis, non fuit generata, sed creata à Deo, vnde Nicol.de Lyra in d.cap. Geneseos, quod ex nihilo creauit Deus omnia, & S. Thom. in opusculo vocato compendium Theologiæ cap. 98. ait quod ante quam mundus esset, nihil erat, nisi Deus & quod extra mundum non erat aliquod opus per ante, vel extra tempus, aut locum, nisi secundum imagiuationem tantũ idest secundum mentem ipsam diuinam ex iuribus, & authoritatibus supra adductis, & excluditur ex hoc error illorum di-
22 centium, mundum † semper fuisse & tempus non habere principium; igitur vt tetigi supra, omnia simul fuere creata, & si in proferendo distincta, & notant Canonistæ post gloss.in cap.sexto die distin. 45. & ibi D. Cardinal. & Præposit. Mediolanens. n. 4.per tex.Ecclesiast.cap.18.& Iob cap. 40. Diuus Augustin.super Genes. vbi ait omnia secundum suas species distinctas simul esse creatas, in quibus integritas vniuersi consistit, scilicet Angelos & Cœlos, & elementa, ac animalia perfectorum, prima indiuidua, & primum hominem, subdens idem B.Augustinus quòd alia, quæ ex istis principijs sufficienter causantur, scilicet quædam imperfecta animalia, & pluralitas, dicit nunc creata esse in potentia causarum seminalium, quæ post processerunt ex his causis de potentia ad actum illo tempore, quo post senarium numerum illorum dierum Deus naturam prius conditam administrat, de quo isto opere dicitur Ioann.cap.5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, neque in distinctione rerum attendendum esse voluit ordinem temporis, sed naturæ, & doctrinæ; naturæ nempè quia sicut præcedit cantum natura, sed non tempore, sic etiam quæ naturaliter sunt priora prius, facta memorantur, quemadmodum prius terra, quàm animalia, & aqua prius quàm pisces, & sic de reliquis, doctrinæ vero ordinem voluit esse attendendum eo modo, & exemplo, sicut demonstratur in docentibus geometriam, quãuis enim partes figuræ sine ordine temporis figuram constituant, attamen geometria docet constitutionem figuræ protrahendo lineam post lineam, sicut inquit Plato 1.Cęli, & mundi, sic etiam Moyses populum rudem determinationẽ mundi instruens per partes diuisit, quæ simul factæ sunt, & sic B. Augustin. (cuius
23 authoritatem præualeret † inter Theologos dixit Thesaur.Pedamont.decis.1.ex Alberic.de Rosat.& testis est mihi Reuerendus Pater Ioseph Scammacca Societatis Iesu Prędicator Excellẽtissimus) illos sex dies, quibus legitur Genesi d. c.1. cuncta Deus fecisse, subaudire voluit non hos vsitatos dies, qui solis circumictu peraguntur, sed vnum diem secundum cognitionem Angelicam sex rerum generibus præsentatam, eumque refert, & sequitur Prępos. sit. loco citato, subdens post Albert.Mag. & S.Thom.quod sicut præsentia lucis corporalis super hæc inferiora diẽ facit temporalem, sic præsentatio luminis intellectus Angelici super res creatas diem facit spirituale, & secundum hoc ex his, quæ dicit idem S.August. multi dies distingũtur secundum quod intellectus Angelici diuersis rerum generibus cognoscẽdis comparatur; & ita ordo dierum non fuit ordo temporis, sed ordo naturę, qui in cognitione Angeli attenditur secundum ordinem cognitorum, prout alterum altero est prius natura, & sic ex dictis eiusdem D.Augustini primus dies, cognitio primi diuini operis, secundus dies, secunda cognitio diuini operis, tertia dies, tertia cognitio tertij operis, & ita de reliquis successiuè. vt dicit idem Prępositus, secundum quos dicitur vnumquodque opus factum ab aliqua die, quia nihil D. O. M. produxit in rerũ natura, quod non impressisset menti Angelicę, quę quidem Angelica mens potest multa cognoscere præcipuè in in verbo, in quo omnis Angelorum cognitio perficitur, & terminatur, vnde secundum eundem D.Augustin & Prępofit.dies distinguitur secundum naturalẽ ordinem rerũ cognitarũ, non secundũ successionem tẽporis aut sucessionẽ productionis rerũ: Dans aliud exemplum ipse Prępofit. quòd sicut in die temporali mane est diei principiũ, vespere vero finis, sic in cognitione Angeli respectu eiusdẽ rei est considerare principiũ, & finem secundum ordinem rei cognitę, principium autem cuiuslibet rei est in sua causa, à qua fluit, terminus autem ipsius est in ipsa re, ad quam actio causę producentis terminatur, & sic pri-

primitiua

mitina alicuius rei cognitio est secundum
quod considerat in sua causa, quę est ver-
bum, vnde cognitio rerum in verbo, di-
citur matutina cognitio, vltima autem
rei cognitio est secundum quod cognosci-
tur in se ipsa, & talis cognitio dicitur ves-
pertina, & hæc est vna de expositionibus,
an nempe per singulos dies singula creata
sint, vel simul omnia, quæ ex quo est nobi-
lior alijs, non curo reliquas referre, sed vi-
deatur Præposit. loco citato d nu. 4. meri-
to ergo laudatur Deus per Regē tanquam
creaturam creatam à communi nostro
Creatore de beneficijs receptis, & gratijs.
Ex ista laudatione D.O.M. infert pri-
mo noster serenissimus Rex quòd omnis
24 potestas† à Deo ipso est, Ioann. cap. 18. ibi
potestatem habeo &c. & illa potestas ibi
intelligebatur quòd etiam erat à Deo,
non præcipiente, & iubente sed à Deo per-
mittente, & sinente cap. quod culpatur
23. q. 1. & ita ait Affl modo citandus, &
propterea, subditur in eodem euangel. ibi
potestatem nullam haberes aduersus me,
nisi desuper datum esset, q. d. quòd Deus
permittebat, & sinebat, & sunt infinita iu-
ra hoc probantia, text. in authen. de non
alien versic. quid enim Apost. ad Roman.
cap. 13. Andr. in cap. 1. §. si quis vero de
pac. iuram. firmat. cum infinitis concor-
dantibus citatis per Affl. in d. procemio
fol. 20 nu. 21. 22. post eundem de Ysern. in
prælud. fol. 2. col. 3.
Infert secundo dominus Rex, quod om-
nis Rex, siue Princeps debet gubernare
populum suum sibi commissum, ex hoc
25 enim dicitur Rex† à regendo cap. cleros
dist. 21. & seq. Affl in prelud constit. Regni
quæst. 1. sub nu. 6. Bald. conf. 278. Pridie
vol. 3. cap. duo 12. quæst. Aluarott. in cap.
1. col 6. quis dicatur dux, & capitaneus in
principio sui operis feudalis in tit. de Re-
gibus, & in procem. decre. vbi ipse met De-
us appellatur Rex: & nota quòd non ab re
non vocatur imperator, eo quia hoc no-
26 men, imperator† est magis rigoris, & terro
ris (vt tangam infra in procemio Capi-
tulorum Regis, & Imperatoris Caroli V.
propè principium Tom. 8. & ob id de B.
Virgine, quę vocatur in Salue Regina,
mater misericordiæ, & non imperatrix mi
sericordiæ, legitur in quibusdam scriptis
S. Dionisij relatis per Chassa. in Chathal.
gloriæ mundi p. 3. consid. 4. Hostiens. in c.
ne innitaris de consti. Alber. in suo dictio-
nario in verbo, Maria, Gugl. de Benedict.
in repet. capituli Raynutius, in ver-
bo, quam gestabat in vtero num. 28. & in
verbo, qui cum alia n 66. de testam. Affl.
in prælud. constit. Regni d. quæst. 1. sub nu.
6. qui li. et dicat quod in scriptura sacra
non legatur hoc nomen Imperatoris, sed
Regis, tamen inuenio in libro Ester cap. 3.
prope princip. vbi Assuerum Regem vo-
cant etiam Imperatorem, ibi, sic enim eis
præcepit imperator, nisi dicas quod capi-
tur ibi pro Rege, prout Paralipp. cap. 15.
lib. 2. in fine, ibi, deposuit imperio, & ex
hoc demonstratur Regem nostrum dilexis-
se Deum verè, in diligendo nempe popu-
lum suum tamquam proximum, non enim
27 verè diligitur Deus† nisi proximus dili-
gatur, ex quo tota lex consistit, in dilectio-
ne Dei, & proximi, Præposit. in cap. hu-
manum genus nu. 10. dist. 1. immo dicendo
hic ibi, ad populum suæ gubernationi com
missum, &c. datur intelligi, quod princi-
28 pes† seculi debent reddere rationem de
gestis, & administratis, an scilicet iustè,
vel iniustè in se, & in alios iustitiam ser-
uauerint Matth. de Affl. in d procem. d. fol.
20. nu. 26. per cap. principes 23. quæst. 5.
amplians idem Affl. multo fortius, vt ista
cogitatio, & redditio debeat qualibet die
cogitari quid illo die nempè egerunt, nam
29 vt ait Seneca de ira† animus quotidie ad
rationem reddendam est euocandus, quia
ratio est porta bonæ voluntatis, sed causa
est porta iudicij Bald. in cap. 1. de proba-
tion. & addo Pithagor. qui monebat eius
discipulos, vt bis in die scilicet manè, &
sero cogitarent eorum rebus, mane quid
facturi essent, & sero quid factum esset,
& Horat. lib. 2. de Satyr. 3. aiebat, verum
imprāsi mecum disquirite, idest sine pran-
so, nam homo satur non ita percipit sicut
ieiunus, quæ omnia catholicæ loquendo,
possunt applicari ad examen conscientię.
Infert tertio, quod ex isto colere Deum
debent etiam iustitiam colere, & Ius cui-
què tribuere, hi enim sunt effectus iu-
stitiæ (vt plura videbimus infra in cap. 7.
tit. de iustitia) & ex hoc demonstratur
30 quod Reges† sunt quodāmodo executo-
res diuinæ prouidentiæ vt notat Affl. in d.
procemio fol. 20. nu. 25. & 30. vbi hinc es-
se infert quod motus principis est ex cele-
sti arbitrio l. 1. in fine C. de summ. trinit.
& alibi habetur, nos ergo sequētes Dei iu-
dicium l. si libertam C. de nupt. Principis
est enim Deum sequi §. illud quoq; Auth.
constit. quæ de dignit. & imitatores Dei §.
arripiat Auth. vt omn. obed. iudic. ratio
est clara, quia gladium illum materialem
31 quem gerunt ante se Reges† Imperatores
& Magistri Iustitiarij in auxilium gladij
spiritualis, habent, ipsumquè principes
ipsi habuerunt ab ipso S. Pontifice, qui

vtrumq; gladium habet (de quo vide quę dixi supra in cap.9.nu.15.39.49.Regis Iacobi Tom.1.vbi habes de illis verbis, ecce gladij duo hic) addo post Archidiac. ex authoritate Laurentij in cap.quoniam 10. distinct.Bald.in l.cum multa C.de bon.quę liber.Iacob.Butrigar.in procem.C.Afflic. in d.procem.fol.20.nu.32.vbi quod vterq; gladius D. Petro erat concessus, non autem vtriusq; executio, qua de causa dicunt
32 præcitati DD. quod illa donatio † facta per Imperatorem Constantinum Papę Siluestro (de qua late scripsi in d. cap.9.nu. 14.& cap.38. etiam nu.14.eiusdem Regis Iacobi Tom. 1. quæ vera, & valida fuit, quicquid tenuerit Laurentius Valla, vt pulchrè etiam post Bartol.Cyn.Alberi. de Rosat.Speculat.Io.de Imol.Ang.de Aret. Andr.Ludou. Bologninus in suo commento priuilegij Studij Bononiensis concessi à Theodosio Imperatore, Luc de Penna, Iacob.Butrigar.Alex. Signorol. de Homod. ait ipse Afflict. latè in dictis prælud. constit. Regni quæst.2.nu.2.& 3.& in procem. fol. 20.num. 32. 33. 34.idem Alex in rubr.de verbor.obligationib Fœlin.Lucius Paulus Rossellus in repertorio ad Francisc. de Aretio in verbo donatio, Petr. Belluga in in speculo Princip. tit. de iuramento per Principē faciendo nu. 7.) fuit resignatio, quia cognoscens dictus Imperator licitè non exercuisse gladium, resignauit B.Syluestro, subdens ipse de Afflict.d.nu.33. quod B. Petrus primus Apostolorum materialem gladium postquam exercuit causa defendendi Christum ob iniuriam iudeorum prout habes Matth.cap.26.Marc. cap.14. Luc cap.22.& Ioann.d.cap.18.fuit ei pręceptum, vt mitteret gladium in vaginam, q.d.quòd hactenus tibi, tuisq; prędecessoribus licuit inimicos Dei gladio corporali prosequi, posthac in exēplum patientię, spiritualem gladium exercebis, quod est verbum Dei in mactatione veteris vitæ ex adductis infra in cap.1.nu.6.

In 2.par.quę est ibi, decet quoq; liberalitas regē &c.habes liberalitatem, & abundantiā gratiæ à D.O.M.collatam, cōmunicatā, & transfusam per Regem nostrum in eius subditos inferiores, de qua liberalitate scripsi aliqua supra in c.42.Regis Iacobi nu.1. Tom. 1.maximè circa illos, quos
33 instantia deuotionis † (quod tantum est dicere ac si obedientes prout in l.allegatis C.de vectigal.& commiss.l.in fraudem, & l.mediterraneę C.de annon. & tributa lib. 10.Matth.de Afflict.super d. procem. constit. Regni fol.24.§.cum igitur nu. 4.) & circa fidei virtuosos, & comprobatos agnosceret

in quos officium charitatis, & ordinem debitum liberalitatis impendit Rex noster, qui pręsertim eius culminis regalis vt inferius nu.66.(prout hoc dicendi modo locutus fuit Loth.cap.19.Genes.ibi sub vmbra culminis mei) & dignitatis nouit esse auctores, & persecutores continuos, perpetuosq; virtutum aelatores Gemin. Alciat.Meno de quibus per Saccam cons. 3.n.69.70. & sic subditur hic quod pręmia conuenit merentibus tribui, & beneficio-
34 rum largitione† multimoda digniores cęteris anteferri, l.vt.virtutum C.de statuis, & imaginib. Clement.cupientes de pęnis cap.Ecclesia 12.q.1.cum concordantibus, quę ait Afflict. in constit. regni, Nihil veterum nu.3.tit.37.de offic.Magistri Iustitia. libr. 1. vbi post Vgon. & B. Anton. refert quod etiā Paradisus ad hunc fuit effectum constitutus, vt detur premium virtuosis, & infernus pro non penitentibus, & pro penitentibus purgatorium, ne delicta remaneant impunita, gloss.in l.1.ff.de iustit. & iur. & in l. in nomine Domini C. de offic. præf. Africę, de quibus testatur idem Afflict. in procemio constit.Regni d.fol.10.n. 23. qui subdit fallentiam, quòd licet ve-
35 rum sit † quod reges debent remunerare eos, qui seruiuerunt. vt post Gugliel.de Cuneo, Alex.& alios ait Io.Franc.de Ponte cons.2.nu.19.non tamen debent remunerare illos, qui pręstiterunt Regibus prędecessoribus seruitia, etiam si esset hæres prædecessoris, allegat ipse Afflict. Bart. in l. ambitiosa ff. de decret. ab ordin. faciend. Iason.in l.ex hoc iure ff.de instit. & iur. & in l. si non fortem §. libertus ff. de condit.indeb.& propterea hic in textu dicitur, ibi, & sui culminis, & dignitatis nouit auctores; q. d. & respiciat seruitia propria ipsius met Regis viuentis, non absque causa, nec ratione facta est ista redditio, & remuneratio virtutum, propter tot, & tantos labores, quia, vt dicit Boet. Aspera primo, & penè inuia, & sudoris continui, & laborum plena est via, quæ ad virtutem ducit, & secundum Stat. libr. 2. Theb.

„ *Nec minus hæc læti trahimus solata, quam si*
„ *Præcipiti conuulsa noto prospiciet amicam*
„ *Puppis humum.*

36 quæ seruitia † sunt causa impulsiua ipsarum remunerationum, quibus cessantibus meritò cessarent & remunerationes, quia propter hæc Rex noster mouetur ex Franco in cap.decet de regul. iur. in 6. ex Bald.& Dyn.gloss & DD. in cap. postulasti,

sti, & in cap. cęterum extr. de rescript. Io.
Franc. de Ponte d. cons. 2. nu. 180. cum seq.
Rex enim aliter non remuneraret; & vt
ait idem Affl. in Consti. sicut accepimus
rubr. 89. de fil. presbiter. nu. 1. Reges de-
bent ponderare seruitia subditorum, eosq;
digne remunerare ex quo obligatio est
naturalis vt nobis benefacientibus bene-
facere debeamus per l. sed si lege §. con-
suluit ff. de petit. hęredit. cap. cum offitijs
de testament. subdens quod immo non di-
citur obligatio, sed astrictio ex gloss. in d.
l. si non sortem §. libertus ff. de condit. in-
debit. Alberic. de Rosat. in l. ex hoc iure
col. 4. ff. de iustit. & iur. Sic ad istud propo-
situm Rex Martinus infra in cap. 14. Tom.
3. remunerare se promptum demonstrat
37 in offitijs † & benefitijs illos, qui fuerunt
exules, & dãnificati pro Regia Maiestate;
arg. eorum, quæ dicam de collatione offi-
tiorũ circa benemeritos infra in cap. 7.
Regis Martini d. Tom. 3. & ibi citatis, cũ
quo cap. 14. cõcordare videtur aliud cap.
23. eiusdem Regis Martini, & licet decre-
tata ipsiusmet Regis respondeat, quod nõ
est rationabile, & sic tantum si diceret,
non placet, attamen illa eius responsio,
non placet, non respicit petitionem ipsius
capituli, etenim ibi petitur per Regnum,
quod illi, qui fuerunt damnificati per Ba-
rones, & personas alias, habeant satisfa-
ctionem damniorum super rebus, & bonis
omnibus Baronum, & hoc est rationabile
(arg. eorum, quæ de damno posui in com-
mentar. Consuet. Panor. cap. 30. num. 8. &
infra in capit. Regni 67. Regis Alphonsi
nu. 5. 6. 7. d. Tom. 4.) ex quo concordat
cum d. cap. 14. vassalli damnificati pro
Regia prædicta Maiestate remunerantur
in dictis offitijs conferendis; benè quidem
quod non est rationabile dictum cap. 23.
in eo quod mox subdit, ibi, non obstante
quod aliqua ex his bonis in alios essent
translata, nam hoc noluit concedere, ra-
tione quia non est decens, nec conuenit,
quod tertius possessor cõueniatur pro de-
licto, & damno alterius, cuius bona ipse
tertius possidet, qui causam. n. damni dat,
38 damnum dedisse videtur † vt in dictis lo-
cis dixi, quæ ex præceptis etiam iuris po-
sitiui debemus euitare, sicut ille, qui de-
poneret ensem penes furiosum, virginem
apud luxuriosum, & cibum penes gulosum
vt post D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 4. ait Affl.
in Constit. Regni Constitutionum num. 2.
tit. 70. de tricesima, & salario.
Orietur namque ex ista liberalitate, &
abundantia exhibita per ipsum Regem in
39 dictos eius subditos quoddã dignitatis †

præmium in habendo subiectos vt dixit
Matth. de Affl. in prælud. constit. Regni
quæst. 26. nu. 3. per §. volumus in auth. vt
ind. sine quoque suffrag. quanto enim quis
maioribus præest, tanto ipse maior est §.
nos igitur auth. de defensor. ciuit. subdens
quod gloria Regis est in lata gente, sicut
in diminutione populi contritio principis
§. is ita. versic. item David 1. q. 4. & per
ea, quæ ad propositum scripsit Io. Bapt. à
Costa cõs. 1. nu. 117. & seq. lib. 1. tum quia
40 Imperator † studet locupletes habere
subiectos l. 1. C. de præd. curial. lib. 12. vbi
Luc. de Penna, & per notata in d. Authent.
vt iudic. sine quoq; suffrag. §. cogitatio, &
per ipsum de Afflict. qui ait quod quanto
maiora quis tractat, tanto ipse maior est
quomodo ergo poterit tales habere, nisi
ipse Rex demonstret se liberalem in popu-
los, & gratiosum se exhibeat, nam si rigi-
dum, & auarum se demonstraret, porrò
vassalli in alienas se transferrent prouin-
cias, ligijque aliorum principum se fa-
cerent. studendum est ergo Principi se li-
beralem ostendere, quia ex hoc acquiret
sibi vassallos in numero excessiuo, & con-
sequenter maius offitium habebit; sicut vi-
41 demus de duobus Comitibus † aut Baro-
nibus, quorum si alter habeat maiorem
numerum excessiuum vassallorum altero,
vnde, & si non habeat maiorem dignita-
tem altero antiquiori (quia realiter om-
nis antiquior posteriori præferendus sit
ex traditis infra in cap. 257. Regis Alpho.
Tom. 5.) nihilominus non negabitur quin
saltim maius offitium habebit per ea, quæ
declarat idem Matth. de Afflict. in dictis
præludijs constitutionum Regni d. quæst.
26. d. num. 3. 4. & seq. arg. etiam duorum
42 Episcoporũ † quorum si vnus habet par-
uam diœcesim, & alius magnam, aut pau-
per, & alius dictior, quia non consideraret-
tur excessus per cap. legimus distinct. 93.
quamuis Bald. aliter sentiat in cap. 1. de
Cleri. qui inuestit. sec. vers. extra quæro
quem refert, & sequitur idem Affl. argu-
mento etiam, subdit ipse nu. 5. Cardinalis
43 Episcopi † qui, & si non habeat maiorem
dignitatem episcopo, habebit maius offi-
tium ex Bart. in l. 1. §. si quis ff. de appell.
& per Geminian. in cap. 1. de offic. legat.
lib. 6. quamuis hodie post *S. Pontif.* non sit
44 maior dignitas † *Cardinalatus* ex Fœlin.
in cap. 1. de Maioric. & obedient.
Venio vltimo ad quartam partem, præ-
termissa tertia, in qua fit conclusio per
Regem, & dicit, quod ad salubre regimen
Siculorum, constitutiones, & noua priui-
legia ipsis edidit, quia in effectu nouus

45 Rex † noua lex vt dicit Aponte conſ. 15.
num.1.idem Affl.in prælud conſtit. Regni
quæſt.1.nu. 4. ex Cyn.in procem.digeſto-
rum in 5. notab. & in l. decernimus C. de
ſacroſ.Eccleſ.Boſsius in tit.de pęnis n.25.
Surd.conſ.152.nu.19.vol.2.(ſiue priuata,
ſiue communis eſſet quod poteſt facere
Rex ipſe vt videbimus infra in capit. 10.
Regis Martini declaration. 5. Tom. 3.)
ex quorum capitulorum compoſitione
omnis iniquitas expellitur, ſicuti ex le-
gum cōpoſitione l. 1.C.de veter.iur.enucl.
vtilitas quippe ſubiectorum, non autem
vtilitas propria condentis legem, ac ne-
ceſsitas ſubiectorum inducit Reges ad con
46 dendum leges, etiam quòd leges † & con-
ſtitutiones iſtæ nouæ derogarent legi po-
ſitiuæ Romanorum, & eſſent contra, quia
poteſt facere Rex ipſe, ex quo licet ius
commune iuſtum ſit, tamen per tempora
mutari poteſt per ſuperiorem habentem
publicam authoritatem, ratione ſuaden-
te propter mutationes conditionum ho-
minum ſecundum Magnum, & D. Augu-
ſtin.in libr. de liber.arbitrio, S. Thom. in
1.part.2.quæſt.97.art.1.arg. cap. non de-
bet de conſanguinit.& affin.conſtit.Regni
Grandis, & ibi Affl.nu.1.de pen. contum.
47 lib.2.ideo, & ſi legum correctio † non præ-
ſumatur, & imperitorum eſt dicere quod
iura corrigantur arg. eorum quæ dixi ſu-
pr.in cap.35.Tom.1.nu.51.tamen expreſ-
ſe poteſt derogari,& vetera iura rationa-
bilia noua determinant Yſer.in conſt.cau-
ſas, tit.vt magiſter Iuſtitiarius col.2. lib.
9.& ſubdam inferius nu.55. ſicut legimus
48 quandoque ipſas leges † propter earum
duritiē, & rigoroſitatem vix locum obti-
nere in practica, & Iudices eas non ob-
ſeruaſſe, vt de leg. ſi quis maior C. de
tranſact. & ibi adnotaui, teſtatur poſt
Corneum, Nenizan. Roland. & alios,
Io. Petr. Surdus conſilio 86. numero 19.
libro 1. ratione quia Reges noſtri Sici-
49 liæ † habent iura imperij, vt latè alibi
dixi, & per Afflictum in dict. quæſtio. 1.
quia, vt dicit idem Afflict. quæſtio. 2.
num.1.à longiſsimis temporibus retro vi-
ſum eſt imperium eſſe diminutum, vnde
ortum ſit, quod nec Reges Hyſpaniæ, Ara-
goniæ, Siciliæ, Franciæ, Angliæ, Portu-
galliæ, Nauarræ, Armeniæ, Vngariæ, Ci-
pri, nec Ciuitas Venetiarum obediant
Imperatori, vt per text.in l.poſtliminium
ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.l. fin. C. de le-
gib. Andr.de Yſern.in prælud.feudor. Bal.
in cap.1.de pac.iuram.firmat.latiſsime re-
cordor ſcripſiſſe ſupra in procemio Capi-
tulorum Regis Iacobi nu.73.& n.109. Tom.
1. vbi facio mentionem iddem eſſe de Du-
cibus Mediolani, Sabaudiæ, Marchione
Montisferrati, addo Surd. qui de hoc lo-
quitur in conſil.1.nu.12.d.vol.1. quicquid
dixerit ipſe conſil.127.ſub nu.54.& 55.d.
vol.1.vbi refert ex Bertrand.conſ.3.& 12.
vol.2.& alios, quod Marchio Montisferra-
ti recognoſcat Imperatorem pro ſupremo
Domino, nam eſt ſibi contrarius ad ea,
quæ retulit in d.conſ.1.& conſ.210.nu.21.
lib.2. & quæ dico infra in cap. 258. Regis
Alph.part.1.tom.5.& de Rege Gallorum,
& Franciæ, de quo idem Affl. ſub d. nu. 3.
ex Bald.& Cardinal.Florentin.& vltra al-
legata vide Aret.in l.cunctos populos nu.
3.C.de ſumm.trinit. & fid.catholic. Oldr.
conſ.69.Specul.in tit.de action.§.9. Felin.
in cap.nouit col.3.vbi quod licet non ſub-
ſit Imperatori, non eſt tamen ipſe alter
Imperator, & ita etiam de eo addo Addi-
tionem, Io.Ant.Barium ad eundem Affl.in
litera D.vbi ſupra poſt Petr.Bellug.in ſpe-
cul.Princip. Ign.in tract.de factis princi-
pum, Chaſſan. & Guid.Pap.ab eo citatos:
ſicut de Rege eodem Angliæ, Hiſpaniæ,&
Siciliæ dicit idem Affl.& idem Io.Ant.Ba-
rios ad eum, qui poſt Bald.Bellug. & alios
ſubdit Hyſpaniam prouinciam eſſe ſanè
Romanorum Imperatorum legibus ſolu-
tam, Annibal Troyſ.Io. Anton. de Nigris
etiam citati per eundem Barium, qui ſub-
dit iddem eſſe de Ciuitate Florentiæ cum
ſuo comitatu, & diſtrictu, vide Decium
conſilio 357. in caſu numero 2. vbi quod
eſt libera ex quo eandē habet poteſtatem
quantum Imperator ex Soccyno con-
ſil. 81. volum. 1. Abbat.ac Felino, & id-
dem de Ciuitate Senarum, Soccin. con-
ſilio 74. vol.1. cum ſimilibus per eum, de
Duce Venetorum, & Iannenſium adducti
per eandem Additionem: Sic de Magno
Magiſtro Melitę, qui dicitur princeps non
recognoſcens ſuperiorem, vt poſt Iacob.
de Nigris & alios Io.Franc.de Ponte conſ.
34.nu.22.latè idem Matth.de Affl. in præ-
lud.q.13.quaſi per totam, vbi in fine ait,
50 quod, Diui Reges † in regnis ſuis iuſtio-
rem habent titulum quam imperator in
imperio, ex Oldrad.loco citato, & ſubdit
ex Nicolao de Lyra ſuper Euang. Matth.
51 cap.1.in gloſſ.quod Rex præponitur † om-
nibus Epiſcopis, Patriarchis, & dignita-
tibus Eccleſiaſticis, & patet quia Abra-
ham fuit Patriarcha primus,& Dauid fu-
it Rex, poſt Abraham, & tamen præponi-
tur Dauid ipſi Abrahæ propter eminen-
tiam Regiæ dignitatis,& ex S.Thom.cap.
14.de regimin.princip.lib.14.ſicut dicitur
de Prophetis qui inclinauerunt ſe reue-
renter

rerter eidem David ; vt fecit Natan a-
dorando profunde cap.1.Reg.libr.3.idem
Affl. clarius in proemio prædicto fol. 20.
n.30.vbi ait quod non credas ex hoc quod
Rex, vel Imperator sit minor prælato S.
Matris Ecclesiæ per cap duo sunt dist. 96.
& propterea dicit Bald.in procem. Decre-
52 tal. Rex pacificus col. 4. quod rex † in suo
Regno potest omnia ex Io.Andr.in nouel-
la in cap.peruenit ex tr.de immunitat.Ec-
clesi.gloss.in cap.Imperium dist. 10.arg.eo
rum, quæ dicam infra in capit. 34. Regis
Ferdin.Tom.7.idem Affl. quæst. 21. nu. 3.
& seq. excipiendo semper ipsum S.Ponti-
ficem, quia vt idem Affl.subdit In supraci-
53 tata quæst.13.ipse est super omnem prin-
cipatum, & potestatem cui genu omne
flectatur cælestium, terrestrium, & infer-
norum secundum August. de Anch. in lib.
de potestat.Ecclesiast. in procemio;adeovt
de talibus Regibus habentibus iura imperij
in eorum regnis possit verificari l. benè à
54 Zenone † C.de quadr. præscript. vbi quod
omnia præsumantur principis quoad iu-
risdictionem, & protectionem, vt ita in-
tellexi post D. Thom. & And. de Ysern.
in capit. 23. num. 1. Regis Iacobi dict.
Tom.1.& in commentar. S.P.Q.P.in pro-
œmio nu.27.In cap.11.num.30. in cap. 17.
sub num. 7.in fine. addo Gugliel. de Perno
Doctorem siculum Syracusanum in tracta-
tello de Regina col.4. & 5. per constit. re-
gni ab eo allegatam, ab officialibus tit. vt
fideles nostri cum concordantibus, Matth.
de Affl.in prelud.quæst.17.nu.2.reproban-
do Martinum, qui male respondidit in
Roncagallia de quo meminit glossa 1. In
procemio Digest. nempe per d. tex. l. be-
nè à Zenone intelligi dominum omnium
rerum, etiam quo ad proprietatem, quia
vt subdit ipse Affl.Martinus illud respon-
didit timore, vel amore, ex quo realiter
solum dicitur dominus mundi ipse Impe-
rator quo ad dictam protectionem vt post
Bart.& Luc.de Penn.ille concludit, & in-
uehit contra ipsum Martinum, qui male
consuluit, & respondidit, & admonet Fis-
cales ne applaudant vtilitati propriæ re-
giæ, de quibus alias dicit ipse Affl.decis.1.
quod solent cantare ex cortitre illud, pla-
cebo Domino in regione viuorum, benè
verum quòd bona subditorum sunt prin-
cipis ad necessitatem soluto semper pre-
tio vt ipse ait post Senecam Luc.de Penn.
55 & alios nu. 4. & 5. vel nisi dicamus quod
Martinus dixit ratione delicti, arg.cap.8.
Regum lib.1.ibi, hoc ius Regis erit, præ-
dia vestra dabit militibus suis, filias vestras
faciet panificas, vt loquitur gloss. prædi-
cta 1. in d.procem.digestorum ¶ Quamuis
derogatio (vt sequar quæ dixi superius)
non intelligatur quoad dictas leges, nisi
esset facta vt dixi supra nu. 47.ergo aliæ
remanent firmę, & approbatæ, sicut, & le-
ges, ac constitutiones hactenus introdu-
ctę, & factę etiã per prędecessores, nam vt
ait noster Rex hic, confirmat, & approbat
cum perpetuo vigore, etenim est conclu-
56 sio quod regis successor tenetur † appro-
bare factum sui prędecessoris in officio
perea quę tetigi in cap.Ritus 97. num. 4.
Tom.4. esto quod antecessor, siue prede-
cessor fuisset priuatus vt legitur de Impe-
ratore Federico, nam protulit multas Cõ-
stitutiones, ac leges, & ex quo fuerunt ac-
ceptatę à populis, nõ ob id sequitur quod
non obseruantur, esto quod ille fuisset de-
positus, priuatus, excommunicatus per
Pap. Gregor. IX. vt refert D. Antoninus
Archiepiscopus Florentinus in 3.part. sua
Hystorialis cap. 4. tit. 9. in anno 1243. vt
ait ipse Affl in d.q. 7.num.1.qui concludit
57 † quod nisi per successorem cassentur, sem-
per valent leges factę per antecessorem l.
decernimus C.de Sacros.Eccles.Bald. in l.
1.ff.de origin.iur. Petr.de Anchar. in cap.
Apostolicę extr.de re iudicat.lib.6. Andr.
de Yser. in prelud. feudor. col. 9. quoties
58 nempe essent iustę, quia aliter ipso iure †
intelligerentur cassę, & reuocatę multa
citat ipse Affl. loco citato post Alberic. de
Rosat. Fęlin.& alios, quoniam non dicitur
lex, nisi iusta cap. erit dist. 4. Luc. de Penn.
in rubr.C.de decret.Decur.libr. 10. idem
Affl.quęst. 3.num.1. & licet hic dicat Rex,
confirmamus, & approbamus, talis tamen
confirmatio non se extendit ad aliquam
legem, vel statutum, quod fuisset iniustum
illicitum, & inhonestum contra leges, sa-
crasque Regni constitutiones, Regnique
capitula, vt dixit idem Affl. in cap. 1. §. sed
& Reges, per quos fiat inuestit. & in dictis
prelud.constit.quæst. 3.sub num. 5.& 6.ex
Bald. in l.1.C.de Menopol.Bart.in l.1.ff.de
his, qui sunt sui, vel alien.iur.& sic ex quo
59 leges Romanorum † factæ adhuc per an-
nos 300.ante Christum incarnatum secũ-
dum Bart in l.multum ff.de verbor. oblig.
sunt iustæ, saltim maior pars earum, & ta-
cito consensu per Reges Siciliæ obseruan-
tur, vtique non intelliguntur derogatæ, vi-
de late eundem de Affl. in d. prælud. quæst.
20. argumento eorum, quæ dicit Bald. in
l.Barbarius col. 10. ff. de offi. Prætor quod
60 licet Iudex † & notarius sit depositus, ta-
men eius gesta non repelluntur latissimè
Innoc. Abb. Fœlin. alij Canonistæ in cap.
fraternitatis extr. de Heret. idem Bald.
in

in Auth. sed nouo iure C. si cert. petat. & in l.2.sub nu.4.& in l.in exercendis nu.8. C.de fid.instrum. Alex.in l.si ex falsis C.de transf.& in l.eadem ff.ad l.iul.repet. Crott. in memorialib. in verbo bannitus, idem Fœlin.in cap.cum Bertholdus col.8. extr. de re iudic.& in cap.ex literis col.10.extr. de constit.(& per ea, quæ de notario latè dico infra in cap.258. Regis Alph.part.4.
61 tom. 5.) ¶ Sicut de vicario † qui si fecit acta, & demum est reuocatus,illa acta per prius facta valent, idem Bald.in l. solet §. sicut ff.de offic.proconsul. quem refert, & sequitur idem Affl.nu.3.post Innoc. & Alberic. de Rosat. ¶ Sicut ait de Iuda tradi-
62 tore † qui baptizauit, prout alij Apostoli ante passionem Domini, & tamen postea fuit damnatus, & cum toto hoc baptismus per eum datus tenuit, cap.aliud de consecrat.dist. 4. cum concordantib. per ipsum Afflict.

Siculorum vero propter salubre regimen ideo dixit Rex noster fecisse has nouas leges,& constitutiones, q.d.quod eum non ligant, quia tritissima, & scholastica
63 est doctrina,leges non ligare † principem condentem, nam illius solutus est, quamuis polliceâtur Reges secundum eas viuere l.digna vox C.de legib.l princeps ff.eod & posui latè in commentar.consuet. Pan. cap.11.num. 14.addo latè Natt.ad Alex. consf.136.lib. 4. de nostratib. Io. Aloys.de Septimo in Allegat. Creationis Præsidentis factæ per Hectorem Pignatello olim Viceregem huius Regni, & est textus regni infra in cap. 3. ibi, principem legibus teneri suis, æquissimum esse, nec pati sibi licere quod alijs interdixit quod est conforme dicto Catonis, Patere legem,quam tu ipse tuleris in vno tantum casu video Principem non esse solutum, nempe lege feudi,quia licet regulariter lege communi sit solutus vt sentit Io. Ant. Batius ad Affl.in d. prælud. q. 6. tamen est subiectus
64 legibus † feudi, ratio est quia vt ait ibi Affl. nu. 5. leges feudi sunt consuetudines potius, quo casu tamquam sit ius naturæ istius posterioris inuentionis est fortior quam lex, & consequenter fortior ipso Principe ex Bald.consf.110. vol.1. qui ait quod consuetudo generalis feudorum est maior quolibet singulari principe, & ita ligat eum cap.1.de natur.feudorum,& ita in indiuiduo post Chassan.Tiraquell. Ferron.Ferdin.Bonior.Andr. de Ysern. & Iason. scripsi in proœmio Capitulorum Regis Iacobi num.46.Tom.1.vbi dedi aliam

rationem, eo quia in illo libro feudorum componendo interuenerunt omnes Principes, Imperator, Hyspani, Gall.&c. melior ratio additur, & dicitur sic ex eodem Bald.in cap.1.col.3.de pac.iuram. firmat,
65 & in tit.de his, qui feud.dar. poss. quod † consuetudines prius fuerunt in mundo quam leges, & consequenter consuetudines non sunt in Principis potestate, quia P.R.non transtulit in Imperatorem ius naturale, nisi quantum ad probationem, & reprobationem vt ex eod. Affl.vbi supra, qui ait Princeps, & Rex licet possit facere leges non tamen potest facere consuetudines in eodem instanti, & vnico contextu, sed bene consuetudo inducitur ex eius successiuis actibus.

Quas constitutiones, & hæc præsentia capitula intantum mandat Rex obseruari, vt suæ Maiestatis decreuerit perpetuum habere vigorem, prout in fine huius proœmij intextu legitur ibi,& nostræ Maiestatis, & in initio ibi, quæ maiestatem
66 regnantis &c.quæ maiestas † realiter competit ipsi Regi, vltra alia epitata, de quibus scripsi latius in proœmio Capitulorum Regis Iacobi nu. 79. d. Tom. 1.& ita ait post Nicol.delyra super lib Es dræ cap. 4. Affl.in proœmio constit.Regni §.id igitur fol. 24. num. 2. vbi quod hoc adiectiuum maiestatis, tantum importat, acsi æternitatem, sicut eidem conuenit altitudo, siue fastigium, quod simbolizat cum altitudine,& magnitudine, siue summitate,vt post Archidiac.in cap.ordinatos dist. 59 ait Affl.in d.proœm.constit.fol. 23. nu. 3.per l.3.C.de nou.C.faciend. Domini.de S. Georgio, locis per eum citatis,quæ repetijt idem Affl.constit.regni, cum circa nu.3.tit.71.de iudicib.ordin.lib.1.vbi etiã vocat pium, mansuetum &c. sicut dicã infra circa pastoralem fastigium in Bulla post cap.355.Regis Alphon.Tom.5.argumento culminis. de quo tetigi supra num.
67 33.sicut conuenit eosdem Reges † esse legatos,& proconsules Dei secundum ea, quæ ait Ludouic Sacca Resp.1.lib.1.nũ.69. ex gloss. in rubr. Auth. de hæredib. & falcid. Bald.in tit.de pac,constant.in princ. Alberic.in 1.par.constit ff.num.67. arg. eorum quæ scripsit Anton.Xibecca de Regia Monarchia num. 74. his enim,& similibus titulis fulgent Reges, vt scripsit Peregrin. in tract.de iur.fisci lib. in tit. habentes iura fiscalia nu.1.& 2.

Marius Muta V.I.D.

Dr

De Sacramento, & obligatione Domini, quantum ad nos Siculos, & præſertim quod Rex non recedat à Sicilia, nec faciat pactum aliquod cum Eccleſia ſine voluntate, & conſenſu Siculorum. Cap. I.

AT vniuerſis, & ſingulis fidelibus noſtris Siciliæ, quies, & plena ſecuritas ſub fælici noſtri regiminis protectione pareatur, &, vt cordi noſtro ipſi fiducialius vniantur, & ſalubrius confirmentur, oraculo præſentis edicti, ſub obteſtatione diuini iudicij ſub noſtræ regalis fidei puritate, & ſub præſtiti per nos ſollenniter ſacramenti virtute, ſpondemus, & dictis fidelibus nos, & hæredes noſtros in perpetuum obligamus Regnum Siciliæ, præcipuè Inſulam ipſam Siciliæ, homines, & habitatores ipſius, contra quaſcumque perſonas Eccleſiaſticas, & ſeculares, publicas, & priuatas, & vniuerſitates, & ſingulares perſonas, cuiuſcumque gradus, ordinis, & dignitatis extiterint, ſtatui prædicti Regni, & hominū eorundem hoſtiliter aduerſantes, protegere, & defenſare fideliter, & toto poſſe: Et quòd prætextu Regni, alterius dignitatis, aut proſperitatis cuiuslibet, nobis vndecumq; & qualitercumq; obuenientis, nullo vnquā tempore nulla ratione, vel cauſa, ab ipſis fidelibus noſtris Sicilię diuertemus; ſed quos Deus nobis ſua prouiſione coniunxit, indiuidua vitæ conſuetudo tenebit, & à perſonæ noſtræ coniugio nemo viuens interris aliquatenus ſeparabit. Adijcimus etiam ſponſioni, & obligationi præſenti, quod nullum tractatum, concordiæ, guerræ, vel pacis incipiemus, habebimus, vel faciemus, ſeu ceptum vel habitum hactenus qualemcumque probabimus, vel admittemus cum Papa, aut Eccleſiæ Romanæ Prælato, aut hoſtibus, & impugnatoribus noſtris, & ſtatui Siciliæ ſupraſcriptis, ſiuę cum ſequacibus, & fautoribus eorundem abſque conſenſu expreſſo, & aperta ſcientia Siculorum. Huic inſuper noſtræ adnectimus ſanctioni, & diſpoſitioni firmiſsimè, abſque prædictorum noſtrorum fidelium conſenſu, numquam à Romano Pontefice, ſeu quibuslibet eccleſiarum Rectoribus, vel eorum nuntijs, aut miniſtris abſolutionem Sacramenti, & obligationis huiuſmodi expetere, procurare, vel oblatam recipere, ſeu liberationi, vel remiſsioni talium nullatenus conſentire; ſed non admiſsis prædictis, fidem promiſſam ſemper intendimus & promictimus inuiolabiliter obſeruare, fidem enim, quando promictitur, etiam hoſti, contra quem bellum geritur, ſeruandam eſſe cognoſcimus, quanto magis amico, pro quo pugnatur. Nos quoquè pro fidelibus noſtris etiam pugnaturos offerimus ad omnem noſtram eorumq; ſalutem, & pro damno Siciliæ nos opponemus murum defenſionis præſiſtentibus quibuslibet ex aduerſo, vniuerſalem & ſingularem Siculorum ſtatum ſub veritatis, & iuſtitiæ diſciplina, ſub liberalitatis, & miſericordiæ gratia, promoueri.

SVM-

SVMMARIVM.

Principis promissio sub verbo regio multum operatur. nu. 1. & 2.

Citatio licet sit necessaria ad audiendum sententiam regulariter ita vt debeat expectari lapsus totius diei, fallit quando ipsa sententia ferretur sub verbo regio. ibidem.

Regio sub verbo quando aliquid fit non est necessaria citatio, nec vllus debet decipi sub verbo Principis, & quid operatur. ibidem.

Citatio potest fieri ad totam causam, & ad singulos actus, & solet regulari ad vnicum actum. ibidem.

Rex non debet diuertere, nec separare se à suis vassallis sed eos tenere sicut vir vxorem. num. 3.

Rex multoties aliqua ardua tractat cum S. Pont. pro vtilitatibus Regnorum. num. 4. & seq.

Reges præsertim Hyspaniarum S.R.Ecclesiæ sunt defensores contra malè sentientes de ea, & hæreticos nu. 5. & seq.

Rex potest castigare eos, qui contra fidem, & Ecclesiam sentiunt. ibid.

Ecclesia non solet vti potestate cum armis, & gladijs, & sed potestati seculari remictit. nu. 6. 8.

Ecclesiæ Romanæ qui est inimicus dicitur hostis, & hæreticus. nu. 7.

Bracchium seculare debent impartiri offitiales spiritualibus offitialibus. nu. 8. 9.

Bracchium seculare debet administrari per laicos spiritualibus offitialibus absque eo quòd videant si sententiæ essent iustæ, an iniustæ. num. 9. nisi essent nullæ nullitate promptuaria.

Andreas Barbatias increpatur in multis de arrogantia. nu. 10.

Bracchium seculare non tenetur offitialis laicus impertiri Ecclesiastico quando sententiæ essent nullæ nullitate promptuaria, vel appareret iniusta. nu. 11. vel nisi essemus in crimine mixto. nu. 12. aut. quando iudex Ecclesiasticus processit extra iudicialiter, & extraordinariè. nu. 17.

Præcepto iniusto etiam iudicis Ecclesiastici non est parendum ibid.

Ecclesiastico Iudici contra iura iubenti, vel iniustè non est parendum sed ei rescribendum, & expectari secunda iussio, nisi aliter de mente superioris constaret. ibid.

Bracchium seculare an teneatur impartiri laicus Ecclesiastico iudici in criminibus mixtis si processus esset ipso iure nullus n. 13.

Degradatio ad Archipiscopos spectat, conuocando Episcopos. nu. 13. ad eorum expensas nu. 15.

Degradatio actualis, & verbalis reperitur. quæ potius dicitur depositio. ibid.

Degradatio est spoliatio ordinum maiorum, vel minorum. ibid.

Degradatus cōdennatus ad mortem tamquam putridum abiectum, & prophanatum membrum traditur seculari curiæ pro executione sententiæ ibid.

Ecclesiasticus iudex sanguinis pœnam agitare non potest. ibid.

Degradatione quæ crimina digna sint ibid

Degradatio non cadit in homine mortuo sed viuo. nu. 14.

Ordines sacri non conferuntur mortuis, sed viuis. ibid.

Episcopi conuocati ad degradationem debent venire eorum expensis. nu. 15.

Degradatio actualis in tribus criminibus habet locum. num. 16.

Degradatus Curiæ seculari traditus fit de foro Laicali, & eximitur à iurisdictione spirituali. ibid.

Bracchium seculare non tenetur impertiri iudex laicus, iudici Ecclesiastico quando extra iudicialiter, & extraordinariè non visis actis processit nu. 17.

Excommunicati non curantes de excommunicatione possunt banniri per iudicem laicum, si esset requisitus ab ecclesiastico. ibidem.

Excommunicari possunt rebelles, & inobedientes subditi per Iudicem Ecclesiasticum, si sit requisitus à iudice laico. ibid.

Bracchium alterius potentioris non solum potest alter iudex implorare, sed etiam offitialis villæ potest conuocare incolas, & habitatores, si non habet familiam sufficientem. ibid. vbi quod si nollent ire, vel vellent, vt fugeret malefactor, & quid si essent requisiti à familia offitialis ibidem & num. seq.

Offitialis non habens sufficientem familiam potest conuocare alios pro capiendo malefactore, & dare eis mercedem, & quid si conuocati nollent ire, vel permitterent, vt fugeret malefactor, & quid si essent vocati à familia officialis. ibidem & num. 19.

Offitiales quando conuocant, gentes pro capiendo malefactorem, illi vocati gaudent priuilegio, quo familiares offitialium. num. 19.

Offi-

Offitialis quando conuocat personas pro capiendo malefactorem, aduertat ne sint consanguinei, & attinentes delinquentis. ibidem.

Offitialis si requirat fauorem, auxilium, & bracchium ab alio offitiali, tenetur ille praestare nu. 20.

Iurisdictio vna alteram coadiuuat. ibid.

Auxilium, bracchium, & fauorem an sit licitum Christianis inuocare ab infidelibus contra alios Christianos, & quando num. 21. 22.

S. Paulus Apostolus se dixit pharisaeum esse, & conuocauit auxilium, & bracchium à Pharisaeis vt seruaretur illaesus in casu necessitatis. ibid.

Excommunicatis possumus conuersari in casu necessitatis. ibid.

Vnitas bonorum sicut est vtilis, sic vnitas malorum nociua, num. 22.

Rex potest inire bellum cum eius vassallis contra eorum hostes, maximè pro recuperanda Hierusalem terra sancta. num. 23. 24. 25. limita nu. 26.

Hierusalem pro recuperatione potest indici iustum bellum, & tale ius competit Regibus Hyspaniae non alijs iure post liminij ibid. declara. nu. 26.

Reges accipientes tributum, & dando pacem Saracenis ne recuperent terram Sanctam peccant. nu. 24.

Saraceni descendunt ab Ismaele filio Abrahae. nu. 25.

Infideles, qui non occupant terram Sanctam Hierusalem, non possunt offendi per Christianos directè, nec indirectè non obstante principis autoritate, nu. 26.

Bellum non est licitum contra infideles non occupantes terram Sanctam, nec contra eos qui nobis non sunt impedimento. ibidem.

Papa nihil habet in Regnis Regum iurisdictionis in temporalibus in exercitio, & actu, nisi ad adiutorium praestandum. nu. 27. 28. 34.

Papa non se intromictit de iurisdicione temporali in terris Imperij. ibid.

Rex in spiritualibus causis, & mixtis non in temporalibus subest Papae. nu 28.

Appellare ad Papam non potest grauatus à iudice seculari. ibid nisi causa esset valdè ardua, & scandalosa nu. 29 aut quando articulus esset dubius inter legistas nu. 30. vel quando non reperiretur superior pronunciantis de iure, & de facto. nu. 31. ratio num. 32.

Appellatio non admictitur à Rege. ibid.

Ecclesia Romana est refugium oppressorum Christianorum fidelium. nu. 32.

Vassalli oppressi vehementer contra ius possunt habere recursum ad Papam. ibid.

Rex qualis est, tales praesumuntur eius offitiales, & ministri. nu. 33.

Iurisdictionem esse in actu, & habitu quomodo cognoscamus. nu. 34.

Absolutionem iuramenti promictens non petere non tenetur tale pactum seruare, & recipiens huiusmodi promissionem peccat. num. 35.

Iuramentum illicitè praestitum debet per episcopos relaxari. ibid.

Fides seruanda est etiam hosti. nu. 36. 37. 38. & ibi vide fallentias. nu. 39.

Princeps tenetur seruare fidem. ibid.

Fides aequiparatur iuramento, nu. 37.

Compensationi non est locus quando agitur de fide rupta. nu. 38.

Fides quibus casibus non est seruanda. n. 39.

TRES promissiones videtur factę in isto Capitulo Regni, primo namque promisit Rex ipse per se, & haeredes eius sub iuramento, subque obtestatione diuini iudicij, & sub regalis fidei veritate, Siculis omnibus, & habitatoribus ipsius Regni, protegere, & defendere fideliter, & toto posse regnum hoc Siciliae cótra quascumque personas ecclesiasticas, & seculares, publicas, & priuatas, & contra vniuersitates, & singulares personas, cuiuscumque gradus, ordinis, & dignitatis extiterint, qui obstiterint, vel aduersauerint hostiliter statui praedicti Regni, & hominibus sic conclusi supra in procemio Regis Iacobi nu. 26. & cap. 1. nu. 2. Tom. 1. maximè ex ista promissione, vt hic, sub verbo
1 Regio facta, quia multum operatur hoc † verbum regium ex his quę dixi in cap. 36. Regis Alph. nu. 4. & 5. Tom. 4. cum concordantib. ibi positis, vnde ait Affl. in praelud. constit. regni quaest. 9. sub nu. 10. quid licet de iure communi sit necessaria citatio ad audiendam sententiam (ex dictis infra in cap. Rit. 97. n. 30. d. Tom. 4. vbi ita fit regulariter quando citatio est ad totā causam, siue singulos actus, vt per Rot. decis. 343. Licet impetrans &c. qui hodie solent ex ex stilo regulari ad vnicum actum, vt ibidem posui, addo Iasonem in l. liber homo §. decem nu. 6. ff. de verbor oblig. debeat q; expectari vsque ad finem diei antequam Iudex pronunciet, vt de com. opin. testatur Alex. in d. §. decē nu. 4. quia esto quod quis fuisset in toto processo contumax, in

sententia tamen secreda deberet citari,
aliàs non valeret, refert, & sequitur Iason
in l.nequicquã §.vbi decretum nu.50.ff.de
offic. Proc. cum similibus in d. ritu scrip-
tis, latè Matth.de Affl.loco citato) atta-
2 men quando † sententia ferretur sub ver-
bo Regio nõ citantur partes subdit ipse,&
per ea, quæ ait Ludouic. Sacca resp. 1. nu.
71.72.73.vol.1. vbi quod nullus debet il-
ludi, nec decipi sub verbo Principis vt
suppleo reliqua infra in cap.67.Incliti Re-
gis Ioannis sub versic. vt ergo Tom.6.

Secundo promisit consecutiuè ad pre-
3 missa idem Rex † iisdem Siculis sub eisdem
vinculis iuramenti, & sub dictis tribus
authoritatibus vt supra positis, quod nul-
lo vnquam tempore, nulla ratione, vel cau-
sa ab ipsis fidelibus Siculis diuertet, nõ ob-
stante prætextu alterius Regni, dignita-
tis, aut prosperitatis cuiuslibet ipsi Regi
vndecumque, & qualitercumque obueni-
entis eo exemplo, quòd sicut Deus sua
prouisione vassallos sibi coniunxit, indi-
uidua vitæ consuetudo tenebit. & à perso-
næ ipsius coniugio nemo viuens in terris
aliquatenus separabit, prout sunt verba
propria præsentis capituli, ex quibus col-
ligitur, quod Rex ita tenebit vassallos
suos, sicut vir vxorem, quos quemadmo-
dum Deus coniunxit, homo non separet
ex dictis infra in cap. 46. Regis Catholici
Ferdinandi sub versic. maximopere Tom.
7. sic in Rege, qui non debet ab eius vas-
sallis separari.

Tertia promissio est sub eodem vinculo
4 iuramenti, quod Rex † ipse nullum tra-
ctatum concordiæ, guerræ, vel pacis inci-
piet, habebit, vel faciet, seu ceptum, vel
habitum hactenus probabit, vel admittet
cum Papa, aut alijs personis &c. sine con-
sensu expresso, & aperta scientia Siculo-
rum, ergo non negatur quod præter con-
sensum eorumdem non potuisset tunc Rex
quicquam de supradictis facere, & conse-
quenter cauetur quod cum consensu ipso-
rum siculorum possit facere pacta quæuis,
tractatus inire, & similia cum S. Pontif.
prout hodie realiter facit omnia Rex po-
tentissimus noster, & Catholicus cũ Sum-
mo ipso Pontifice Sanctissimo, quia non
versamur in illis belli temporibus, & di-
scriminibus, prout tempore horum capi-
tulorum, sed Rex ipse, quando sibi occur-
runt aliqua pro vtilitatibus Regni, vel li-
berè facit, vel cum tractatu S. Pontif in spi-
ritualibus loquor, nã in temporalibus ni-
hil consultationis est, vt subdam infra pro-
pè finem præsentis versiculi (& ita inue-
nies in multis Regni capitulis, & præser-
tim à Rege Alphonso supra, in quibus Re-
ges dicunt, interponent partes suas cum
5 summ. Pontif &c.) cum ipsi Reges † præ-
sertim Hyspaniarum sint defensores San-
ctæ Matris Ecclesiæ contra hæreticos, ac
personas malè sentientes in dictam Rom.
Ecclesiam, prout talẽ se professus fuit Po-
tentissimus Rex Iacobus supra in procem.
Capitulorum Regni vbi dixi num. 81. &
124. Tom. 1. addo cap. principes 23. quæst.
5. Affl. in d. procem. fol. 20. nu. 26. & lati-
us num. 28. l. cum sit C. vt nemini liceat si-
gnum, capit. 1. de pac. tenend vbi Ysernia
cap. venerabili de elect. Auth. quom. opor.
Episc. & adiungo in proposito quæ ait Do-
minus Carolus Tapia celebris, & egre-
gius Doctor, & Consiliarius Neapolitanus
in eius doctissimis adnotationibus ad ius
Regni Neapolis tit. quando Rex inter Ec-
clesiasticas personas congoscere possit fol.
26 lib. 3. qui ait quod quoties intra Eccle-
siam positi contra fidem, & disciplinam
agunt, rigore Principum conteruntur
per d. cap. principes, ipsamque discipli-
nam, subdit ipse Tapia, quam authoritas
Ecclesiastica exercere non præualet, cer-
uicibus superborum potestas principali-
lis imponat, & ibi gloss. quæ subdit quod
vbi Ecclesiæ potestas deficit, quia non po-
6 test arma exercere † aut dissimulatione
Prælatorum non vult ex traditis supra in
procemio sub num. 32. potestas secularis se
intromittit, nec dicitur ex hoc iurisdicio
vsurpata, arg. eorum quæ pono infra eod.
in cap. 82. propè principiũ, & infra in cap.
37. Regis Ferdin. limit. 17. Tom. 7. quia
cura ipsis Regibus diligens sit per omnia
supremi numinis relligionem tueri maxi-
mam habentes sollicitudinem circa vera
Dei dogmata, & circa Sacerdotum hone-
statem, intantum vt Reges Catholici, &
Christiani debeant sumere arma contra
hostes, & inimicos S. Romanæ Ecclesiæ ip-
samque armis defendere; & sic ista non
sunt exclusa per istud Regni capitulum,
dum dicitur, ibi, nihil cum Papa inconsul-
tis Siculis faciet, &c. nam nec poterant in
cõuentionem deduci, neque appactari, nec
intelligas illud, quod hic in textu subdi-
tur, ibi, aut hostibus, & impugnatoribus
nostris, quòd significet quod prælati sint
inimici, prout alij hostes, quia hoc esset
quasi hæreticum, & diabolicum dicere,
nam sequeretur quòd etiam Siculi essent
eorum inimici, & consequenter esset me-
7 ra hæresia, quia, qui est inimicus † S. Rom.
Ecclesiæ, siuè sit publica, siue priuata per-
sona, nihilominus dicitur hostis S. Rom.
Ecclesię l. hostes ff. de capt. & post l. reuers.

Innoc.

Innoc.in cap.cum ad sedem de restit. spo-
liar. Hostiens.& alij in cap. olim eod. tit.
cum similibus citatis per eundem Afflict.
8 nu.31.¶ Vnde nascitur illa brachij † secu-
cularis impartitio, siue subministratio,
quæ fit offitialibus spiritualibus (per Re-
ges, eorumque offitiales seculares per ea,
quæ tango intra in cap. 43. Regis Ferdin.
ampl.2 Tom.7.) vt recordor scripsisse ali-
qua in commentar.consuet.Panormi.cap.
76.in fine, in procemio capitulorum Regis
Iacobi nu.133.& in cap.63.num. 5. supra
Tom. 1.& modo addo latissimè Ludouic.
Rodolfin. in tract. de bracchio secular. &
Eccles.vicissim implorando, eundem Af-
flict.in d. procem. fol.21.nu.50. & seq. post
Parid. deput. & alios DD. Oldrad. cons.
89.Bald.Inno.Alex.Anchar.Io.de Mont e-
mutlo, Abb.Salicet.vbi ipse Affl.determi-
nat, vt teneantur præstare bracchium præ-
9 dictum † absque eo quod videant, an sen-
tentiæ latæ per iudices Ecclesiasticos sint
validæ, vel nullæ, iustæ, vel iniustæ, maxi-
mè in casu hæresis, quia secularis Iudex
debet brachium impartiri, nec spectat
ad se videre processum, an fuerit iustè,
vel iniustè, condemnatus de hæresi ita
ipse nu.56.57.58.ex Cardin.Floren.Gon-
disaluus, & Decian. citati per Ludouic.
Rodol.loco citato n.16.sed nuda, & pura
executio ad se spectabit, nec se intromit-
tet directè nec indirectè, Abb. siculus, Petr.
de Anch.Io.de Imol Angel.relati per Af-
flict. qui subdit quod hodie Illustrissimi
Inquisitores habet pro hac opinione quã-
dam extrauagantem Federici Imperato-
ris super bulla papali, de qua post Iason.
Chassan.& alios dixi supra in cap.52. Re-
gis Iacobi nu.9.d.tom.1, reprobatis Bar-
tolo (licet tamen se remittat decisioni S.
Matris Ecclesiæ) Gugl.de Cun. Albert.de
Rosat.& Paul de Cast.de quib.per eum re-
sidentem cum opinione Canonistarum, &
aliquorum Iuristarum, vt dixi in d cap.
52.reprobato etiam Andr.Barb. qui cona-
tus fuit opinionē Bartoli tenere, qui profe-
cto male faceret, nisi se remitteret S.Ma-
tri Ecclesiæ, prout facit ipse Bart.& prop-
10 terea ipse Andr. † Barbat. increpatur in
multis eius actionibus de arrogantia, pro-
ut multoties sic eum vocat Rodoric. Sua-
rez in tit.delas ganancias nu.44.& inanis
gloriæ, in tit.de las arras nu.41. vbi dicit
parcat Deus Animæ Barbatiæ, cum in-
tentio sua nunquam quieuit in concordia
reuoluens,& intricans iura.& vocat eum
superbissimum num.48. itaque exequuti
fuimus nos * iudices cum Spect. Capita-
neo, & Collegis in Anno 1608. circa sen-
tentiam Zozimi Cannata condennati per
Tribunal Sanctiss.Inquisitionis, in qua exe
cutores puri extitimus ¶ Beneuetū, quod
limitant, prædicti DD.de quibus per Af-
11 flict. vbi supra nu.55. quod si sententia †
lata per Ecclesiasticum iudicem esset nul-
la nullitate promptuaria, & apparenti,
aut esset iniusta, non tenetur laicus offitia-
lis impartiri suum bracchiū, ratione quia
etiam mandato iniusto Iudicis Ecclesia-
stici non est parendum cap. qui resistit 11.
q.3.cap.si is, qui præest, & cap. de cætero
1.q.5.cap.1.de offit.ordinar.sicut nec con-
tra iura obediendum est iudici Ecclesia-
stico ex notatis in cap. si quando de re-
script. & ex allegatis per eundem Affl. (&
ita concludam infra in cap.74 in 1.notab.
de præcepto iniusto laicali, quod non te-
net.) sed rescribendum est, & interim su-
persederi vsque ad secundam iussionem
sicut de mandato superioris laici dico in-
fra in cap.116.sub versic.in primis, vt post
Panormit. in d c. si quando extr. de re-
script.ibiq; Fælin. Sandeus, Anton. Batius
ad Affl.in d. procemio fol. 23. in littera K.
vbi sublimitat non habere locum quando
constaret de mente superioris, & ita quo-
ad hæc ait post Rolland.Gayll. Natt. Ber-
tazzol. Menocch. Iacob. Sbrozz. Federic.
de Sen.Anchar,& Alios, Rodolfinus loco
citato num.36.37.38.& 39.¶ Aut quando
12 † iudex ecclesiasticus cognouisset de cri-
mine mixto, scilicet de quo poterat co-
gnoscere etiam laicus, quia si tulisset sen-
tentiā,& implorasset bracchium seculare,
non tenetur laicus dictū bracchium dare,
nisi prius ei fides fiat per processū de iusti-
tia ipsius sentētiæ ita ipse Affl.n.59. & 60.
vbi ponit exemplū, quod si degradatus de
alio crimine, quā de heresi traderetur Cu-
riæ seculari, Iudex secularis debet videre
processū si iustè, vel iniustè fuerit conden-
natus, etsi viderit quod iniustè, non debet
impartiri eius bracchium, & consequen-
quenter illam sententiam non debet exe-
qui, ratione quia non dicitur merus exe-
cutor, sicut in casu hæresis prædictæ,& al-
legat Abb.in d. c.1.de offic.ordinar.gloss.
in cap.cum non ab homine extr.de. iudic.
Petr.de Anchar. in regula ea, quæ, quæst.
7.de regul iur.in 6.Innoc.in cap. pastora-
lis §.quia vero de offi.delegat. quæ profe-
cto adhuc in isto proposito, & exēplo addu-
cto per dictum Matth.de Affl.mihi in ani-
mo non sedente, eo quia videtur quod in
ista materia degradationis, nihil partici-
pij, nec commune habeat Iudex laicus,
13 nam scimus, quod Archiepiscoporum † est
degradare arg.illius inuestiti, qui disue-

stitur ex his quæ scribo infra in cap. 451.
Regis Alph. prope princip. tom. 5. nam so-
lent conuocare Episcopos ad hanc degra-
dationem ordinari, qui propter aliquod
grauissimum delictum deliquerit, quia in
clericis, ne crimina remanerent impuni-
ta, exauctorandi, siue degradandi actua-
lis solennitas introducta est (nam & ver-
balis degradatio inuenitur, quæ propriè
depositio ab officio vocatur) qua clericus
de crimine condemnatus ordinibus exui-
tur, siue maioribus, vel minoribus, cùm
in vtrisque habeat locum degradatio vt
per Abb. in cap. Clericus 2. nu. 2. de vit. &
honestat. cleric. per text. in cap. si quis
episcopo 27. q. 1. Gayll. de pac. public. &
eius violatorib. lib. 1. fol. meo 277. nu. 20.
& seq. & mox Curiæ seculari tamquam
abiectum, & prophanatũ membrũ morti,
pro executione facienda traditur, ea ra-
tione, vt puniatur, & quia Iudex ipse Ec-
clesiasticus sanguinis pœnam agitare non
potest, Abb. in cap. at si clerici num. 37. &
seq. vbi ponit quæ crimina degradatione
digna sint, cap. prælatus de homicid. in 6.
cap. clericis, & cap. sententiam, ne clerici,
vel monachi secul. negot. se immisc. & ita
post Franc. Ioann. Andr. Iul. Clar. & Bald.
ait Gayll. loco citato d. num. 20. 21. 22. &
seq. vbi allegat multa iura, & consequen-
14 ter degradatio † cadit in homine non mor
tuo, sed viuo, quia sicut mortuus non po-
test ordinari, sic nec degradari, v. g. in eo,
qui se ipsum interfecisset, vt post Marc.
decis. 879. nu. 12. & seq. par. 2. Amescua de
potestat. in se ipsum cap. 23. num 73. lib. 1.
15 In tantum vt ipsi Episcopi † debeant ve-
nire eorum expẽsis vt tradit Nicol. Boer.
decis. 303. nu. 6. ex Abbat. in cap. non po-
test, & ibi Felin. col. vlt. versic. ad illud
extr. de re iudic. & ob id parcat mihi do-
minus Afflict. in hoc; quia istud exemplum
quod ipse posuit circa degradationem, nõ
est delictum mixtum, sed simplex, & pura,
nudaque cognitio iudicis ecclesiastici; de-
16 monstro, nam actualis ipsa degradatio †
in tribus criminibus, in quibus clericus
esset incorrigibilis, nam aliàs non est lo-
cus degradationi, sed carceri perpetuo, di
cũt obtinere principaliter Doctores, idest
in crimine heresis (& in hoc iam est ipse
Affl. concors) in crimine falsi commissi in
literis apostolicis, & in crimine contra
Episcopum, ita ait ipse Andr. Gayll. loco
citato nu. 27. per gloss. in d. cap. cum non
ab homine, Iul. Clar. in §. fin. quæst. 35. n.
36. & quæst. 74. num. 2. & 3. Abb. in d. cap.
at si clerici de iudic. Boss. in tit. de for com-
pet num. 135. cùm seq. vbi docet de com-
opin. & tradit de supradicta materia; si
igitur in istis tribus casibus ab initio iu-
dex secularis cognoscere non potuit; quo-
modo dicere possumus quod postea, quam-
uis relaxatus, & traditus Curiæ seculari
possit cognosci, esto quòd actualiter ex tali
traditione eo ipso eximatur degradatus à
iudicis Ecclesiastici iurisdictione, vt ait
Andr. de Gayll loco citato sub nu. 24. vbi
quod fit de iurisdictione iudicis laici; &
per consequens nec sequitur ex hoc quod
possit iterum cognoscere de sententia iu-
dex laicus, vt fatetur ipse Affl. ¶ Vel quan-
17 do iudex ipse † ecclesiasticus processisset
extraiudicialiter, vel extraordinariè; quia
tunc non tenetur iudex laicus exhibere
dictum bracchium, nisi visis actis, maxi-
me vbi erat, casus quod debebat seruari
ordo iuris, & non fuisset seruatus, ita ait
ipse Affl. nu. 61. ex Innoc. & Iser. & nu. 63.
vbi subdit an si iudex ecclesiasticus requi-
rat laicum iudicem, vt excommunicatos
non curantes de excommunicatione ban-
niat, & è cõuerso, ipse iudex ecclesiasticus
teneatur interdicere, & excommunicare
subditos rebelles, & inobedientes si re-
quisitus sit per iudicem laicum, & licet re-
missiue alleget Innoc. & Abbat. in cap. 1.
de offit. ordinar. tamen mox resoluit quod
sic, quoties constiterit de rebellione, vel
inobedientia ex Andr. de Ysern. in cap. 1.
quo tempor. mil. & in cap. 1. de feud. sin.
culp. non amittend. & ita quoad hæc ait
Marc. Alcia. Decian. & alij citati per eun-
dem Ludouic. Rodophin. vbi supra n. 34.
& 41. Quæ omnia sunt valdè vtilia, quia
vt plurimum solent Principes interroga-
re DD. de ista materia vt ait ipse Affl. latè
Paris de Put. in verbo bracchium, Rodol.
satissimè loco allegato, Abb. & alij Cano-
nistæ in d. c. 1. extr. de offit. ordin. Specul.
in tit. de execut. sentent. §. 2. & in tit. de iu-
dice delegat. §. sequitur, Archidiac. in cap.
administratores 23. q. 5. subdens ipse Paris
18 de Put. quod nõ solum vnus † iudex potest
alterius potentioris bracchium implorare,
verum etiam offitialis alicuius villæ non
habentis familiam sufficientem potest cõ-
uocare incolas, & habitantes in d. villa
pro capiendo malefactorem (argum. eo-
rum, quę dico infra in cap. 116. versic. in
primis circa executionem regiorum man-
datorum) ex Bald. in l. si quis hoc genus
C. de episc. & cleric. (data tamen eis mer-
cede, aliàs non tenentur obedire, vt per
Nicol. de Neapoli, & Luc. de Penn. Io. Ant.
de Nigris, de quibus per Io. Ant. Batium
inferius citandum) intantum vt si tales
conuocati nollent ire, sed vellent vt fuge-

ret

ret malefactor, teneantur conditione ex l.
s.C.de ijs qui latrocin. Angel.in l.1.C. de
nili ageris. non rump. benè verum quod
si ipsis euntibus, & malefactorem non de-
sinentem se capi interficerent, non tene-
buntur de occiso (vt post multos dixi su-
pra in cap.45. Regis Iacobi num.60. Tom.
19 1.) tam si requisiti essent † & conuocati ab
officiali, quam à familia officialis addo Io:
Ant. Batium in adnot. ad eundem Affl. in
d. proœm fol.23. in litera G. qui dicit quod
gaudent eodem priuilegio, quo familiares
officialium, aduertendo ne conuocentur
in tali captura malefactoris incolæ, &
habitantes attinentes parentela aliqua of-
fenso, quia si tales occiderent; officialis
tenetur ex Parid. de Put. in verbo Iudex §.
Iudices col. 1. versic. an iudex possit, vbi
consuluit quod iudex non committat cap-
turam hominis delinquentis consangui-
neis offensi; & ad prædicta faciunt quæ ait
idem de Afflict. in constit. Regni, iustitia-
rios nu.2. tit.55. ne fit. pro patr. vbi quod
20 vnus officialis † requisitus tenetur alter
alteri fauere, & auxilium, bracchiumque
præstare, quia vna iurisdicio debet aliam
coadiuuare Auth. vt nulli iudic. §. si vero
arg. l. à diuo pio §. sententiam ff. de re iud.
hinc dicimus arma esse in auxilium iusti-
tiæ; vt in proœm. instit. & C. de nou. Cod.
fac. hinc iustitia indiget misericordia, &
è conuerso cap. disciplina dist. 45. Rodol-
fin. loco citato nu. 59. 61. & quasi per tot.
eius tractatum; & ipse Afflict. loco citato
tandem remissiuè tangit ex Oldrad. cons.
71. Io. Andr. & Fœlin. an liceat Christianis
21 † inuocare bracchium, & auxilium etiam
infidelium cōtra alios Christianos, & rea-
liter concludit quod sic, vt determinat
idem Oldrad. & Raynald. Corsus in Addi-
tionib. ad eum, Rodolfin. in d. suo tract. de
bracch. secular. & Ecclesiast. ex Gondisal-
uo; & Decian. ab ipso citatis num. 16. Be-
neuerum quod intelligit ipse Oldrad. in
casu necessitatis, sic Paulus Apostolus vt
ad sui defensionem prouocaret Phariseos
exclamauit in concilio, & dixit viri fratres
ego pharisæus sum filius pharisei Act. cap.
21. & petijt à præside milites, quorum au-
xilio seruaretur illæsus § sex in fine 23. q.
4. & per ea quæ ait Bart. in tract. de Guel-
phis, & gebellinis nu. 9. vbi ait quod liceat
habere partialitatem, & adhærere magis
vni partitæ, quàm alteri, quoties fieret ad
bonum publicum vt dico infra in capit.
114. exceptione 3. & sic dereliquis exem-
plis per eum recensitis, vbi refert de Ma-
ximiano, & Machab. viris sanctis, fideique
obseruatoribus, cū toto hodi inierunt pa-

aliquo

ctum cum Romanis, vt mutuò se iuua-
rent 1. Machab. cap. 8. & tamen ipsi Roma-
num erant pagani, sic Abraam confæde-
rauit se cum Eschol, eumq; secum duxit
ad bellum, & nihilominus non erat de le-
ge sua, Genesi 14. & Matth. cap. 5. & Sala-
mon Ligna pro ædificando templo recepit
ab infidelibus; sic tempore necessitatis
communicamus cum excommunicatis, vt
ait ipse Oldrad. de his exemplis (& ego
tetigi circa excommunicatos in repet. c.
sacro de sent. excommunic. lect. 5. ex Na-
uarr. Syluestr. Abb. ibi adductis ad satie-
22 tatem) concludens quod sicut vnitas † bo-
norum vtilis est, sic malorum vnitas sem-
per bonis nociua est ex Veget. de re mili-
tar. cap. 10. Isidor. de summ. bon. lib. 3. cap.
31. tit. de malorum concordia. & Luc. cap.
12. Isaiæ cap. 48. Diu. Gregor. in mora-
libus. Igitur videmus quod etiam in istis
casibus potest bracchium implorari, quo-
ties bellum non esset iniustum, & offensa
Dei non sequeretur, sicut in casu cap. 19.
Paralippom. vbi Ieu dixit ad Iosaphat,
impio præbes auxilium, & his qui oderunt
dominum amicitia iungeris, & idcirco
iram quidem domini merebaris, sed bona
opera inuenta sunt in te &c. sicut de Re-
ge Hierusalem, qui fuit per prophetam
reprehensus; nam voluit se iuuare cum
Regibus Istael cap. 1. 23. q. 3. ea ratione,
quia volebant inducere eos ad adoran-
dū vitulos aureos, vt ex eod. Oldr. ¶ Ergo,
vt me reducam circa istam tertiam pro-
missionem factam per Regem hic, ibi,
quod nullum tractatum cōcordiæ, guerræ,
vel pacis faciet cum hostibus, concludo, &
23 noto quod potest Rex † cum eius vassallis
facere bellum, & illud inire contra eorum
hostes, vt sunt Saraceni, qui detinent ter-
ram Sanctam Hierusalem (de qua aliqua
posui infra in cap. 67. Regis Incliti Ioan-
nis, sub versic. quamuis Tom. 6.) & ita vo-
luit Oldrad. cons. 72. 91. & 204. qui ait
quod adhuc hodie sit licitum bellum, &
iustum (arg. eorum quæ dixi supra in cap.
3. nu. 7. & seq. Regis Iacobi Tom. 1.) con-
tra dictos Saracænos, & alios pro recu-
peranda dicta terra Sancta iure postlimi-
nij à faucibus infidelium Bart. in l. id quod
ff. de legat. 1. Oldrad. inferius citandus,
gloss. notabilis in cap. Adrianus 2. dist. 63.
quam sequitur. Abb. in cap. venerabilem
col. 9. extra de electionib. V. I. D. Antonin.
Xibecca de nostratibus in tract. de Regio
iure Patronat. nu. 48. & seq. adhuc non im-
presso, Innoc. in cap. quod super extr. de
vot. vbi ait quod terra sancta iusto bello
fuit deuicta ab Imperatore Calore Roma-

no

nō post mortem Christi, vnde Papa non videtur habere ius in ea, sed ipse Imperator, & Reges Hispaniæ propter spem dicti postliminij, vt cōclusum fuit in Consuet. Panormi cap. 11. in fine, & in d. cap. 67 Regis Ioannis loco citato, Additio ad Andr. de Yser. in prælud. feud. sub nu. 29. non obstante quod ipsi vellent in pace, &
24 quietē viuere, vt ait ipse; immo Reges † accipientes aliter tributum ab eis, & dando pacem, peccent, vt per Odoffed. in sermone Natalis Domini fol. 25. & 20. Magistrum in scholastica cap. 1. de fuga agni, & per text. in cap. 16. Geneseos, vbi legitur de patre dictorum Saracenorū Ismaele (& per ea, quæ dicam infra in capit. 112. post princip.) a quo ipsi descendunt, cap. & si Iudęos extr de Iudæis, & saracen. vbi habentur ex d. cap. 16. Genes. hæc verba, Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus eorum contra eum, & è regione fratrum suorum figet tentoria, nam vt ait ipse Oldrad. hæc verba verificantur in ipsis saracænis † qui de genere eius descendunt, exquo ipsi pugnent contra omnes; & omnes contra eos, & stante quod ipsi Saracæni spoliauerunt nos de dictis locis; & terra Sancta propter peccata nostra, hinc nobis licitum est contra eos bellum, quia vbi terra fuit aliquo tempore Christianorum, bellum est licitum, ex quo, vt ipse Oldrad. subdit sub nu. 3. tendat ad defensionem fidei, ac recuperationem illius terræ, qua fuimus spoliati, & in qua colebatur Christus, vnde S. Mater Ecclesia, & Prædicatores semper approbauerunt istud bellum inducendo, & hortando Reges ad illud, & concedendo, illis multa subsidia spiritualia, & temporalia, nec abre, quia concilium generale videtur æquare merito facientes bellum istud, & Hierosolymitanum cap. pessimum 23. quæst. fin. Archidiacon. in c. de rebus 23. quæst. 7. intantum vt ad huc decimari, & collectari pro hoc possint clerici, vt dicam infra in cap. 21. versic. amplia vt etiam; & hoc pro dicta occasione recuperandę causa dictæ terræ sanctæ, locorumq; sanctorum, nam vt ait Raynald. Corsus in Additionib. ad Oldrad. d. cons. 72. procedit, & est verum contra Saracenos specialiter, secus tamen est contra alios generaliter infideles, sed solum contra eos, qui nobis impedimento sunt, quo minus ad eosdem saracænos peruenire possimus, & sic vbi subest iusta causa, idest quia dicti saracæni terram prædictam sacram nobis debitam occupent, licitè à nobis offendi possunt, & turcæ, eo quia nos ad saracænos non permittant
26 ire sine bello, alias † subdit ipse Raynald. Corsus, cęteri infideles nec in personis, nec in rebus siue recta, quam obliqua via, etiam principis authoritate mediante, à Christianis offendi non debent; quod facit ad ea, quæ scripsi iam in cap. 74. Regis Alph. tom. 4. vbi de armantibus nauigia contra infideles, adeo vt cæterę causæ omnes nihilo magis iustę sunt contra infideles quam essent cōtra Christianos ex Bar. in l. Christianis C. de Pagan. Dec. in cap. quę in Ecclesiarum col. 9. nu. 25. versic. secunda conclusio extr. de constit. Diaz regul. 582. ¶ Et sic vt reducam me ad finem istius tertiæ promissionis, conclusi supra in initio pręsentis versiculi quod in spiritualibus S. P. ipse consulitur per suam Catholicam Maiestatem quandoque, quia
27 in temporalibus summus ipse Pontifex † nil iurisdictionis habet in regno in exercitio, & actu, quamuis in habitu, secus, vt subdam modo, nu. 34 quia nec Papa ipse se intromittit de iurisdicione Imperatoris, & sic Regis habentis iura imperij, nisi ad adiutorium prę standum vt latè vidimus superius, & ita post Innoc. in cap. per venerabilem extr. qui fil. sint legit. Matth. de Afflict. in pręlud. constit. Regni quęst. 21. sub num. 5. & scripsi in d. procem. capitulorum Regis Iacobi sub nu. 50. post Cannet. Gugliel. de Perno, Bart. Iacob. de Aluarott. Anton. Corlett. & Fœlin. d. Tom. 2. addo cap. nouit de iudic. capit. solitæ de maior. & obed. & plura adiungo videnda in hoc pro, & contra per Ferdinand. Vasq. controuers. illustr. cap. 20. nu. 1. & seq. lib. 1. pulchrius Bermond. Chouerinus in tract. de public. concubin. §. ergo videtur quod Rex &c. vbi facit pro vna opinione 20. argumenta, totidemq; pro alia negatiua, quam putat veriorem, & magis communem, vt scilicet Rex non subsit †
28 in temporalibus, nisi in spiritualibus causis, & mixtis: hinc dixit idem Affl. quod grauatus à iudice seculari non potest appellare ad Papam per gloss. in cap. quoniam dist. 10. cap. cum ad verum dist. 96. & ita post Andr. de Yser. ipse Affl. sub nu. 4. & 5. ratio est in promptu, quia iam à iudicibus secularibus subordinatis per ipsum Regem, appellatur ad regem, & ita sentit Cardinalis Tuschus concl. 368. tom. 7. post Capic. decis. 137. de quibus mentionem facio infra in capit. 10. Regis Martini tom. 3. ergo sequeretur quod ab ipso rege appellaretur quod non est dicendum, vt latè ipse Afflict. concludit d. quęst. 21. num. 1. 2. & 3. & ego recordor alibi posuisse, benè verum quod

ipse

ipse Affli&. ponit quasdam limitationes, & dicit primo quod non licet ad Papam non possit appellari à iudice seculari, fallit
29 subdit ipse † nisi causa esset valdè ardua, & scandalosa, tunc potest adiri Papa, etiam per viam appellationis ita ipse nu. 7. post Ysern. cap. pro humana, extr. de homicid.
30 in 6. secundo † quando articulus esset dubius inter legistas, tunc posset recurri ad decisionem Papæ secundum Abb. in d. cap. per venerabilem extr. qui fil. sint legit. ter-
31 tio † quando non reperiretur superior pronuntiantis de iure, vel de facto, ex quo tunc posset adiri Papa etiam per laicos ratione iustitiæ, & peccati ex Innoc. in cap. licet ex suscepto de for. compet. d. cap. nouit. & cap. si duobus, vbi Philipp. Franc. us de Iudi. Ysern. Hostie. & Abb. de quibus per ipsum Affl. nu. 8. & hoc ea ratione quia Ec-
32 clesia † Romana sit refugium oppressorum Christianorum fidelium, & consequenter non debet faciem suam auertere ab oppressis, vt per ipsum Affl num. 8. 9. & seq. vbi sublimitat has tres supradictas fallentias, hoc est quod non debet passim Romana Curia tales appellationes admictere, sed benè debet se informare maturè, & inquirere, & propterea ipse loquitur de illis Regibus, qui stant in peccato notorio, & qui sūt soliti opprimere vassallos, & subditos & facere contra ius, & de illis Regibus malis, & cupidis audacibus facere contra legem,
33 & mendosis, quia si Rex † esset talis, tales etiam præsumerentur esse officiales, nam secundum iudicem populi, sic & ministri cap. 10. Ecclesiast. Affl. num. 11. 12. qua de causa videt quisque quantum sint aliena, & longe à Rege nostro Catholico; & sic ex his videmus quod licet Papa non habeat iurisdictionem in temporalibus in alienis imperijs, vt vidimus modo, tamen intelligitur in exercitio, siue actu; non autem
34 in habitu, quia in habitu † habet iurisdictionem in temporalibus in toto mundo vt ait idem Affl. in constit. Regni, officiorum nu. 5. 6. tit. 58. de offic. Magist. Camer. cod. lib. 1. per d. cap. nouit de iudic. & per cap. causam, qui fil. sint legit. & facit ibi multas illationes, vbi ait, sic videmus quod delegatus ante expresionem personarum & rerum habet iurisdictionem in habitu, & non in exercitio, sic Præses, antequam intret prouinciam habet iurisdictionem in in habitu & non in exercitio, sic presbiter parrocchialis habens ecclesiam parrocchialem, quæ postea ob temporum discrimina non habet populum, dicitur parrocchialis in habitu, & non in exercitio, & de alijs illationibus, quas ibi tangit, sicut

Rex in terris Baronum non habet iurisdictionem nisi habitu, dicam infra in cap. 10. Regis Martini versic. si igitur ibi, tertio oritur Tom. 3. (quæ possunt applicari ad ea, quæ scribo infra, vbi suppleo, in cap. 32. Regis incliti Ioannis limir. 2. Tom. 6. an habens duo officia hoc modo, scilicet vnum in habitu, alterum in actu, possit habere.)

Quarta sponsio, & promissio est, quod non petet ipse Rex absolutionem iuramenti à S. Pontif. nec ab alio, ista tamen promissio, siue pactum, de non petendo ab-
35 solutionem iuramenti † non tenet, etiam quod promissio esset vallata iuramēto, immo recipiens huiusmodi obligationem, stat in peccato mortali, & potest denūtiari per Euangelicam denuntiationem, & consequenter potest concedi absolutio tam de iuramento, quam de alio iuramento de nō petendo dictam absolutionem, quia sic est relaxatio facienda per ea, quæ post Bald. in repet. l. 2. ff de iureiur. & in l. hæc scriptura vbi Imol ff de condit. & demonstration. Felin Roman. & alios ait Affl decis. 110 nu. 12. videtur enim imperitinens obligatio, & illicitum iuramentū isto modo præstitum, vnde relaxatio omnino facienda est per Episcopum, vt ait Gugliel. de Pern. in tract. de Rege, siue repertorio, col. 4. ex Innoc. in cap. debitores de iureiurand. cum concordantib.

Intentio propterea Regis huius est, vt legitur propè finem nostri textus, fidem seruare, concordat infra cum cap. 4 & cap. 49. Regis Martini Tom. 3. vbi quod graue
36 est fidem fallere † cuius venerabilis laus est pignus humanæ salutis, & ita transit Boniorn. hic, & in l. 1. ff de constit. pecun: dat rationem ipse Rex, quia si seruanda esset, quando promissa fuisset hosti, vt hic, & est est iure communi, vt dicunt DD post Bartol. in l. 1 §. non fuit ff. de dol. & in l. conuentionem ff. de pact. vbi dicunt quod publica persona tenetur fidem seruare etiam hosti, faciunt adducta per Rip. in l. fin. C. de reuoc. donat l. 1. ff. de pact. vbi nihil tam congruum est humanæ fidei, quam ea, quæ inter eos placuerint, seruare. Bald. in l. 1. 1. C. de sacrosc. Eccles. io, de Platea, & alij allegati per Additionem ad Scholia Baldi cons. 18. lib. 1. Virgil.

At tu dictis Albane maneres.

& idem Marc. Ant. Rouescalensis ad Scholia Baldi cons. 145. volum. 2. ne redderetur clusoria promissio, nam si omnibus est graue fidem fallere, multo magis Principi, cui conuenit quod scripsi, scripsi, & quæ exeunt de labijs meis non faciam irrita ex

ex Marsil. singul. 166. de quo suppleo alia infra in cap. 24. Regis Martini Tom. 3. & in cap. 456. Regis Alphonsi, sub versic. ad Principem Tom. 5. & Arist. solebat admonere Alexandrum, vt fidē seruaret, aliàs malus sequeretur exitus ex relatis ab eodem Marcoant. ad scholia Baldi cons. 371. vol. 3. vbi adducit plura, ex quo talis fi-
37 des † æquiparatur iuramento, vt notatur in cap. pen. de iureiur. & refert Affl. decis. 389. super dubio, latè Decius in l. ea est ff. de regul. iur. & ibi pulchra, & longa Additio, quāto magis quādo promissa est amicis, & vassallis, vt hic, quia graue esset talē fidem frangere secundū eundē Bartol. in l. 1. ff. de constit. pecun. vnde natū fuit vulgare dictū.

„ *Frangenti fidem, fides frangatur eidem.* l. quæro §. inter locatorem ff. locat. Marsil. singul. 145. ortum etiam fuit quod vbi agi-
38 tur de fide rupta † non sit locus compensationi l. fin. ff. deposit. Bart. in l. cum aliter ff. de compensat. & refert, & sequitur idem Marsil. singul. 148. loquendo de fide seruanda, vt etiam D. O. M. non facit differentiam inter simplicem loquelam, & iu-
39 ramentum, nisi † loquamur in tregua, in qua ponitur fallentia, vt volunt DD. Neapolitani in Additionib. ad l cum proponas C. de pact. vel nisi simus in contractibus nominatis, quia non habet locum dicta regula, frangenti fidem, &c. ita Alex. & Dec. in d. l. cū proponas, Bald. Ias. Corn. Ruyn. Natt. & Decius citati per Surd. cons. 38. nu. 8. vol. 1. vel nisi simus contra delinquentem, cui non obseruatur dixit idem Marsil. sing. 177. de quo tetigi supra in cap. 32. Regis Iacobi in 2. exclusione Tom. 1. & voluit pulchrè post Innoc. Felin. & alios add. prædicta ad Dec. loco citato, faciunt quæ tetigi in cap. 36. Regis Alph. sub versic. dicto ergo Tom 4. prout etiam hæreticis non est seruanda, posui in d. cap 32. sub versic. vt hic ergo, & Ias. in l. conuentionum ff. de pact. exemplificat in bannitis, & ita velle puto intelligere Iason. ibidem, quod intellige cum grano salis non in omnibus delinquentibus.

Marius Muta V.I.D.

De confirmatione priuilegiorum, & legum. Cap. 11.

CVm deuotos nostros, & fideles electos Siciliæ, non solum beneficijs, & fauoribus olim indultis, verum etiam indulgendis a nobis, gaudere velimus, & copiosa nostræ benignitatis munificentia perpotiri, omnes gratias, concessiones, donationes, prouisiones, priuilegia, libertates, immunitates, consuetudines, constitutiones, ordinationes, & leges, quas, & quæ sacratissimus Imperator Federicus Secundus, ab eodem genitus dignissimus Rex Manfredus gloriosissimus Rex Aragonum, & Siciliæ, Petrus reuerendissimus pater noster, ac etiam Iacobus nūc illustris Aragonum, olim Rex Siciliæ frater noster, necnon Aragonum, & Siciliæ Regina sanctissima mater nostra, & nostra præcipuè celsitudo, vel anteriores quicumque Principes nostri in Regno Siciliæ prædecessores, fidelibus antedictis vniuersis, aut singulis dederunt, fecerunt, constituerunt, promiserunt, vel etiam confirmauerunt, acceptamus, confirmamus, laudamus, & approbamus, & ex certa scientia robur illis, & efficaciam impartimur, quæ tamen præsentibus Maiestatis nostræ Constitutionibus, & Edictis non derogent, vel repugnent; Adijcientes, vt si quid circa interpetrationem priuilegiorum, gratiarum, & concessionum huiusmodi dubitationis emerserit, interpetratio fiat in fauorem, & commoditatem eorum, quorum intuitu priuilegia, & prædicta omnia processerunt.

Late habes infra eod. in c. 26. vbi multa capitula Regni concordantia ad hoc adducuntur.

De generali Curia semel in anno facienda. Cap. III.

Cordi nobis existit propositum nostrum Deo feliciter dirigere, memoratam Siciliæ insulam, more diligentis cultoris, & circumspecti rectoris, prouide gubernare, euellendo, dissipando, ædificando plantando, vt euulsis inde, ac extirpatis erroribus, & quibuscumque defectibus reformatis, in certis virtutibus, & plantata iustitia, nostræ Reipublicæ status, & omnium Siculorum optatis prosperitatibus amplietur; & successiuis beneficiorum augmentis de bono in melius reducatur: Ideoque prouidimus anno quolibet, in festo scilicet omnium Sanctorum in Siciliæ partibus generalem Curiam celebrari, in qua nobis ad esse statuimus Comites, Barones, & Vniuersitatum quarumlibet Syndicos idoneos, & sufficientes instructos, & alios adhoc opportunos, & vtiles, ad prouidendum nobiscum, procurandum, & exaltandum nostræ Maiestatis, ipsius insulæ, & omnium specialiter Siculorum statum salutiferum, & felicem; ad examinandum etiam, & puniendum Iustitiariorum, Iudicum, Notariorum, & officialium quorumlibet defectus, negligentias, & excessus; & præfatos Syndicos, pro referendis, & denuntiandis offitialium ipsorum erratis, apparere præcipimus plenius informatos, vbi offitiales eosdem, de cunctis eorum peccatis mandabimus, quos expedierit, & sicut expedierit, syndicari; & quæ etiam in prædicta Curia ordinata fuerint, & statuta per nos, & subiectos nostros inuiolabiliter volumus obseruari, existimantes æquissimum, Principem legibus teneri suis, nec pati sibi licere, quod alijs interdixit. Ac insuper præsenti nostra constitutione decreuimus in prascripta Curia per Comites, Barones, & nobiles dictæ insulæ, atque syndicos antedictos, eligi, & creari viros duodecim de dicta prouincia nobiles, & prudentes, qui omnes vel eorum pars maior existentes in præsentia nostra, vel alterius a nostra Maiestate statuti, quæstiones, & causas criminales, vitam, membrum, vel corporalem pœnam nobilium, videlicet Comitum, Baronum, atq; feudatariorum integra feuda habentium, seu vassallos dictæ Insulæ Siciliæ contingentes secundum Deum, & iustitiam audiant, examinent, sententialiter terminent, & decidant, appellatione remota, eorum officio, vsq; ad anni circulum, & celebrationem sequentem Curiæ duraturo; omnibus alijs cognoscendi, vel iudicandi in causis, & quæstionibus supradictis potestate prorsus adempta, vt honorabili-

bus viris prædictis honor debitus deferatur, in eorum excessibus corrigendis.

TRia dicuntur, primum nempe quod semel in anno sit generalis Curia per Principem facienda, de quo habes infra in cap.362.Regis Alph.Tom.5.Secundum, quod æquissimum est Principem legibus teneri suis, scripsi supra in proœ. in 4. par. vers. siculorum. Tertium quod honor debitus honorabilibus viris deferri debet, habes dictum in d.Tom.5.in cap.375.

De Crimine læsæ Maiestatis. Cap. IIII.


Nter cunctas virtutum laudes, & merita, quæ conditiones, & vitas hominum honorificant, & extollunt, obseruantia fidei subiectorum ad dominum, & domini ad subiectos lumine clariore præfulgeat; salubriter quoque disponitur compago totius, quando caput membris, & membra capiti benè concordant; agnoscentes igitur, & gratissimam accipientes probatam fidem Siculorum nostrorum, & eos numquam in ipsius fidei obseruatione deficere, arbitrantes contra expugnantes fidelitatem eorum, præsentem edidimus legem, impugnatis de fide multiplices defensionum modos fauorabiliter inducentes. Itaque si quenquam Siculorum de crimine læsæ Maiestatis nostræ, seu proditionis accusari à quocumquè, denuntiari, vel impeti fortè contigerit, neminem accusatorem audire volumus, vel admicti, nobis solis ad hoc accusandum, vel impetendum, potestate concessa; dum vero accusauerimus aliquem de crimine proditionis, prædicto accusato, vel impetito à nobis licentiam, & facultatem præstamus viriliter, & sollenniter se defendere, tam secundum iura communia, quàm speciales Regni Constitutiones, Pro aui nostri Federici II. diui Principis Romanorum, quàm secundum vsagium Barcellonæ ipsi reo, vel accusato, de prædictis iuribus eligendis, quod maluerit ad sui cautelam arbitrio reseruato.

Dicas in c.48. Regis Martini infr. Tom. 3. vbi apporto concordantes contextus.

De non vocando Ferracano, vel Guelfo, Cap. V.

VBI, & inter quos vigere dignoscitur vnio, & consensus fidelium voluntatum, existimamus iniquum diuersis eos cognominibus, seditionem, & scisma prouocantibus, appellari, & in cuiuscumque iniuria contumeliosa verba proferri. Quare prohibe-

mus, vt nemo vnquam appellet aliquem, vel vocet iniuriosè ferracanum, proditorem, vel Guelfum, vel alijs vocabulis huiuſcemodi, quę inter fideles noſtros odia, & diſſenſiones importare contingit. Quòd ſi quis hac ſanctione prohibita, auſu temerario violare præſumpſerit, iuxta noſtrum arbitrium puniatur.

S. V. M. M A R I V M.

Iniurioſa verba nemini licet dicere, & quæ ſint iſta contumelioſa. nu. 1. 2. 3. 5. 6. 8.
Proditor, guelfus, vel ferracanus nullus vocari debet. ibid.
Guelfæ, & Gibellinæ partium nulla erat Maieſtas ibid.
Guelfus, nomen, an ſit iniurioſum vel non num. 2.
Iniurioſa verba ſunt dicere, tu es latro, fur, gladiator, lupus, Diabolus, vel filius Diaboli, canes renegati, &c nu. 3.
Iniurias ſi quis faceret facto v.g. ſtercorando portas, cornua affigendo, cartellos eijciendo; & ex pena graui punitur. nu. 4. 5.
Cartellos eijciens quâ pœna puniatur. ibid.
Cartellos affigens, vel ſimilia committens delicta qua puniatur pœna, ibid. & n. ſeq.
Famoſum libellum ſcribens quomodo puniatur nu. 5 & quid de inuenientibus, & non frangentibus, ſed alijs propalantibus.
Iniuriarum actione poteſt agi contra iſtos, qui faciunt matinatas, & ſeritinas. nu. 6.
Iniuria facta meretrici, vaſſallo, ciuibus quomodo agatur, & per quem, & de modo libellandi. ibid.
Iniuriam ſibi factam ſi quis remiſerit, an alius poſſit agere. nu 7.
Iniuria quæ nam dicantur graues, & poteſt deueniri ad exhæreditionem, & fugationem vel exilium nu. 8.
Iniuriæ plures datæ eodem tempore, vna accuſatione comprehenduntur. nu. 9.
Iniuria poſſunt in articulo mortis remitti in manu Sacerdotis, nec poteſt amplius agi, & pax valet nu. 10.

CONtinuatur hoc ordine, fuit enim dictum ſupra in cap. antecedenti, de crimine læſæ Maieſtatis, ſubditur hic de aliquibus affectionibus, & coadunationibus, ſiue adherentijs cum partialitate perſonarum in aliquorũ priuatam vtilitatem. De iniurijs nõnulla tetigi in cap. ritus 149. in 8. caſu verſic. non abdicando, Tom. 4. quia in effectu
1 iſthæc verba, Ferracanus, vel guelfus † ſunt contumelioſa, de quibus Bart. fecit ſcriptractatum de Guelf. & Gebellin. & in indiuiduo etiam habes ſimilem contextum infra in cap. 53. vbi remiſsiuè pono in 5. notab. præcipitur enim in textu ibi, quod nullus debet vocare aliquem proditorem, guelfum, vel ferracanum, alijſque nominibus, quæ inter fideles regios odia & diſſentiones important & quæ ait Bald. in l. 1. C. ad l. iul. maiest. cum ſimilib. Mart. de laudun. in tract. de Princip. §. 154. & per Bart. Soccin. conſ. 22. ſequendo &c. vbi ait quod partis Guelfæ & Gebellinæ nulla erat maieſtas, & ideo inter ipſos non committitur crimen læſæ maieſtatis: eſt verũ quod
2 video iſtud nomen † Guelfi non eſſe iniurioſum vt habes apud eundem Bart. col. 1. vbi ait illos vocatos eſſe Guelfos quaſi zelatores fidei, vel ſecundum aliam interpetrationem ſiue confidentes orationibus, & in diuinis, ideo guelfi, quaſi, os loquens, & adducit quædam iura Sacræ Scripturæ ſed re vera hic intelligitur de illis perſonis habentibus affectionem non propter bonum publicum, ſed priuatum, & adhærendo alicui parti, vt alius opprimatur; quod non eſt licitum, vt videbimus infra in cap. 114. ampl. prima & propterea ſubdit Bart. nu 1. de illis nominibus, quæ ſciſſuram, & diuiſionem important, quæ non licent honeſto viro, nec habere ſimiles ſectas, vt intellexit Cotta in verb. Guelforum, & ob id iſta verba, vt proferrentur ſunt prohibita, vt hic, quoties ad iniuriam proferrentur, vel ſimilia huiuſcemodi vocabula importantia, prout in iſto textu ſentitur; & poſſumus etiam adaptare ad
3 ea exempla iniurioſa † ſecundum ea, quæ dicit Bart. in l. etſi perceperit ff. de liber. & poſth. vbi ſi alicui diceretur, tu es latro, gladiator, fur, &c. cum non ſit, nam ſi eſſet, poſſet ſic vocari vt per Piguer. deciſ. 13. n. 15. quamuis hæc verba proferantur in ge-
4 nere, nec certam ſpeciem maleficij contineant, tamen iniurioſa verba ſunt, & habes in libris feudorum in l. 1. de conuic. tepori iniuriarum, ſi quis vocauerit hominem lupum, Diabolum, vel filium diaboli,

vt ait And. de Ysern.in tit.quib.modis feud. amitt. sub nu.13.& iddem dico si v.g. vocarentur canes, vel renegati, aut alijs contumeliosis verbis, quia hæ iniuriæ, neque seruis, maximè factis Christianis, conueniunt, vt id proposito demonstrabimus infra in cap. 63. & ita in indiuiduo loquitur Lud. Peguera d.decis. 13. vbi cótra illum iniuriantem alterum Iudæum, fuit iustitia facta, & decisum quod se retractaret in loco publico, & citra veritatem dixisse, & sic cantaret pallinodiam & exulatus per annum, vt in decis.77.& consequenter est ponendus frenus linguæ: ex dictis per eum col.a & seq. locis citatis.

Immo si verbis prohibitũ est hic inferre iniurias, ibi, contumeliosa verba, multo magis, & factis, v. g. quando quis stercorare
4 raret † fores, siue portas alicuius, vt præ manibus habui hodie 6. Augusti Iudex existens regiæ Curiæ Prætoris Ann. 1608. in quadam meretrice, quæ stercorauerat ianuam vicini, vel eisdem foribus cornua vel cartellos affigeret, carusellos ojiceret, vel similia, quia in his adest in Regno pragmat. vbi adnotaui in tit. de pæn. percutien. cum instrum. contumelioso Tom. 1. pragmaticarum. per quam imponitur arduissima, & sanctissima pæna; de quibus in terminis scripsit Decian. in cap. 25. nu. 53. lib. 3. tom 2. quem refert, & sequitur vberrimus Criminalista Farinac. in theorica, & praxi criminali quæst. 105. ampl. 13. num. 469. fol. 380. per text. in l. lex cornelia §. fin. ff de iniur. & allegat etiam Bertazzol. cons. 37. num. 2. subdens, & inferens ipse Farinac. per hæc verba, quod statuta imponentia pænam stercorizantibus, seu apponentibus præputia, aut cornua in ostijs alienis, procedunt, & habent locum in facientibus libellos famosos & cantantibus aliquid, quod pudorem alicuius lædat l. item apud Labeonem §. generaliter & §. hæc autem ff. de iniur. & ex eodem Bertazol subdit nu. 3. quod talia facientes, puniuntur ad instar componentis famosum
5 libellum † & allegat quandam constitutionem Marchiæ cap. 61. lib. 4. vbi isto casu imponit pænam pecuniariam, ac etiam personalem arbitrio iudicis, & ex statuto Romæ cap. 68. lib. 2. disponitur quod qui stercorà, vel cornua ad alienas domos apponunt, seu parietes fœdant, vel quid simile, si in ignominiã meretricum, & capti sunt viles personę acriter torquentur; & fustigantur, & in perpetuum exilium damnantur, si vero essent nobiles, vel bonæ existimationis, & capti; similiter torquentur, & per annum in carceribus detinentur,

vel in exilium arbitrio Senatoris, verum quoties prædicta perpetrantur in ignominiam honestarum personarum, tunc pæna erit etiam capitalis arbitrio Senatoris pro qualitate personarum, & prout latissime potest videri per ipsum Farinac. per totum numerum 469. quæ supradicta potes applicare, & concordare cum d. nostra pragmatica superius citata, quibus adde text. in l. 1 §. 1. ff. de extraordin. crim. Clar. Cravett. & Menocch. quos sequitur Petrus Caballus in eius resolutionibus criminalib. casu 71. vbi refert diuersas pœnas, & fustium, & triremium cum mitra in capite, & scriptura in pectore, vt apud nos etiam seruatur, & ita in terminis, de cartellis loquitur Peguer. d. decis. 72. vbi quod maior est iniuria, quæ fit literis scriptis, quam voce, subdens quod etiã qui inuenit, & non fregit, vt author iudicatur, & in ecclesia ponentes tales cartellos sunt excommunicati, & cito quod quis doceat de authore dicti libelli famosi, apparuerit tamen, & constiterit quod ipse inuentor alijs publicauerit, & demonstrauerit, punitur ac si principalis vt ait ipse Peguer. d. decis. 77. nu. 11. ex Salicet. Gregor. Lopez. Marco. Menocch. & alijs l. vnica C. de famos. libellis, & est limitatio ad ea, quæ dicam infra infra in cap. 43. Regis Martini vers. 2. colligo tom. 3. vbi ostenso authore in falsa moneta, vel instrumento liberatur.

Ponere etiam intendo quoddam, quod in dies contingit circa istos, qui faciunt,
6 vt aiunt † matinatas, & serictnas, nam potest agi actione iniuriarum Neuizan. in sua sylua verbo seni num. 34. quem sequitur Aniel. de Bottis in modernissimis additionibus ad rubric. ff de iniur. & ibi vide quid de iniuria facta meretrici (de quo sentio etiam in Consuet. Pan cap. 25. in princ. & per tot. vbi loquor de iniurijs, & in cap. 70) vbi etiã an dominus possit agere pro iniuria facta vassallo, vel ciuibus, & de modo libellandi, & multa alia, & in l. lex cornelia ff. eod. vbi Carauit. qui ait, an si
7 quis remisit † iniuriam factam sibi, possit alius consanguineus, non obstante hac re-
8 missione, accusare criminaliter offendentem, de quo particulari tangam infra in cap. 117. versic. an vero; & in materia vide pulchrã Additionem omnino ad Bart. in l. filio præterito in litera G. ff. de iniust. rupt. testam. vbi quæ dicantur graues, & quæ
8 non iniuriæ † & late etiam Bossi. ad statuta Parmæ tit. de verbis iniuriosis fol. 100. col. 2 lib. 3. adeo vt dixerim supra in cap. 52. Regis Iacobi vers. vt hic, tom. primo, quod 8
pro iniurijs inhonestis possit deueniri ad

exheredationem, ampliando §. vt cum de appellat, cognoscat, in authent. & pœna sit in vilibus personis, fustigationis, & in cæteris exilio temporali, vel arbitrio Iudicis vt per Peguer. d. decis. 13. num. 19. vbi Additio ex Meno. ch. & alijs.

Declaro primò, & intelligo † in materia iniuriarum, quod quoties fiunt plures iniuriæ eodem tempore in vna accusatione tantum comprehendantur, & audiantur, non autem in pluribus ita est text. infra in cap. Regni Regis Alph capit. 335. tom. 5. & potest esse quarta limitatio eorum, quæ dixi in cap. 56. Regis Iacobi in 2. notab. Tom. 1. post nu. 55.

Declaro secundo † vt qui passus fuit iniurias, si illas in articulo mortis in manu Sacerdotis remiserit, non possit agere, & pacem valere, quia Sacerdos est publica persona, bene verum quod communis * opinio est in contrarium ex Bar. & Gug. de Cun. relatis per Additionem ad Speculat. in tit de instrum. edit. §. nunc vero sub nu. 4. in litera A.

Muta V. I. D.

De uxoribus proditorum, & filijs. Cap. VI.

Inter delinquentium personas, & delictorum fines pœnas angustare volentes, hac nostri numinis dispositione prouidimus obseruandum, quòd si ob notam proditionis aliquorum bona fisco nostro fuerint acquisita, ipsorum vxoribus, quæ tamen non consenserint erroribus maritorum, de ipsis virorum suorum viuentium bonis ad Curiam deuolutis, pro modo facultatum alimenta præstentur. Si vero prædicti eorum mariti mortui fuerint, si quidem non existentibus liberis, dotes suæ restituantur eisdem, liberis autem existentibus, tertia pars bonorum communium tempore constantis matrimonij dictis mulieribus relaxetur, de duabus vero partibus prædictorum bonorum, filiabus tantum, humanitatis intuitu, volumus alimenta præstari, masculis omni emolumento bonorum huiusmodi penitus excludendis. Quæ præsentia indulgentiæ nostræ statuta non solum ad annotandos in posterum, sed etiam ad huiusmodi adnotatos in præteritum extendi, & trahi misericorditer impetramus.

S V M M A R I V M.

Confiscari non possunt bona legata condicionalia, nisi essent iura conditionalia potestatiua nu. 1. 2. cum seq.

Confiscari non possunt bona futura, num. 3. & seq.

Confiscari non possunt bona quæsita post bannum nu. 4.

Confiscari non potest futura substitutio ibidem.

Confiscatis bonis an, & quando iura passiua transeunt in fiscum nu. 5.

Fiscus tenetur cum sua causa ad ea quæ ad eum transierunt tanquam confiscata ibidem.

Confiscationi non est locus quando reus criminis mortuus est nu. 6.

Confiscari non possunt bona prohibita alienari nu. 7.

Confiscari non possunt illa bona, quæ sunt data hoc pacto quòd si talis deportetur ea non habeat nu. 8.

Testator potest instituere filios cum pacto quod si commiserint delicta, ob quæ bona confiscarentur, quod ipsa bona cadant ad talem. ibid.

Rebellium vxores possunt ex statuto expelli de vrbibus, & quid si mox sint viduæ, num. 9. 10.

Rebellium vxoribus etiam viduis debent restitui dotes, & quomodo. nu. 10.

Dos an remaneat apud virum stante pacto vel consuetudine quod muliere prædecedente sit mariti. nu. 11.

Dos debet restitui vxori non obstante pacto quod stantibus filÿs, ipsi restituatur. nu. 12. cum seq.

Dotis restitutio vxori facienda est præsertim stante pacto. ibid.

Dos reuertitur ad dotantem quando dotata cum filÿs decessit stante pacto. ibid.

Dotis restitutio an, & quando dotanti patri, vel extraneis facienda est, seu cuius, & casus dederit in futurum, ibid.

Dos succedit loco legitima, & non potest grauamen in ea apponi, nisi in eo, cuius quantitas ascendit dotem num. 13. 14. 15. & 16.

Dos data à patre filia an possit, & quomodo grauari ibid.

Fratres dotando sororem, an possint dotem onerare, & quando. num. 14.

Dotata filia à patre tam de bonis paternis, maternis &c. an possit deducere portionem aduentitiam sibi contingentem n. 15.

Pater si dotem dat filia cum pacto quod in casu restitutionis dos reuertatur ad eum quid operetur tale pactum nu. 16.

Maritus, & vxor viuentes, more latinorum, omnia bona habent communiter, & pro indiuiso nu. 17. 18.

Maritus si delinquat, adeo vt bona confiscentur, non debet vxor pati detrimentum in dotibus, & antiphato, & iuribus dotalibus nu. 18.

Rebellium filÿs masculis nil datur, feminis fit quoad alimenta per fiscum, num. 19. 20. 21.

Femina quandoque sunt melioris conditionis, quam mares ibid. & nu seq.

Monasterio si est factum legatum, subauditur in dubio de monasterio monialium. num. 20.

Lesa maiestatis in crimine quandoque condemnantur filÿ vsq; ad tertiam generationem nu. 21. & seq.

Rebellem filium tenetur pater denuntiare Regi, ipsumque coram eo ducere nu. 22.

Pater tenetur pro filio in crimine lesa maiestatis, & quomodo ibid.

Rubr. C. ne fil. pro patr. limitatur in crimine lesæ maiestatis ibid.

Filiatio probatur per verba enuntiatiua, per testes de credulitate, per assertionem parentum, vel si fuit educatus, & baptizatus ad eorum instantiam, &c. nu. 23.

Naturales non comprehenduntur sub statuto loquente de filÿs, & quid de natis ex concubina nu. 24.

Naturales, & bastardi non gaudent beneficÿs, priuilegÿs, gratÿs, immunitatibus, & alÿs concessis ob numerum filiorum legitimorum, nec veniunt in contractu, nec in statuto nu. 25. nec succedunt in ciuilitate, nec in hereditate nu. 26. & quomodo nu. seq.

Filiorum numerus excusat à tutela, ab eundo ad exercitum, nec comprehenduntur naturales ibid. & nu. seq. vbi quid de eorum nepotibus.

Naturales non succedunt in ciuilitate, nec in hereditate, & in quota parte succedant & quando num. 26. & quod possit eis aliquid relinqui titulo alimentorum nu. 27.

Naturales debent habere alimenta ex omni iure nu. 27.

Statuta regulariter trahuntur ad futura quandoque respiciunt præterita, & quando nu. 28. cum seqq.

Leges futuris negotÿs dant formam, & præsentibus nu. 29. 30 fallit nu. 31. 32. 33.

Testatorum voluntates respiciunt futura, ibidem.

Veritas determinata non datur de futuris nisi in lege, nu. 30.

Lex est determinata veritas, ibid.

Princeps potest disponere in specie quod lex trahatur etiam ad præterita, nu. 32. 33.

Factum pro infecto potest S. Pontifex facere, & non scitum pro scito, nu. 33.

Continuatiuum est hoc regni capitulum cum præcedentibus, in quibus postquam actum fuit de rebellibus, nunc quid de vxoribus, filiisque eorum; & quidam pulcher est iste textus, & continet notabilia aliqua. Diuiditur in tres partes, in prima disponitur quod vxoribus proditorum, quę non consenserunt proditioni, debent alimenta præstari ex bonis deuolutis durante vita dictorum maritorũ. In secunda quod mortuis prædictis absq; liberis dotes debent reddi vxoribus; & quid si extarent liberi. In tertia ponitur quædam extensio præsentis capituli ¶. ij. ibi, si vero prædicti, iiij. ibi, quæ præsentia.

Hoc capitulum loquendo de rebellibus loquitur in allodialibus vt apparet ex eius lectura, & sic dicit Cumia in cap. si aliquem in verbo, mortis, nu. 28. & nihilominus ipse videtur ampliare procedere etiam in feudalibus, non obstante quod sub dubio dixerit, sed parcat mihi ipse Cumia, non potest habere locum in feudalibus, ratione quia loquitur textus de bonis communibus, ibi, tertia parte bonorum

rum

rum bonorum communium, in quibus non
habent locum feudalia, vt videbimus in-
fra in cap. 28. restrict. 2. versic. & propte-
rea, dicemus tamen quoad materiam feu-
dalium latè infra in cap. 48. Regis Marti-
ni in tit. de successione rebell. infeudal.
Tom. 3. vbi propriè cadit.

Nec intelligas quod cum hic agitur de
confiscatione bonorum ipsorum delinquē-
tium, dum hic dicitur, bona fisco nostro
fuerint acquisita, quod scilicet veniant
omnia indifferenter, quinimmo nō, namq;
1 bona legata cōditionalia † vtique nō pu-
blicantur, & sic conditionalia iura non
transeunt in fiscum, ex quo non sunt bona
propria ipsorum delinquentium, quod es-
se menti tenendum dixit Bartol. in l. quod
traditum in fine ff. de condit. & demonstr.
& in l. postquam ff. vt legat. nomin. cauea.
& in l. si quis arbitratu ff. de verbor. obli-
gat. & est casus in l. interdi. it ff. eod. tit.
de cond. & demostr. nisi essent iura condi-
tionalia conditione potestatiua, quòd tūc
transferuntur in ipsum fiscum l. in facto,
& ibi gloss. §. fiscus ff. eod. Bald. in l. etiam
col. vlt. C. ad l. falcid. & in l. 1. C. de hæred.
instit. & est pulchra additio ad Bart. vbi
Alex. in d. l. quod traditum, in conditione
vero casuali non; sicut etiam iura condi-
2 tionalia † ex vltima voluntate neq; con-
fiscantur, sed ex contractu inter viuos sic,
ex quo illa omni casu transferuntur in fis-
cum, quæcumque sit conditio, casualis, si-
ue mixta l. inter socerum §. fin. ff. de pact.
dotal. Imol. in d. l. quod traditum, l. quo-
ties, & ibi gloss. & etiam Imol. ff. de no-
uation. Bal. in l. fin. quæst. vlt. ff. de contrah.
empt. & in l. 1. C. de bon. quæ liber. quem-
3 admodū etiam, nec veniunt bona futura †
sed tantummodo quæ quis habet tempo-
re delicti commissi, & nō ad postea quæsi-
ta, vt tango infra d. cap. 48. Regis Martini
limit. 2. Tom. 3. Cumia in d. cap. si aliquē
verbo mortis nu. 148. cap. fœlicis versic.
verum extr. de pœn. in 6. Riminald. Iunior
cons. 812. Controuersia lib. 7. nu. 29. & 30.
ex Plott. cons. 158. lib. 1. criminal. Soccin.
Iun. cons. 51. lib. 1. & alijs, Iason in l. si sti-
pulatus fuerim § cum stipulamur nu. 6. ff.
de verbor. oblig. Abb. cons. 91. vol. 2. & ita
tenet V. I. D. de Paternione in Adnotatio-
nib. ad cap. tit. 159. vbi ait quod bona quę-
4 sita post bannum † non veniunt publican-
da l. si mandauero §. & sanè ff. mand. l. si is
cui §. 1. ff. de testib. l. 2. C. eod. Bart. in l.
certa forma C. de iur. fisci lib. 10. Bal. in l.
fin. & ibi gloss. C. quę res pignor. oblig. poss.
Alex. cons. 15. vol. 1. & sic ait Cumia loco
citato in verbo mortis nu. 106. vbi contra-
rium videtur sentire de iure constitutio-
nis Regni, quę est correctiua in hoc iuris
communis, & propterea nec venit futura
substitutio l. ex facto §. 1. & ibi Bald. ff. de
vulgar. & pupill. substit. facit d. l. si mādaue-
ro §. 15. cuius ff. mandat. Bart. in l. 1. in
fine ff. de bon. damnator. & in l. si finita §. si
de vectigalibus ff. de damn. infect.

5 Et hęc de actiuis obligationibus condi-
tionalibus; nam passiuę non transeunt †
contra fiscum secundum opinionem Bar-
toli, & communem in d. l. quoties ff. de
donat. nisi esset legatum, & fideicommis-
sum conditionale passiuum, ex quo tran-
seunt contra eum l. statius §. cornelio ff. de
iure fisci Bonon. hic ea ratione quia bo-
na illa, quę ad ipsum fiscum transierunt,
cū sua causa transierūt, de quibus Roman.
in l. si marito ff. solut. matr. & in singul.
171. Abb. d. cons. 91. lib. 2. Boer. quęst 33. &
de quibus omnibus supradictis latè voluit
Alex. ad Bar. in d. l. quod traditū ff. de con-
dit. & demonstr. vbi hęc omnia distendit.

6 Sic nec erit locus confiscationis † quan-
do reus criminis mortuus esset, loquor de
alio crimine quàm isto, quia extinguitur
delictum, non solum ratione personę, ve-
rum etiam ratione confiscationis bono-
rum vt post Bart. Angel. Curt. Senior Pa-
ris. sentijt Surd. cons. 99. nu. 15. 16. lib. pri-
mo, licet hoc non teneat pro constanti.

Prout nec confiscationi locus est bono-
7 rum illius delinquentis † cui à testatore
fuit facta prohibitio alienandi, & ideo bo-
na illius non possunt ad eum peruenire,
nisi personę, ad quas peruenire deberent
tales res prohibitę alienari, defecissent ve-
ait Marsil. singul. 314. Prohibitio &c. vbi
vide alium casum.

Quemadmodum circa confiscationem
8 bonorum per fiscum faciendam solet adv
hiberi cautela, & est ex § 1. l. sed si mors
ff. de donat. inter vir. & vxor. quę est vt detur bo-
na vxori cum hoc quod si contingat ma-
ritus deportari; nam poterit tunc ipse
maritus reuocare talem donationem, nec
quicquam fisco acquiritur, & dicit Ias. in
Auth. si qua mulier sub nu. 30. & cum seq.
quòd hæc cautela est mirabilis, & nūquam
eam vidit, nec legit, nec audiuit, allegat
Bald. in l. pen. C. de execut. rei iudic. col.
10. versic. quęro, & ista cautela inoleuit
hodie maxime apud testatores, qui sem-
per faciunt capitulum separatum, quòd si
eorum heredes vel aliquis ipsorum con-
tingat crimen committere, vel hereticas-
se, aut rebellare, quod tunc cadant ab hę-
reditate, & habeantur pro non institutis,
& per similia verba, vt post Surd. & alios
de-

demonstro infra in d.cap.48. Regis Martini ampl.8.

Et sic duo tempora respicit hoc capitulum quoad vxores rebellium, primum nempe in vita eorum, quo casu mitissimè procedendo dantur eis alimenta Bald. in l.fin.C.de dot.promiss & in l.pen.C.de priuil.fisci Afflict.in cap.1.quę sint regal. nu. 20.Bonior.hic:recordor alibi legisse quod
9 erat tam graue hoc delictum † vt etiam ex statuto vxores rebellium prędictorum expelleret de vrbibus & locis, ita vt ibi commorari non possint, vt declarat post text.in l.titia scit §. vsuras ff. delegat. 2. Iacob.de Aret.& ibi Bar.in principio, vbi ad hoc propositum ita inducunt illum §.1. quoties, & ibi not.C.de priuileg. scholar. lib.12. Bald. in l. cum acutissimi C. de fideicommiss.&in l.2.C.qui ad libert venir. non poss. nisi tantummodo, dicendo prędicti DD. dictis vxoribus viduis existentibus, quia poterant redire ad Ciuitates, ratione quia videbatur finita causa odij, & per consequens odium etiam finiri l. cui eorum §. affinitates ff. de postul. quod erat satis arduum tale statutum, & non mite, prout hic, in quo quantum ad secun-
10 dum caput de viduitate † vult eis restitui dotes, & casu quo bona fuissent communia, tertia pars, in tantum vt non excluserit eas à commercio vrbis, neque filios, & sic concludit Cumia in d. cap. si aliquem in d. verbo mortis nu.28. (nisi dicas quod sit iste disterrus ob publicum bonum ex his, quæ dixi infra in cap. 108. ampl. 14. cum sua materia) Et hoc cap. intellige, dummodo ipsę vxores erroribus maritorum non consenserint, sic enim hic disponitur in principio ibi, quę tamen non consenserint &c. & subdani inferius vers. quo vero, alias tanquam vxores perduelles punirentur, vt dicit Cumia loco citato nu. 29.& allegat cap.52.dicti Regis Martini: & sic quoties non consentiunt erroribus maritorum, & ipsi mariti essent mortui, debent dotes ipsorum mulieribus restitui vt hic habes, ergo à contrario sensu non existentibus viuis vxoribus, quicquid mariti acquisiuerint, siue ex pactis, aut alias transeunt in fiscum, proditione facta; vnde si v. g. fuisset conceptum pactum, vel
11 existeret consuetudo dicens dotem † remanere apud virum, si mulier decesserit in matrimonio cum liberis (quod quidem pactum valet, vt videmus in dies, & ponit Bart. in l.post dotem ff.solut. matr. ac tangit in l.cum vir ff.de condit.& demost. sub audiendo de liberis ex eis natis per l. si inter ff. de pact. dotalib. & per ea quę scripsi in commentar. consuet. Panormit cap.47.nu.23.24.25.26.27.28. aliter non valere pactum quando cum filijs dotata decessit, addo Thesaur. decis. 170. Surd. cons.471. num.13. vol.4. post multos pulchre, & cons. 113. vol. 1. & latè Menoch. in cons. 238. per tot. vol. 3. intelligendo de dote vera data, non autem promissa nu. 30. & seq. quamuis in hoc dubito, quia mora dotatis noceret alijs, vide Iason. in l.post dotem ff.solut.matr. sicuti nec vale-
12 ret pactum † quod mortuo marito dos restituatur filijs nam superstite vxore, quæ dotata fuit, ipsi faciẽda est restitutio, quia aliter pactum tenderet contra ipsam vxorem, & causa efficeretur deterior per ea, quæ late sentit Surd. cons.78. lib. 1. sicuti eidem vxori etiam facenda esset restitutio, quando ex pacto ad esset quod dos ipsi restituatur Alba. Rolland. Bald. & alij per eundem Surd cons.164. nu. 12. 13. & seq. lib.2. & pulchre cons. 206) & ideo vt repilogem supra dicta dico quod, quando cum filijs decessit, dos reuertitur ad dotantem in pacto simpliciter apposito (v.g. quod dos restitueretur sibi patri, seu si esset dictum, cui ius dederit, & pront inferius dicam, nam etiam cessante stipulatione expressa, hoc casu ipsi patri restituenda esset, vt post Imol. in l.Caius col.vlt.ff.solut.matr. Anchar.cons.365.col.vlt. Salyc. in l.auia C.de iur.dot. Alex.cons.139. col. vlt. Saly. in l.auia C.de iur.dot. Alex.cons. 139.col.2.lib.2. Bald. Nouell. in tract. de dot.part.6.priuileg. 28. & 29. Crot. cons. 95.num.9.lib.1.ait Menocch. d cons. 238. nu.52.& sic dico de alijs dotantibus etiam extraneis, vel fratribus, qui possunt similia pacta apponere maxime in ipsa constitutione dotis, & non ex interuallo, vt declarat idem Surd. d. cons. 113. col. 2. quia alias intelligitur in dictis extraneis data dos animo donandi l. vnica §. accedit C.de vxor.action. idem Surd. cons. 119. n. 23. & seq. eod.vol. 1. (& per ea quæ suppleo infra in cap. regni 117. Regis Caroli sub versic. limita. Tom. 8.) & pulchrè d. cons.206.nu.25. vbi quod quando ipsa dotata est adiecta in stipulatione, ipsi dotatæ etiã ab extraneo, facienda est restitutio, & idẽ dico quãdo ipsamet dotata faceret pactum quod dos restituatur patri, vel matri, & licet ipse Surd. num. 33. teneat quod per stipulationem descendentis, non quæratur ascendenti (arg eorum quæ dixi infra in cap. 18. ampl. 1. in 3. intellectu) tamen de eius dicto dubito, maximè quãdo res, super qua est facta stipulatio, est duratura penes eam, vt ipse iam fatetur

n.34.

nu. 34. vel ftantibus filijs effet reftituenda
ipfis filijs filiæ, vt ipfe Meno. fubdit ex Bal.
Nouell. Ruyn. Cur. Iun. & Rip. idem Surd.
d. conf. 106. col. 1. & feq. lib. 2. vbi ex con-
fuetudine Martini dos eft reftituenda fi-
lijs dotatæ, & nu. 28. 29. 30. quando fci-
licet vxor prædeceffit cum filijs & ibi pul-
chre declarat, & multo fortius quãdo ad-
effet pactum quod reftituatur filiæ dota-
tæ, etiam fi matrimonium non effet fecu-
tum, quia soli filiæ dabitur actio num. 19.
ftante ftipulatione patris, & iddem eft
quando filia præfente patre, & confentien-
te dotem ftipulatur fibi reddi nu. 20. cum
feq. ficut iddem eft quando veluti procu-
rator filiæ pater ftipulatur dotem reddi
ipfi filiæ nu. 22. & fic illa verba, cui ius, &
cafus dederit in futurum, intelliguntur
non folum fecundum difpofitionem iuris
fed etiam fecundum confuetudinem lo-
ci, quæ præualere debet iuri comuni, pul-
chre ipfe Surd. num. 31. 32. & feq. & late
idem Menocch d. præfumpt. 10. per tot.
lib. 3. vbi diffufifsimè loquitur de ftipula-
tione, & pacto appofito quòd dos reuer-
tatur ad dotantem) & fic mulier tunc in
nihilo poffet difponere, nifi quantum dos
ipfa afcenderet ad eius legitimam, quæ
13 tunc fuccedit loco dictæ legitimæ † vt di-
cam infra in c. 98. §. 3. nã non poteft in ea
grauamen imponi, nifi in eo, cuius quanti-
tas excedit ipfam dotẽ, Bart. in l. teftator
§. filiæ vbi Alberi. de Rof. & Bal. ff. de legat
ij. quẽ fequitur poft alios Milan. decif. 10.
n. 21. lib. 1. & n. 49. & feq. idem Bal. & Saly.
in l. quoniam nouella C de in offic teftam.
Caftrenf. & Alex. in l. à filia ff. ad trebell.
Cyn. in l. vnica §. videamus in fine C. de rei
vxor. action. Roder. Suarez in l. quoniam
in prioribus ampl. 12. C. de in offic. tefta.
Ferdinand. vafq in tract. de fucceff. §. 10.
lib. 1. nu. 259. Brun. in tract. quòd ftantib.
mafculis art. 11. nu. 48. 49. 50. Ang. Aret.
conf. 81. nu. 27. Menocch. d. conf. 238. nu.
54. 55. 56. vbi quod quatenus dos eft infra
legitimam, non poteft aliquo onere gra-
uari, nec licere patri adijcere pactum in
conftitutione ipfius dotis de ea fibi refti-
tuenda, quia quemadmodum non poteft
legitima ipfa onere grauari Surd. d. conf.
113. nu 4. & conf. 255. nu. 19. lib. 2. & nu.
20. vbi quando dotem dat maiorem le-
gitima, poteft in eo exceffu fubftituere
non intra legitimam, fic nec ipfa dos ex
fupradictis authoritatibus; bene verum
quod hoc intelligo quando effet dotata à
patre, vel ab alijs parentibus, à quibus de
iure datur de iure ipfius legitimæ dedu-
ctio, effentque obnoxij, vel dotare, vel da-
re legitimam, fecus verò ab alijs, vt puta
à fratribus, qui ex forma ftatuti, quod
ftantib. mafcul. &c. eam excluderent,
immo dico fortius etiam quod effet dota-
ta à patre ifto cafu, quando fcilicet ipfa
ex vi dicti ftatuti excluderetur, quo cafu
concludo quod non obftante pacto appo-
fito in d. contractu matrimoniali, dos ip-
fa confolidare debet in filiam, & tam hæ-
redes patris, quam pater ipfe viuens te-
neretur illam ftipulationem, fiue pactum
remictere, vt poft Bald. in l. fin. C. de dot.
promiff. col. 2. Iacob. de Aret. in l. vxorem
§. naturalis ff. de legat. ij. ait fignanter
Clarus Iafon in l. poft dotem nu. 89. & 90.
ff. fol. matr. & Alex. ibi, & Ludou. Roman.
ratio eft, quia quoties quis priuatur fuc-
cefsione contemplatione dotis, tunc de-
bet femper, & abfq; onere dotem ipfam
percipere l. fi pater pro filia, ff. de collat.
dot. cum fimilibus, & fequitur hoc Anell.
de Bottis, & alij moderni Neapolitani
adnotantes in d. l. dos à patre C. fol. matr.
Cagnol. in l. vlt. nu. 101. C. de pact. Panci-
rol. ad Iafon. vbi fupra, Luc. de Penna in
l. vnica col. pen. C. de impon. lucr. defcript.
libr. 10. qui fubdit quod poteft mulier in
fuo teftamento hoc cafu difponere de di-
cta dote ad libitum, cum non licuerit,
14 maxime † fratri adijcere hoc onus reftitu
tionis, Bald. in l. fi ancia n. 10. C. de iur. dot.
Vincent. de Franchis decif. 196. pulchrè
Menoch. de præf. lib. 3. d. præfump. x. num.
24. & nifallor recordor alibi fcripfiffe in
meo repertorio, in verbo, fateri & com-
probantur prædicta etiam authoritate
Bartholi in l. 1. nu. 2. ff. ad l. falcid. vbi lo-
quendo de ftatutis quod filiæ feminæ fint
cõtẽtæ dote pro falcidia ex quo intelligi-
tur pro legitima (arg. eorum quæ dicã in-
fra in d. cap. 98. §. 3.) confequenter non
poffet in ea grauamen imponi Paul. de
Caftr. conf. 199. ¶ Sicut etiam deducere
15 poteft ipfa filia dotata † cum fupradicto
pacto portionem aduentitiam fibi con-
tingentem, vtputa fi effet dotata per pa-
trem tã de bonis paternis, maternis, &c.
quia ex quo tota dos hęc non dicitur pro-
fectitia, fed partim profectitia, & partim
aduentitia, confequenter dico quod de-
ducetur illa portio aduentitia, & text. in
d. l. dos à patre C. folut. matr. intelligitur
de dote profectitia, vt ibi per modernos
Neapolitanos, vbi de Bottis, adnotarunt,
ex Cranett. conf. 84. itaquè in indiuiduo
fentit Menocch. d. conf. 238. nu. 53. Quid
ergo operabitur pactum appofitum per
16 patrem † quod dos reuertatur ad eum?
dico quod refpectu partis, & portionis

paternę de equitate dos debet ad eum reuerti, sic loquitur d.l.à patre, Menocch. nu.57.58.59.vbi ait, quod deductis legitima, bonisq; aduentitijs, reliquum sibi restituetur; etsi dos excederet ipsam legitimam potest apponi, & pactum, & substitutio per patrem, & licet dicatur quod dos sit proprium patrimonium filiæ l.3 §. sed vtrum ff. de minor. illud subauditur quo ad restitutionem in integrum petendam, vel intelligitur constante matrimonio, sic Menocch. d.cons.238 num.41.42. Crauett.& Rubeus, quia eo tempore pater nullum ius in ea habet, exquo illa debet deseruire oneribus matrimonij, quæ omnia in hoc versiculo dicta possunt deseruire in causa Ioseph Rodano cum illis de Eugenio, & consortib.& tunc, vt repilogem, quæ tetigi superius, vtiq; hæc dos isto modo acquisita vadit ad fiscum.

Quo vero attinet ad aliud caput præsentis textus, quod est in versic. si vero,
17 colligimus illum viuendi modum † iure
latinorum, de quo scripsi latissimè in commentar.Consue.Panormi cap.43.44. 45.& 46. dum hic dicitur de bonis communibus, per quod dat intelligere quòd sit ius, vel consuetudo, cuius virtute maritus, & vxor possident, siue habent in vita omnia bona inter se communiter, & pro in diuiso sicut etiam in alijs partibus Saxoniæ, de quo testantur Galli libr. 1. art.31.in princ.& art. 45. de quibus meminit Modernus in tract. de processib. executiuis part.1.cap.2.nu.191.& seq intantum vt ipsa mulier dicatur etiam possidere suam partem: & per ea, quæ dixi infra in cap.Regni Regis Alph.135.ampl. 21.Tom.4. & voluit Fimia in d. cap. 48. Regis Mar.d.Tom.3.vbi dicit quod alias fuit dictum, & sentẽtiatum * quod cũ viro panormitano fuerint bona confiscata, & Fisco incorporata, & existẽte M.R.C.Messanæ fuit mandatum Capitaneo quod bona datentur Regio Fisco, vxor opponebat se viuere more latinorum, & stante consuetudine Panormi habebat dimidietatem, & non poterat extrahi, quia fiscus
18 in hoc casu erat actor, in † dotibus enim
suis, iuribusque dotalibus, vt puta antiphato, & donatione propter nuptias, vxor non debet pati dispendium, si maritus delinquat, Affl.in constit. regni, Patres num.2.tit.55.nefil pro patr.& num 8.nisi etiam, & ipsæ vxores essent rebelles vna cum eorum maritis, vt hic disponitur, & tactum fuit superius in versic & sic.

Et quamuis regulariter dici soleat feminas esse deterioris conditionis quam mares, vt posui in Consue. Panormi cap. 12.nu.22.& supra in cap. 33. Regis Iacobi d nu 227.cum seq.Tom.1.attamen hic
19 videtur oppositum † quia filiabus ipso-
rum proditorum quid erogatur, saltim humanitatis intuitu circa alimenta, masculis ab omni emolumento penitus exclusis, Matth. de Afflict. in d.const.patres sub nu.7.nefil. pro patre rubr.55.lib.1.& transeunt hic Boniorn. & de Gregorio, idem Boniorn. in l.quicunque §.1.C.ad l. Iul.Maiestat.& in l.quisquis C.eod. ratione quia è paterna perfidia degenerare non creduntur prout latius vt infra habetur in cap. 52. & 53. Regis Martini d. Tom. 3. & cum a patre generante habeant esse, eius asperguntur macula vt dixi in d cap.48.in versic.ratio, eod. Tom.3.& ita serio de hoc capitulo mentionem faciendo scripsit Comia in d cap.si aliquem in verbo mortis nu.28.¶ Sic in alio casu
20 habes exemplum † quod si legatur aliquid
Monasterio, in dubio intelligitur de monasterio Monialium, neque fæminæ meliores in hoc sunt conditionis, & non homines ita dixit Additio ad Bart. in l. quæ conditio §. cum ita in testamento ff. de condit.& demonstr.in litera B Bald.post Cyn.in l.cũ multæ C.de donat.ant.nupt. Angel.in §. si vero, Auth. de non alien. Petr.de Ancharan. & Imol. in cap. relatum il 2.de testib. in fine, Io.Andr. in tit. de Instr.edit.§. nunc vero aliqua in additione, quæ Incip.nunc peruenit, & in cap. cum quis de sepultur. in 6. Et ita multo-
21 ties in hac criminis materia inuenitur †
quia nedum filij masculi simpliciter sunt condemnati, sed etiam vsq; ad tertiam generationem, sicut legi potest per Cyn. in l.libertinum C.de interd.mat.& in d.l. quisquis C ad l.Iul.Maiestat quæst. 4. de quo remissiue Bart in l.ex facto §.si quis rogatus nu.10.ff.ad Trebellian. Immo licet filius pro patre, nec e contra teneantur, attamen in hoc delicto criminis le-
22 sæ Maiestatis, ipse pater † tenetur denun-
tiare filium rebellem Regi, ipsumq; ducere ad satisfaciendum ipsi Regi, vt ait idem Afflict.in d.constit.Patres per text. in §. si vero contra imperium Auth. vt lic.matr.& auiæ cum concordantibus, & num. 5. & est fallent. ad rubric. C. nefil. pro patr.

Quicquid sit tamen si dictæ filiæ feminæ volunt dicta alimenta, debent docere, ac demonstrare fisco prædictam filiatio-
23 nem † quæ cum non possit plenè probari,
vt notat Bar.in l.Lucius titius ff.de condit.& demonstr. sufficit eam probare per

ver-

verba etiam enunciatina vt dicit Alexan.
con.90.lib.6.quem refert, & sequitur Ri-
minald.Iun.cons.6.nu.82.lib. 1. & hoc in
antiquis vt per eundem cons.237.nu.21.
lib. 3. Item per testes de credulitate vt
per eundem cons.261.num.70. eod. lib.3.
vnde est quod cauti Aduocati in proban-
da filiatione faciunt duos articulos, pri-
mum de proprietate quod talis filius est
talis, alterum de quasi possessione quod
talis filius fuit habitus, & tractatus vt ta-
lis Bertrand.cons.36.nu.1.vol.2. Bart.in
l.1.nu.3.C.quor.bonor.Surd.cons.1.num.
41.& seq.vol.1.vbi latè ponit de proban-
da filiatione, maximè si fuit baptizatus
ad instantiam patris, vel educatus, & si-
milia, vel per assertionem parentũ affir-
matiue factam, quia negatiuè non præiu-
dicat vtsentij in procem.Consu. Pano.nu.
8. quibus addo eundem Surd. cons. 552.
nu.24.vol 4 post Bald. & Rolland. vbi re-
fert quod si mater diceret aliquem non
fuisse conceptum ex semine mariti, sed
adulteri, non probat, inferens fuisse ma-
gnum pecus filium regium, qui simili ma-
tris assertione permotus cessit regno.

Insuper intelligi posset hoc statutum
loqui de filijs legitimis, & naturalibus
& propterea non comprehendet bastar-
24 dos, cum statuta † loquentia de filijs, in ba-
stardis nõ verificetur Bar.cõs.incip.statu-
to cauetur, & cons.seq. quamuis in natis
ex concubina sic vt per Pomar. ad Bart.
in d.l.ex facto § si quis rogatus ff.ad Tre-
bellian.faciunt quæ dixi in Consuet. Pa-
normi cap.21.nu.47.48. & latè posui su-
pra in cap.32.Regis Iacobi versic.decla-
ro primo Tom. 1. & ex traditis infra in
cap.28. restrict. 3. illatione 4. quia sicut
25 naturales † & bastardi non gaudent be-
neficijs, priuilegijs, gratijs, immunitati-
bus, & alijs concessis ob numerum filio-
rum legitimorum, sic nec decens est eos
granari pœnis, quæ alijs impositæ sunt:
sicuti de priuilegio ciuilitatis cõcesso pa-
tribus, nam licet intelligatur etiam pro
filijs, non tamen naturalibus, vt tango
infra in cap.386. Regis Alphonsi ampl.2.
Tom. 5. sic quo ad immunitates propter
numerum filiorum, nam non comprehen
duntur naturales, vt de excusatione tu-
telæ ponit Surd. cons.487.num.14.vol.4.
post Paleott.in tract. de spurijs, & nothis,
cap.35.nu.4.5. & seq. per text. in l.2.§.1.
ff.de excusat tutor.& ibi Bald. qui dicit,
quod si quis ex statuto non teneatur ire
ad exercitum, qui habeat tres filios, non
excusabitur qui habet naturales, Ripa in
l.si vnquam num.73. C. de reuoc. donat.
Ascan.de patr.potest.cap.5.nu.27. Tiraq.
in d.l.si vnquam versic.liberos nu.61.Pa-
leott.cap.32. nu. 4.vbi probat naturales
non venire in contractu, nec in statuto, &
immunitas concessa filijs, non includit
naturales, si non sunt legitimati ex Bald.
in l.communium C.de natur.liber. Alex.
ad Bart. in l. 1. ff. de iure immunit. sic si
aliquis esset immunis à gabellis propter
numerum 12.filiorum (vt videbimus la-
te infra in cap.358.eiusdem Regis Alph.
vers.videndum est autem d.Tom.5.) nam
non intelligitur de naturalibus vt ibidem
dixi: sic videmus quod sicut non succe-
26 dunt in ciuilitate † vectigi, sic neque in
hæreditate ex Paleott.& Surd.locis cita-
tis, latè Chassan. super consuet. Burg. in
tit. de successions de bastardz rubric. 8.
vbi an, & quando possint succedere filij
naturales Ioseph. Ludouic. decis. 18. nu.
39.& seq. pulchre, & clare Roderic.Sua-
rez in l.1.de todo home à nu.12.cum seq.
qui dicunt esse insuccessibiles tam quo-
ad bona materna quam paterna ab inte-
stato existentibus filijs legitimis, quibus
non existentibus, succedunt siquidẽ quo-
ad duas vncias diuidendas cum eorum
matre, ex testamẽto vero etiam existenti-
bus filijs legitimis, potest pater relinque-
re vnciam vnam, idest duodecimã partem
hereditatis, & de iure Hyspaniæ quintam
partem, l. 2. C.de naturalib. liber.Surd.
cons.216.lib.2.& iddem dicitur de nepo-
tibus vt per eundem Surd.cons.248.à nu.
8.cum seq.eod.lib. 2. (nisi numerus legi-
timorũ esset duodecimus, quia in nihilo
ex testamento succedent vt dixi in d.cap.
358.Regis Alph.loco citato) quibus libe-
ris legitimis non existentibus, sed tantum
ascendentibus, relicta legitima dictis a-
scendentibus, in reliquo possunt institui
dicti naturales, & si tam descendentes le-
gitimi, quam ascendentes deficerent, pos-
sunt in toto patrimonio institui vt ait ip-
se Suarez, & hæc quoad patrem, nam
quantum ad matrem, naturales succe-
dunt ei regulariter, nisi esset illustris,
vel nisi essent ex dannato coitu, v.g.adul-
terino, stupro, incestu &c. nam hi casus
sunt excepti ita ipse nu.27.28.Surd.cons.
177.lib.2.& idem Surd.cons.555.nu.16.
& seq. eod. volu.4. vbi ait similiter quod
nec prosunt ad excusationem tutelæ nec
ad priuilegium testandi inter liberos ¶
Est verum quod licet non succedãt in hæ-
27 reditate † nihilominus naturali iure, &
canonico debent ali, & ideo potest pater
hoc modo eis relinquere prædium, vel
pecuniam ad alimenta pro se, eorumque

filijs,laté Matth.de Afflict. in constit. re-
gni, Dohanæ tit.59.de offic.secreti nu. 8.
& 9. vbi dicit esse hanc cautelam, & ego
posui in commentar.consuet.Panor.cap.
47.num.25. & 85. quibus addo latissimè
Benintend. decis.22.in princ.cum plurib.
seq.Bartol.in l.Menius §.duorum nu. 18.
& ibi Additio in litera H. ff. de legat. 2.
Ioseph Ludouic.d.decis.18.nu.13.& seq.
Suarez loco citato nu.14.& seq.vbi ad sa-
tietatem videas etiam quoad filios ba-
stardorum, & sic ad nepotes, illuc re-
curras.

Nota fallentiam ex fine textus quòd
28 licet statuti verba trahantur ad futura †
& sic de constitutionibus,& pragmaticis,
vt scripsi infra in cap. Ritus 101. Regis
Alph.ampl.2.Tomo.4. addo Gugliel. de
Perno cons. 21. col. 5. prope finem, & ita
ait Bart.in l. solemus ff. de condit. & de-
monstat.quamuis loquatur per verbum,
dicerem, sed pura resolutio est per ver-
29 bum affirmatiuum; quod leges † futuris
negotijs dant formam per l.omnes popu-
li ff.de iustit.& iur.l.constitutiones, & l.
leges C.de legib.Canonistæ in cap. fin.de
constit.vel præsentibus, quia negari non
potest quod omnis dispositio intelligatur
de præsentibus,vt laté per Surd.cons.216.
col.1.lib.2.& iddem dicit Bart.disponi in
vltimis voluntatibus,quarum natura,di-
cit ipse, est circa futura disponere l. si in-
ter virum ff.de pact.dotalib.licet contra-
rium teneat Imol.in d.l. solemus,sed non
benè,quia scriptum est disponat testator,
& fiat lex,& sic semper respicit futurum,
& ita intellexit Io.Petr. Surd. cons. 454.
vol.4.ex Bald.cons.248.num.1.vol. 2.qui
30 licet loquantur quod de futuris † non sit
determinata veritas, tamen quando su-
mus in lege, quæ est certa,ac determina-
ta, secus est, idem Surd.cons.353.in prin.
eod.vol.4.post Alex.Roman.Natt.Rollan.
Becc.& Crott attamen (vt sequar quæ te-
tigi) hic fit extensio etiam ad præterita
31 † & hoc propter misericordiam Regis;
& potest hoc fieri per Regem, siue Prin-
cipem, cuius solius est dare formam præ-
teritis per ea,quæ posui in Consue.Panor.
super declaratione fol.247.col. 1. sub nu.
49. sic habes aliam constitutionem, siue
Regni capitulum infra in cap. 72. & ibi
tango in versic. amplia istud thema, vbi
habes contextum clarissimum, vt proce-
dat non solum ad seruos de Romania græ-
cos emendos,sed etiam ad emptos, nem-
pe quia illo septennio seruiendo,efficiun-
tur liberi, prout ibidem iam dixi; potest
32 quippe Princeps † in specie disponere,
quòd lex trahatur adhuc ad præterita vi-
de omnino quæ ait Affl in procem. Con-
stit.Regni fol.25.col.2.nu.17.sic habes in
Pragmat.Regni huius sub tit.71. de pro-
hibit.vendit.annon.in fine Tom. 1. Prag-
mat.vbi scripsi,quòd illa Pragmatica lo-
quens de prohibitione venditionis, &
emptionis vini, musti, & vuæ, ad pretiũ
certum, & taxatum ante tempus, habet
locum etiam in partitis factis vsque ad
33 illum diem: sic potest S. Pontifex † fa-
cere quod factum habeatur pro infecto,&
sic ad præterita trahere, & non scitum
pro scito, cap. 15.qui de sponsalib. Clem.
1. de concess. præbend. ita Collegium sa-
crum Bononiense in cons.1.num.67. post
consil.Zabarellę fol.168.col.4.& est limi-
tatio ad regulam quòd facta pro infectis
haberi non possint ex tradditis in Consuet.
Panor. cap.33.nu.55. cum ea declaratio-
ne, de qua per Ysern.in constit.si quis ra-
pere de rapt.& violent.

Muta V. I. D.

De Iustitia. Cap. VII.

Æterna iudicia prodeunt, vt recti Præsides eligantur in Orbe, qui terram iudicent, iustitiam diligant, & respiciant æquitatem. Hæc igitur attendentes, edicto perpetuo valituro censemus, vt in tota Sicilia, prout alias fieri assolet, exceptis Ciuitatibus Panormi, & Messanæ, quatuor Iustitiarij nobiles, & Regnicolæ, pollentes diuitijs, debeant anno quolibet ordinari, & ad ipsius honoris insignia tales iubemus accedere, qui non ambitione, vel pretio, sed probatæ vitæ solent testimonio comprobari. Hi namque, seu capitanei, non vt aliqui, quo-

rum

rum auaritiæ cæcitas, & damnatæ cupiditatis improbitas occupauit, vt quæ sibi à iure interdicta sciebant, exquisitis fraudibus vsurpare per regni concessum arbitrium sunt conati, nullum habebunt arbitrium in iustitia ministranda, sed annexi iureiurando, iudiciorum ordinem, & sollemnitates debitas in iudicio obseruabunt.

S V M M A R I V M.

Iustitia debet fieri æqua lance, etiam contra Regem, nulla perturbatione, nec prohibitione, nec possunt obtineri litteræ ad eam impediendam nu. 1.

Iustitia non debet fieri nec odio, nec amore, seruitijs, ne mercede, nec misericordia nu. 2. 3. 4. 8. & quare n. 9.

Iustitia depingitur cæca, & ob quam causam ibid.

Iustitiæ detrahentes possunt puniri tamquam venales, & tamquam fures syndicari num. 3. 4. & assimilantur Alpinis scaccborum.

Iudices debent esse puri, nec voluntati malæ consentire nu. 4.

Appellationem non admittens iudex ex astutia grauiter punitur nu. 5.

Offitiales qui et quales eligi debeant nu. 6.

Iustitia tribuit vnicuique suum, alterum non lædit, & communem æquitatem custodit nu. 7.

Iustitia est concordia omnium virtutum ibidem.

Iustitiam sæpius recenseri est diuinus fructus nu. 8.

Iudex condennans aliquem ad mortem ob iram, & odium incurrit pœnam mortis, ibidem.

Iræ debemus dare locũ eamq; fugere. ibid.

Iudices quando iudicabant apud Hæbreos, erat dispositum, vt Angeli interessent, & apud Egiptios relinquebant aliquas sedes vacuas prolipsis angelis nu. 9.

Iudice malo sicut nil peius, sic iudice bono nil melius nu. 10.

Iudex esse debet patiens ibid.

Iustitia temperanda est cum misericordia, nu. 9. & 11.

Fidericus II. Imperator ob malam vitam fuit depositus imperio, cuius semen nec est in terra nu. 12.

Iustitia si remouetur, regna non sunt nisi magna latrocinia nu. 13.

Iudex puniens criminosos peccatis finem imponit, & summa est apud Deum misericordia. nu. 14.

Iudices denegantes facere iustitiam puniri possunt, & priuari iurisdictione, nu. 15. & tenentur partibus ad interesse n. 16.

Iustitiam denegantes tenentur ad interesse partibus, & incurrunt principis indignationem, & quomodo nu. 16. & seq.

Iustitiam deneganti facere tanto tempore denegabitur, quanto non fecerit n. 17.

Iustitia debet administrari sine interpellatione temporis, nec per calendaria festa non necessaria nu. 18. & seq.

Calendarium dierum feriatorum ex quibusdam otiosis intijs nõ necessarijs non est vtile Reipub. ibidem.

Feriatos dies plurimos obseruare vt otijs vacetur pessimum est ibidem.

Iudices ordinarij debent à mane vsque ad vesperas facere iustitiam sedendo palam in loco iudicij dando audientiam nu. 19. & 28. 29.

Iudices malefaciunt quando stant cum portis clausis, nisi hora prandij, & somni meridiani, ibid.

Iudices non tenentur dare audientiam, de nocte, nisi de eius voluntate, & partium, vel in casibus necessitatis ibid. fallit nu. 26. 29.

Noctis tempore Iudicis offitium conquiescit, ibid.

Dies incipit à media nocte, nu. 20.

Dormire meridie nocet corpori, nu. 21.

Matth. de Affl. nunquam dormiuit meridie ibid.

Iudici iubenti contra ius non est parendum nu. 22. 23. 24. limita nu. 25. 26.

Resisti an & quando possit offitiali aliqua iubenti ibid.

Resistentiam an & quibus casibus non sit punibilis, ibid. & dummodo scandalum non oriatur, nu. 25. & ad actum manualem non deueniatur nu. 26.

Præcepto iniusto an & quando non sit obediendum nu. 23. & seq.

Condennatus ad mortem iniustè an possit resistere condemnanti, & fugere, vel per vim extrahi. ibid.

Cle-

Clericis facientibus violentiam possumus resistere absque metu excommunicationis nu 24.

Resistentia propriè est quando ad actum manualem deuenitur nu.26.

Litteras de iustitia ad solam M. R. C. spectat facere, & per quem signentur, & quid in patrimonio? nu. 27.

Esculenta, & poculenta est licitum capere, per officiales, & quomodo nu.30. & seq. & dummodo non capiantur à litigantibus, & de pœna num.33.nec ab vniuersitatibus immoderatè nu.35.

Officiales quæ munera possint accipere ibid.

Strinas possunt accipere offitiales inferiores quolibet anno in primo Ianuarij num. 31.32.

Ianuarij primus dies ab antiquo feriatus, quo die fiebant, prout fiunt, strinæ, & obseruabantur quædam superstitiones, num. 32.

Munera ne recipiãt offitiales, nec eorũ vxores, nec familiares, nec amici à litigantibus; & de pœna nu.33.34.

Iudicum amici, & familiares, qui promictunt victoriã causæ, re aliqua accepta, dicuntur venditores fumi, & acriter puniri possunt, nu.34.

SOlummodo aliqua iustitiam respicientia attingam, quia de Iustitiarijs, & Capitaneis, latissimè dicam infra in cap.51. Regis Martini Tom.3. & concordat hoc capitulum cum alio cap. eiusdem Regis Martini cap. 11. in tit. quòd
1 iustitia fiat æqua lance † nullo habito respectu, etiam circa potentes, etiam contra ipsam Regiam Maiestatem nulla perturbatione, nec prohitione præhabita, sed fiat actualis executio tam contra potentes, quam debiles, & concordat cap. 45. Regis Ioann. Tom. 6. vbi prohibetur ne vllus obtineat literas, etiam à Regia Curia mediante pecunia pro impedienda iustitia, nec admictantur huiusmodi literæ, sed æqua lance iustitia ipsa procedat, & iterum cum cap. 36. tit. de iustitia rectè ministranda, ibi, præcipitur tam M.R.C. quam alijs quibuscumque officialibus, vt detur pax discordantibus legis acquiescendæ sententijs, terminando iudices sententias, & quæstiones quanto leuius fieri valeant d. tom.3. & in cap. 59. Regis Iacobi sub versic. habes igitur, vbi loquor de exactoribus, & in proœmio eiusdem nu. 116. Tom. 1. & consonant (maximè circa illa verba hic posita, ibi, non ambitione, nec pretio) in d.cap.11. Regis Mar-
2 tini, vbi mandatur † circumscribi omnem fauorem, amorem, seruitium, preces, odium, & mercedem, & infra in d.cap.51. eiusdem Regis Martini. de quibus omnibus memini scripsisse in cõmentar. Consuet. Panormi cap.83.num.12.13. & 14. adducendo quosdam versus, de quibus ibi, & modo addo Salust. inquientem; omnes homines, qui de rebus dubijs consultant ab omni amicitia, ira, atque misericordia vacuos esse decet, fac animus verum pro Ind. vbi illa officiunt, & Lucan. in lib.10. ait.

„ *Nulla fides, pietasq; viris, qui castra sequuntur,*
„ *Venalis manus ibi fas, vbi maxima merces.*

& his rationibus dixi infra infra in proœm. capitulorum Regis Alph. tom. 4. quod iustitia cæca depingitur vt apud Historicos legitur, & absque manibus vt apud Vincent. Cartari de imaginibus Deorum, arg. eorum, quæ dicuntur, & disponuntur in officialibus creandis infra in cap.7. eiusdem Regis Martini, in §. itẽ quod si successu &c. in quo remissiuè scripsi ad cap. 64. Regis Ferdinandi Tom. 7.
3 qui enim iustitiam detrahit † siue per gratiam, aut odium manifestum, vel pecuniam, canes, accipitres, vel quid simile accipiendo, potest puniri per magistros iustitiarios locorum, & facit constitutio Regni, Iustitiarij nomen tit.44. de offitio Iustitiariatus in princ. lib. 1. vbi demonstrando quod eorum offitium debet esse gratuitum, subdit, nec ipsum liceat alicui pretij venalitate mercari: sic facit etiam alia constitutio Regni, puritatem, de præstando sacramento, & ibi Affl. demonstrat, nec odio, nec amore, & in constit. volumus rubr.93. num. 5. vbi subdit quod aliter possent sydicari, & tetigi in d. capit. 7. Regis Martini extensione 11. quia puniuntur vt fures pœna quadrupli ex quo quantum ad amicitiam, & amorem non licet vlli iudici vni parti magis quàm alteri adhærere, nec propitius esse ex Innoc. in cap. accedes vt lite non contestat. Affl. vbi supra num.10 ex quo sub-
4 dit idem Affl. num. 2. debent iudicantes † esse puri, nec voluntati malæ consentire; & num. 3. qui ait quod iniusti iudices dicuntur secundum quod scribitur in libro scacchorum in cap. de Alphinis, qui non attendunt merita causarum, sed merita per-

personarũ nõ iustitiam, sed pecuniam, nõ
quod ratio dictat, sed quod voluntas affe-
ctat; nõ quod lex iaciat, sed quod mens cu-
piat, & pauperũ causas cũ mora negligũt,
sed diuitũ causas cũ instantia insistunt, in
illis rigorem ostendunt; in istis mansue-
tudinem dispensant, illos cum difficultate
respiciunt; istos fauorabiliter tractant,
illos negligenter audiunt, istos attente
auscultant, sic lucrum in arca, dannum in
conscientia, sæpè ita iustitiam tractant;
quod esse non debet, vt videbimus infra
in cap. 18. & inuehit ipse Affl. nu. 6. contra
eos officiales; qui adhibent fraudem, &
de quodam iudice, qui desiderabat vt sua
5 sententia † transiret in rem iudicatam;
noluit præsentare literas ad iudicem ad
quem infra fatalia; sed respondidit ex
astutia quòd fuerunt sibi præsentatæ po-
stea nam fuit interrogatus mox eius com
missarius, & punitus (quod facit ad pro-
positum eorum, quæ latè scribo infra in
cap. 47. Regis Martini in prima conclu-
sione Tom. 3. Vbi quòd pessimè faciunt;
qui non deferunt appellationibus) ideo
6 eligendi sunt officiales † ex omni plebe
viri potentes, prout realiter sentitur hic
in textu, ibi, pollentes diuitijs, vt latè
demonstro infra in cap. 7. Regis Martini
in primo proposito Tom. 3. vbi dico vnũ
de requisitis in officialibus esse, vt sint di-
uites timentes Deũ, in quibus sit veritas,
& qui oderint auaritiam Exodi scribitur,
cum concordantibus pluribus, quæ pono
in materia officialiũ eligẽdorum, ibidem
in d. c. 7. & faciũt quæ dixi infra in procæ-
mio Capitulorum Regis Alph. in prima
parte Tom. 4. & in puncto adest constitu-
tio Regni, non fine tit. de obseruatione
Iustitiæ, vbi pulchrè per Matth. de Affl.
circa obseruationem Iustitiæ, eamq; co-
lendo, & ius vnicuique tribuendo vt ait
Dominus Rex noster Federicus supra in
procæmio, vbi tetigi in prima parte illa-
tione 3. & instit. eodem, & per B. Ambros.
7 in 1. de offic. qui ait quòd iustitia est † quæ
vnicuiq; quod suum est tribuit, alienum
non vendicat, vtilitatem propriam non
negligit, & communem æquitatem cu-
stodit, & facit quod dicit Archid. in cap.
decet, de immunit. eccles. lib. 6. & per D.
Ambros. in examer. qui ait; vbi pruden-
tia, interdum est malitia, vbi fortitudo,
ibi iracundia, vbi temperantia, ibi impe-
ritia, vbi autem est iustitia, ibi omnium
aliarum virtutum est concordia, & pul-
chrè per Aegid. de regimin. princip. cap.
12. Augustin. lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 21.
& lib. 4. cap. 4. Diu. Thom. de regim. prin-
cip. & in tract. de quatuor virtutib. Luc.
de Penna in l. ti em. inem C. de suscept. &
Arch. lib. 10. & in rubr. C. de leg. eod. lib.
10. & propterea dicitur in cap. graue 39.
8 q. 19. quòd fructus diuinus est † iustitiam
recenseri sæpius, & ait idem Affl. in con-
stit. grandi nu. 19. sub. t. de pœn. cõtumac.
lib. 2. quod si iudex propter iram, vel
odium aliquem condemnat ad mortem,
incurrit pœnam mortis naturalis, vel ci-
uilis l. lex iulia ff. ad l. Iul. repetundar. &
hoc casu est licitum fugere iram iudicis,
ac dare locũ dictæ iræ ex Paul. Apostol.
cap. 12. ad Roman. cap. ira 11. q. 3. ibi ira
viri iustitiam Dei non operatur, cum si-
milibus. & facit schola salernitana, ibi,
irasci crede prophanum subdam inferius.
Quia de causa apud Hæbreos obseruа-
9 batur † Angelos interesse judicijs, ad hoc
vt iudicum mentes possent ad veritatem
dirigere secundum Io. Badin. in eius De-
monomania lib. 4. cap. 4. Curia Pisana lib.
1. cap. 4. vnde Egiptij solebant in loco iu-
diciorum non nullas vacuas relinquere
sedes, in quibus ipsi Angeli veluti iudi-
cijs assistentes sederent, quod sentijt Ho-
mer. lib. 18. Iliad. ibi, sedebant in politis
lapidibus sacro in circulo, & prout can-
tat S. Ecclesia in Hymn. dedicationis Ec-
clesiæ, Pedamont. decis. in præfat sub nu.
7. & propterea si sedent Angeli, non est
inseruiendum amicis ne à recto deflecta-
tur iudicio, vt ex Theophrasto Aul. Gall.
noct. acticar. lib. 1. cap. 3. inquit enim Sala
mon, in iudicio miserendum est, nec pro-
ximo magis quam peregrino fauendum;
& Deutoron. cap. 1. & Plutarchus in vita
Periclis adnotat quod iudices Athenien-
ses ex ara, idest ex sacra æde martis, que-
madmodũ obseruabant Areopagitę cũ iu-
10 dicia ferebant. Et sicut † nil peius est ma-
lo iudice, ita bono iudice nihil est melius
quando cum bonitate iudicaret, Rebuff.
in l. quod iubsit ff. de re iud c. num. 156.
Menocch. de arbit iudic. lib. 2. cent. 5. casu
437. num. 10 Cicer. Epistol. 1. ad Quint.
fratrem cum concordantib per Thesaur.
Pedamont. loco citato sub num. 14 quem
vide cum numeris subsequentibus, vbi
etiam subdit quod iudex debet esse pa-
tiens ex Dauid consilio, patienter ambas
audiendo partes per text. in l. fin ff de his,
quæ in testam. delent. & per Plin. lib. 6.
epistol. qui dicit; iudicem plurimam rel-
ligioni suæ patientiam debere, & ita ait
Strobæus sermon. 44. ex Euripide, de quo
Thesaur. vbi supra nu. 35. & hoc est, quod
in simili dicitur in l. respiciendum ff. de
pœnis, quod iustitia † temperanda est cum
mi-

misericordia, vt post Simanc.lib.5.de re-
publ. capit. 9. testatur Dominus Carolus
Tappia Regins Consiliarius in Regno
Neapolis in eius pulchris adnotationi-
bus ad ius regni Neapolis tit. de iudicijs
lib.3.fol.14.addo multa circa laudem iu-
stitię per Io. Franc. de Leonardis in pra-
xi offic.regni Neapolis cap.1. num. 18.&
seq.& per gloss. in constit. regni, vt vni-
uersis tit. 47. de seruando honorem Co-
mitibus lib. 1. vbi quod omnes, & comi-
tes, & barones non habeant pro malo iu-
dicare secundum leges, non iuxta eorum
arbitrium, nam & ipse Imperator impe-
rium dante domino suscepit §.1.in Auth.
de instr. caution. DD. in l. digna vox C.
de legib.Angel.cons. 375.& in authent.in
medio litis non fieri sacras &c. in fine
collat.8.nam cuncti studere debent timo-
re Dei iustè iudicare Auth. vt different.
iudic. §. si tamen inuenimus, & semper
Imperator vult obtinere illud, quod le-
ges volunt §.fin.auth.de iudic.

Et vna inter alias potissima causa ex-
12 titit, quare Imperator† ille Fidericus II.
fuit depositus imperio (vt tango infra in
cap. 24. Regis Martini Tom. 3.) scilicet
quia cum ipse habuisset bonum proposi-
tum ab initio, quandoquidem promise-
rat Deo reddere ratione de illis duobus
talentis, metaphoricè captis, idest de
duobus Regnis, spoponderatq; Deo red-
dere rationem de iustitia, mox tale pro-
positum non fuit continuatum, & reces-
sit ab eo, ideo contigit quod semen eius
non est super terrã, vt ait Affl.in procem.
Constit. Regni §. nos itaque nu.6.fol.23.
vbi ait verificatum esse illud, quod est in
libro sapientiæ cap.6. vbi dicitur, audite
Reges,& intelligite, quoniam data est po-
testas à Domino vobis, qui interrogabit
opera vestra, & cogitationes subscribit,
quia cum essetis ministri Regni illius,
non rectè iudicastis, neque custodistis le-
gem iustitiæ,& propterea subditur ibidẽ,
horrenda, & cito apparebit vobis &c.
& ex Diuo August.de Ciuitate Dei lib.4.
13 vbi quod remota iustitia† regna nõ sunt,
nisi magna latrocinia, & per Andr. de
Ysern.& alia iura per ipsum Affl. citata;
& propterea solet dici, quòd omnis, qui
iuste iudicat, etsi delinquentes occidat,
dicitur cum eis facere misericordiam, ea
ratione, quia inter flagella ad pœniten-
tiam eos inuitat, & à maioribus peccatis
in futurum committendis præseruat; im-
14 mo omnis Iudex † qui punit criminosos,
peccatis finem imponit gloss. in cap. om-
nis qui iustè dist.45.quod sentijt Catilina
quem refert, & sequitur Gugliel. de Be-
nedict.in quæstione, an peccatores occi-
dere liceat sub nu.24. vbi inquit, summa
est misericordia in parricidam subitum
supplicium animaduertere.

Adeo vero, & ita debent iudicare ter-
15 ram † vt si iustitiam denegauerint, pos-
sint puniri,& inducerent in se ipsos accu-
sationes, sicut legitur de domino dene-
gante iustitiam facere, nam incidet pœ-
nam (ex his, quæ posui supra in cap.16.
sub nu.6.Regis Iacobi Tom.1. & per ea,
quę scripsi in Cõsuet. Panor.cap.8.n.17.)
ac priuari iurisdicione, vt ait Bald. in
cap.1.qualit. domin. propriet. feudi pri-
uet.vbi subdit quod ille qui abutitur do-
minio,facit se indignũ dominari,& in iu-
dice ita indiuiduo dicit Iacobin. de S.
Georgio in tract.de feudis in verbo mar-
chio §. quæritur etiam fol.20.vbi ait post
Petr.Bellapert.hanc quæstionem de facto
contigisse in Comite Flandrensi,qui sæpe
fuerat requisitus à subditis vt faceret, &
exhiberet eis iustitiam, quam denegaue-
rat, propter quod subditi perrexerunt ad
Vrbem Parisij, exponentes hanc quæ-
relam Regi Francorum, vt eum priua-
ret supradicta iurisdicione: intantum vt
16 etiam † denegans dictam iustitiam, te-
neatur ad interesse partibus, & incurrat
Principis indignationem, vt tetigi in d.
Tom.1.in cap.42.Regis Iacobi sub versic.
concludit textus, & ibi realiter pono de
veritate, & prædictis addo Surd.cons.83.
nu.3. lib. 1. ex Bald. Speculat. Ioann. &
alijs, argum. eorũ, quæ dico infra in cap.
49. sub versic. de ordinatione; probata
tamen dicta denegatione iustitiæ per in-
strumentum publicum, arg. eorum, quæ
dicam infra in cap.87.versic. tertium re-
quisitum, sub Rege Ferdinando Tom. 7.
& ita intellexi supra in d.cap. 16. Regis
Iacobi in principio Tom. 1. de illa deuo-
lutione causarum, quæ fit ad M.R.C.im-
mo erat quoddam iustum scriptum in le-
ge Longobarda tit.de offic.iudicis,vt qui
17 † iustitiam non fecerit, tanto tempore
eidem denegabitur iustitia, quanto tem-
pore iustitiam ipsam non fecerit, Affl. in
constit. Regni si quis post litem sub num.
25. tit. 97. de pœn. contumac.argumen-
to illarum illatonem, quas in hoc pro-
posito pono infra in cap. 25.sub vers. ita
legitur.

18 Itẽ iustitia taliter est administranda †
vt sine interpellatione temporis admini-
stretur, non per calendas, prout solebant
olim facere Iustitiarij (de quibus loquor
infra in d.cap.51.Regis Martini sub vers.
circa

circa Tom. 3.) sed omni tempore, postquam io diebus feriatis, ac festiuis, in quibus horrida vox prçconis silet l. dies festos C. de ferijs, illud, ibi, omni tempore, subauditur de congruo, ita post And. de Yser. ait Matth. de Afflict. io constit. Regni, iustitiarij nn. 3. tit. qoalit. iustit. lib. 1. vbi ex iuribus per eum adductis refert quòd non licet iniqnas obseruantias agere calendarum, & otijs vacare, sed fructus diuinus est iostitiam sæpe recenseri, sic enim velocius lites indicabuntur, & circulis cognitionalibus, ac tẽporis continoatione omnes li tiganres liberabuntur, & ex psalm. Dau. dicitor, Beati, qoi faciũt iustitiã omni tem pore (quæ possunt esse in exemplũ ad illos Principes, qui in dies semper faciunt calen daria noua, & adduot nona festa, non necessaria ex his, quæ pono infra in cap. 3. Regis Ferdinandi I. ioter capitula Regis Martini, tom. 3.) & ex his quæ tetigi in consuet. 70. Pan. in princ. ob id merito obseruauit Excellẽria Illostrissimi Proregis Dox Offunæ, qui reformaodo Calendarium, ad pancas ferias illud rednxit in initio sui regiminis, & propterea subditur in alia consti. Regni Baiulos omnes tit. 73. de ferijs, vbi
19 idem Affl. num. 4. quod † à mane vsque ad vesperam debent Iudices ordinarij sedere palam in loco iudicij, & dare audientiam ad se venientibus, eisq; impattiri, ea, qnæ sibi incumbũt, iouehens contra illos iudices, qni claodunr portas, & non passim faciont introire homines ad se loqoi, volentes prętoriam seruare maiestatem, siue potius superbiã contra formã Aut. de iudi cibus §. & hoc peruenit collat. 9 (& propterea cantat S. Mater Ecclesia in hymno dedicationis Ecclesiæ [Portæ nitent margaritis, aditis patentibus] tantummodo hora prandij, somniquè meridiani non tenentur dare audientiam, nec de nocte, legitur enim quòd de nocte offitium iudicis conquescit, & eios potestas suspensa videtur, vt ait Vant in tract. de nollitat. in tit. ex defect. inrisdict. nu. 132. Affl. vbi supra d. ou. 4 per text. & ibi gloss. in l. medicus, & l. cum patronus §. finali ff. de oper. libert. nisi de vtraqne partium voluntate, vt ait Bartol. in l. more ff. de fer. & cum voluntate etiam Iudicis concurrentis in hoc, vel nisi vt sobdit ipsi Affl. casus inopinatus, siue necessitatis emerserit, proot accidit mihi multoties exercenti offitium Iudicis Regiæ Curiæ Prætoris Panormi, etenim, vt subdit ipse Afflict. tunc necessaria causa superueniente, teoetur surgere, & prouidere per l. 1. & 4. ff. de damn. infect. l. fin. ff qui satisdar. cogant. sicut de notario, qui tenetur surgere de nocte vocatus ad cõficiẽdnm testamentum, scripsi infra in cap. 258. Regis Alph. parr. 4. Tom. 5. prout ponunt DD. exemplum de citato ad comparendum certo die, vel de bãnito ad se præsentandum certo die, nã venientes media nocte, debent obtinere audientiam, & tenetur Iodex descendere ad tribunal, vt te cipiat pręsentationẽ, intelligo de tribunali, idest de se ipso, quia dies † incipit à media nocte (secundum ius Romanum, vt dixi in consuet. Pan. cap. 36. nn. 28. non sic in materia carceris sed ab ortu solis vt dicam infra cap. 12. nu. 6. & finit in alia sequenti nocte) ita Angel. Alex. Castrens. Roman. Archid. Bald. Fælyn. & alij relati per Io. Petr. Surd. cons. 558. nu. 8. 9. & seq. vol. 4. (& argnm. eorum, quæ tango infra in cap. 452. eiosdem Regis Alph. limit. 1. sub versic. quæsiuit d. Tom. 5.) Est verum quod ad id, qood tetigi de somno meridiano dicunt Medici Salernitani contra
21 dictam glossam † qood nocet corpori, vt ipsi aiunt in libello de regimine saoitatis ad Regem Angliæ, vt ex libro composito per Rayner. de Villon. Io. Andr. in Additionib. ad Specolator. tit. de crimine falsi, & in cap. de obseruantia iciunij refert hos versus ipse Affl. loco citato, & iterum, oon memor sui ob defectum memoriæ in constit. in terra qualibet tit. 33. de probabili experient. medicor. lib. 3. vol. 2. ipsarum constitutionum, nisi dicas ideo repetijsse bis tanquã qoid notabile dignũ ex his quæ tetigi supra in cap. 57. Regis Iacobi num. 1. Tom. 1. cum citatis ibidem ad cap. ritus 135. & ad commentar. Consuetud. [Panormi in dictis locis adductis.

„ *Anglorum Regi scripsit schola tota Salerni.*
„ *Si vis incolumem, si vis te reddere sanum,*
„ *Curas tolle graues, irasci crede profanum,*
„ *Parce mero, cenato parum, non sit tibi vanũ*
„ *Surgere post epulas, somnũ fuge meridianũ,*
„ *Nẽ mictũ retinere, nec cõprime fortiter anũ,*
„ *Febris, pigrities, capitis dolor, atq; catarrus,*
„ *Hæc tibi prouentunt ex somno meridiano,*
„ *Hæc bene si serues tu longo tempore viues.*

& propterea ipse Affl. de se subdit quod nunquam obdormiuit de die, nisi tempore infirmitatis.

Iddem est si loquamur in ciuilibus, quia officiales sunt creati ad iura reddendum, & proot dictat præsumptio, quæ est quod princeps iusta ratione procedat, & propterea alias scripsi in d. cap. 16. Regis Iacobi n. 7. tom. 1. quod M. R. C. nõ potest introducere obseruantiam contra ius de quo tetigi infra eod. in cap. 116 sub versic. vltimum, adeo vt quando iustitia se-

oundum ius non reddatur, sed faceret of-
ficialis aliqua contra iura, ita vt præcep-
tum esset certũ quod iustitiã non contine-
22 ret † licite posset ei resisti, non obstante
regula communi in cõtrarium, per quam
habemus in dubio esse obediendum iu-
dici, vt ait Dyn. in cap. quod quis extra
de regul.iur. lib. 6. & melior videtur ista
regula communis, quæ confirmata est per
aliud capit.Regni 31.Regis Martini, vbi
notaui remissiue infra tom. 3. per quod
habetur non esse rationabile resistere of-
ficiali non exequenti capitula Regni, sed
puniri potest, vt dixi infra eod.in cap.26.
propè principium, & resistentia isto casu
non est prohibita, immo admissa, quia
dicitur tunc excedere terminos, vt posui
supra in cap.41.Regis Iacobi nu.5.Tom.
1. & vt dicit Luc.de Penna in l.prohibitũ
col.2.& 4. C. de iure fisci lib. 10. punitur
hoc casu ille, qui non resisteret per l.om-
nes ff.de Decur.la 1.dummodo, vt prædi-
xi, certum esset talem offitialem iniqua
agere, ac contra legem manifestè, sic re-
scripto Papæ statuitur secundum eundem
Luc.de Penna in d.col.4.per cap. si quan-
do extr.de rescrip.& cap.cum teneamur
extr.de præbend.cum similib.per eum, &
per Bart. in l.si alius §.bellissimè ff.quod
vi, aut clam, Gugliel. de Benedictis in
repetit. cap.raynutius in verbo, & vxo-
rem nomine adelasiam decis.2. num. 63.
Egregius, & Illustris Doctor Dominus
Carolus de Tapia Regius Consiliarius in
eius pulchris Annotationibus ad ius Re-
gni Neapolis tit.quando Rex inter Ec-
clesiast.personas cognosc.poss.fol.26. lib.
3. & faciunt adducta per Innoc. in cap.
inquisitionis extr. de sent. excomm. vbi
23 ponit de præcepto Papæ † aut alterius Su-
perioris iniusto sub pœna excõmunicatio
nis an sit parendum, & ex adductis ab Ar-
chidiac.in cap.1.in versic.mortalis extr.
de sent. excomm. libr. 6. & per notata in
cap.cum dilectus extr. quod met. caus. &
in c.olim in gloss.in in verbo nonne extr.
de restit.spoliat. idem Luc.de Penn in l.1.
C.de Commeat.lib.12.etenim in summa
omne id, quod est contra iustitiam, non
est obedibile, & consequenter resistibi-
le, sicuti permissum est principibus seculi
ex Prælatorum prouisione posse resistere,
immo debere, persecutoribus pauperum
cap.maximianus, & cap.ab imperatori-
bus 23.quæst. 3. sicut videmus quod licet
resistere contra prædones, & latrones, &
etiam malis iudicibus, vt ipse Luc. de
Penna subdit colum.3.prope medium, &
contra iustitiam condennatis, nam licet

tunc resistere condennanti, ne ducatur
condennatus ad mortem, & per ea, quæ
ponit Chass.super consuet.Burgund. §. 5.
rubric. 1. versic. s'il n'á grace, vbi latè
vsque ad nu. 124. qui ponit aliquos casus
in quib. condennatus ad mortem potest
liberari, quia in omni casu, eo modo, quo
licet latronibus resistere, sic etiam licet
resistere principibus malis, ac etiam Cle-
24 ricis † violentiam inferentibus, quibus
protuitione rerum licitum est laicis resi-
stere absque metu excommunicationis,
nec incidentiæ canonis, si quis suadente
17. quæst. 4. (sicut scripsi iddem esse pro
defensione personarum supra in cap. 45.
Regis Iacobi nu.56.Tom.1. & suppleo in-
fra in d.cap.51.Regis Martini versi.rixas
Tom.3.) & ita ait post Gugliel. de Bene-
dictis in d. cap. raynutius verbo, & vxo-
rem nomine adelasiam, decis.2.nu.37.per
text.in cap.olim de restit.spoliat.Domin.
Carol.de Tappia loco citato ¶ Quæ qui-
dem cum grano salis intelligenda sunt,
25 dummodo ex tali resistentia † scandalum
non sequatur, quo casu, & si dictus con-
dennatus, mortem inferenti nequeat re-
sistere, fugere tamen de ipso loco potest vt
per ipsum Luc.de Penna d.col.3 post me-
dium ex Archidiac.in cap.cum homo 23.
quæst. 5. & ex alijs authoritatibus addu-
ctis, dicens ipse, adiuuat ad perfectum
bonæ æstimationis, si de potentis manu
eripias inopem, de morte damnatũ eru-
as, quantum sine perturbatione fieri po-
test, ne videamur iactantiæ magis causa
facere, quam misericordiæ, maioraque
inferre vulnera, dum leuiora mederi desi-
deramus, & per ea, quæ ponit idem Chas-
san.in tit.des iustices d.rub.1.vers es dro-
ctz nu. 68. Boer. decis. 215. num. 32. vbi
ponunt de condennato ad mortem per
vim extracto: & multo magis non licebit
26 † isto casu resistere, per actum manualem
iniste, vel cæde, aut alia contradictione,
in quibus casibus resistentia iam verifica
ri potest vt subdit idem Luc.de Penna lo-
co citato in d. l.prohibitum in fine per l.
milites §.irreuerens ff.de re milit. l.quẽ-
admodũ §.pen. ff. ad l.aquil.cap.qui pec-
cat 23.q.4.l.generaliter C.de nõ numerat.
pecun. cũ similib. & propterea benè sub-
dũt DD. quod ne veniatur quandoque ad
resistentiam propter iustitiã denegatam
melius est vt Reges, & Principes etiam se-
culares adeantur, & cognoscant Cleri-
cos in casu perturbationis pacis, & tu-
multus, de quo particulari post eundẽ Ca-
rol.de Tapp.vbi supra scribo latè infra in
c.37.Reg.Catholici Ferd.lim. 17.tom.7.
Ad-

27 Aduerte tamen quod licet hic multa sint dicta de iustitia † non intelligo circa expeditionem, nec factionem literarum de iustitia, quia eas facere, & expedire ad solam M.R.C. spectat, non ad alios sub pœna priuationis officij, & sub pœna vnciar. 50. vt dico infra in cap. 49. versic. concordat, vbi adduco similia, & istæ literę iustitiæ signari debent per hebdomadarium, sic infra cap. 67. vbi tango in versic. & primo, sub Rege Martino Tom. 3. sicut illę Literę Regij Patrimonii debent etiā per ipsum Regale Patrimonium expediri & signari per hebdomadarium ibidem, & est conforme cum cap. 60. de quibus etiam scripsi in cap. 52. Incliti Regis Ioannis sub versic. & addecretatam infra Tom. 6.

28 Aduerte 2. quod potest † Iudex quandoque denegare audientiam partibus, quod quomodo fit vide infra in cap. 25. sub versic. ita legitur.

29 Aduerto 3. quod potest † quandoq; ex multis causis derogari quodammodo iustitię, nec erit derogatio, vt latè videbimus infra in cap. optantes, quod est cap. 117. sub versic. alia namq;

Dumtaxat est permissum officialibus
30 accipere esculenta † & poculenta, vt prędixi, nam ex hoc non dicuntur detraxisse iustitiam, vt posui etiam remissiuè in c. 14. Regis Iacobi in f. & 2. Tom. 1. estque in terminis constitutio Regni, Capitaneorum, propè finem, ibi prædictis tit. 43. de offic. Capitaneorum lib. 1. quo loci disponitur esse permissum ea accipi, quę sufficitura sunt etiam pro biduo, & semel in anno, sic habes infra in d. capit. 51. Regis Martini, vbi tango in nona obseruantia, & disponitur quòd in materia iustitiariorum, de quibus serio loquitur illud capitulum, ne aliquod munus, neque donum recipiāt pro se, nec pro eorum familiis à nulla persona, pręter aliquod esculentum, & poculentum, quę non sufficiant per vnum diem pro se ipsis, & eorum familia, & propterea dixi supra n. 2. quòd iustitia dipingitur sine manibus, aliter sunt in pœna priuationis officii, & in cingulo militari, ac teneantur fisco ad quadruplum illius, quod receperint, sunt cōcordantia cum his, quę scripsit D. Matth. de Afflict. in constit. Regni, apud iustitiarios nu. 5. 6. 7. 8. & 9. tit. vt iustitiarij lib. 1. vbi quod à non litigantibus possunt capi; sicut etiam non est prohibitum acci-
31 pere certis officialibus inferioribus † prout sunt Porterij palatij, & alij strinas, quæ dantur anno quolibet in principio Ianuarij, & xenia vocantur, vt ait idem Afflictus sub d. nu. 5. allegat Alberic. de Rosat. in l. laudabile C. de aduocat. diuersor. iudic. (argumento illarum strinarum quę præsentantur sponsis de quibus latè dico infra in cap. 98. §. 3. erat enim ille
32 dies primus Ianuarij † prout est hodie, feriatus l. pridie ff. de ferijs, & de quo tango in d. cap. 3. Regis Ferdinandi I. inter cap. Regis Martini tom. 3. in quo die erat licitum accipere, & adipisci dicta munera, & honores, ac officia, vt dicā infra in cap. 1. eiusdē Regis Martini versic. in omnibus Tom. 3. & obseruabantur quædam superstitiones de quib. per Cornel. Tacit. lib. 4. & per Camill. Borrell. cōs. 33. col. 2. ex cod. Tacito lib. 16. annaliū, quę adhuc nō potuerunt tolli, vt testatur August. in cap. nō licet, & cap. si quis calendas, & cap. non obseruetis, 26. q. vlt. Afflict. in constit. Regni, Clerici, tit. 68. vt Clerici non sint baiuli lib. 1. vbi refert quod non legitur in martyrologio quod aliquis Sanctus illa die Circuncisionis fuerit martyrizatus, quod est mirabile, & curiosum, ac deuotum, quamuis inuenerim in legendario SS. Virgin. de S. Eufrosina, cuius festum fit in dicto primo die Ianuarij) ac dummodo
33 † vt prædixi à partibus litigantibus non dentur, itaque intellexit ipse Afflict. in d. constit. Regni, apud iustitiarios rubr. 52. vt iustitiarij, &c. sub pœna priuationis officij, infamiæ, & pœna furti manifesti, exilij, deportationis, & pœna extraordinaria, ibique ex multis authoritatibus Sacræ scripturæ ait quod munera de sinu impius accepit, vt peruertat semitas iudicij, & munus absconditum extinguit iram, victoriamq; & honorem acquirit qui dat munera, & animam aufert accipientium, illeque, qui amat munera, non viuet, & ex Seneca in Prouerbijs dicitur, quod beneficium accipere est libertatem perdere, subdens ipse Afflict. quod qui excutit manus suas ab omni munere iste habitat in Ecclesijs, & beatus est, qui excutit manus suas ab omni munere cum concordantib. per ipsum, ratione quia ista Xenia licet sint minima, tamen quando recipiuntur à dictis litigantibus, prouocant blanditias, à quibus iudices debent esse remoti & procul, Afflict. num. 4. & 5. vbi inuehit contra illos, qui recusant quidem accipere xenia, tamen eorum vxores, & familiares in exitu domus ea recipiunt, nam incidunt eandem pœnam, & propterea per totam illam Constitutionem admonet officiales, vt habeant manus
34 mundas; iddemque est † est contra illos

familiares, & amicos iudicum, & similium, qui re aliqua accepta promictunt victoriam causæ contra quos, veluti fumi venditores innehit Petr. Caball. in eius resolution. criminalibus casu 67. ex Menocch. de arbitr. casu 344. centur. 4. nam puniẽdi sunt arbitrio iudicum, quandoq; fumo necatos, pluries cruci affixos, & similiter idem Afflict. in constit. Cum circa sub nn. 15. tit. 71. de ordinand. iudicib. lib. 1. aliter esset corruptela, vt dicam suo loco, & præsertim in d. cap. 7. Regis Martini Tom. 3. & ita etiam quo ad hæc esculenta, & poculenta inuenies infra in cap.
35 46. in quo prohibetur, vt nulla † vniuersitas faciat esculẽta, & poculẽta, nec exenium iustitiario, iudicibus, & notarijs, prout hactenus faciebat, q.d. quod immoderatè olim fiebant, ac vide etiam quæ suppleo infra in d. cap. 7. Regis Martini, & facio finem ad laudem B. Petri Apostoli cuius Cathedram hodie S. Ecclesia celebrat.

Marius Muta V.I.D.

De Stipendiarijs Iustitiariorum. Cap. VIII.

CAeterum considerantes quòd non solum populi vox & fama testatur, sed, & magistra rerum efficax experientia manifestat, quàm fuerint eisdem nostris fidelibus quorundam iustitiariorum præteritorum temporum periculosa offitia, qui in seruanda iustitia debuerunt semitas discurrere, vt de cætero excusationis eis necessitas non superfit, de sufficientibus stipendijs sibi, suisque Iudici, & Notario volumus per nostram Curiam prouideri.

SVMMARIVM.

Iustitiarij possunt, pro capiendis discursoribus delinquentibus, si esset necesse fieri expensas, illas facere de pecunia fisci sine mandato Regio nu. 1.

Vox populi cum fama æquiparatur nu. 2.

Vox populi vox Dei intelligitur si non est circa illicita, ibid. nec esset vana, & num. 3.

Vocibus, & clamoribus populi non debet Iudex illicita perpetrare. ibid.

Vox populi vana non est attendenda nu. 3.

Experientia est efficax rerũ magistra nu. 4.

COntinuatur cũ præcedenti cap. in quo tractaui de Iustitia, & breuissimus ero in hoc textu, duo tantũmodo notabilia colligendo, quia circa discursum Iustitiariorum per loca, dico latè infra in cap. 51. Regis Martini præcipuè in 5. obseruantia Tom. 3. & dicebat Affl. in constit. Regni, Iustitiarij, tit. qualit.
1 Iustic. lib 1. col. 1. quod † si oportet fieri aliquas expensas pro capiendis malefactoribus, de quib. in d. cap. 51. scripsi, possunt Iustitiarij sine aliquo mandato Regio facere has expẽsas de pecunia fisci, & nu. 14. ex Bald. in l. 2. C. ex quib. caus. ser. pro libert. præ. & in cap. 1. hic finit lex Corradi per l. mulier ff. de capt. cũ simil. ab ipso Affl. citatis.

2 Noto igitur primò quod vox † populi cum fama æquiparatur, & sic tantum valet id, quod fama testatur, ex his quæ dixi supra in cap. 18. Regis Iacobi nu. 31. & seq. Tom. 1. quantum vox populi, & propterea solemus dicere per prouerbiũ quod vox populi vox Dei, faciunt quæ dixi de voce populi supra in d. cap. 18. Regis Iacobi in fine quando nempè vox ipsa populi non est circa illicita, adde Bermond. Chouerinium in tract. de public. concubin. §. ergo videtur quod Rex sub nn. 29. in fine, vbi quod ad clamorem populi non debet Iudex illicita perpe-
3 trare, sicuti † etiam intelligitur, & subauditur, dummodo non esset vana vox populi, quæ non attenditur l. decurionum C. de pœnis Bart. Bald. Abb. Grammar. Rolland. Alex. Dec. Natt. de quib. per Surd. cons. 135. sub nu. 92. lib. 1.

4 Noto secundo quod experientia † est rerum magistra efficax, dixi in commentarijs

mercarijs S. P. Q. P. cap. 9. num. 74. §. quæ omnia instit. de fideiussorib. Io. Fab. in §. cumque hoc, & ibi gloss. in procem. instit. Beccius cons. 44. num. 6. Surd. cons. 132. nu. 23. lib. 1.

Muta V. I. D.

De deferentibus defensis, & portatione armorum. Cap. IX.

COgimur itaq; plurimum excogitare remedia, per quæ fidelium nostrorum obuietur dispendijs, & eorum personis quies, & tranquillitas procuretur. Hac itaque consideratione ducti, prouidimus, vt si coram Straticoto Messanæ, & alijs Iustitiarijs aliquem fidelium nostrorum Siciliæ de contemptu defensæ, portatione, & extractione armorum contigerit denuntiari, non vt olim per procuratores Curiæ, ab ipsis Iustitiarijs constitutos, sed per ipsos principales in hac parte procuratorio nomine, & pro parte Curiæ debeant conueniri; Nisi mulieres deferentes fuerint, quas ob offitio procurationis communia iura excludunt, quibus mulieribus deferentibus, & prosequentibus per procuratores, qui non sint de familiaribus dictorum officialium, & morantibus cum eisdem, agendi in præmissis casibus licentiam impartimur. Expensarum periculo imminente delatoribus, procuratoribus, principalibus actoribus, & mulieribus supradictis, si fortè defecerint in probatione denuntiationis, & accusationis prædictæ.

ESt consimile cum cap. 56. vbi latè scripsi in materia defensæ supra Tom. 1. sub Rege Iacobo, & tango aliqua etiã infra in cap. 359. Regis Alphonsi sub versic. si ergo Tom. 5. vbi adhuc discussi quomodo sit licitum feminis agere, vel conueniri in criminalibus per procuratores. Cæterum quo ad expensarum solutionem, si defecerint in probatione, habes in d. Tom. 5. cap. 299. eiusdem Regis Alphonsi, in d. ctis locis continentur omnia, ob id non me diffundo in isto capitulo.

Muta V. I. D.

De prohibita inquisitione generali, & speciali. Cap. X.

HVmanæ mentis cupiditas quorũdam Straticotorũ, Iustitiariorum, & Capitaneorum præteriti temporis adinuenit, vt inquisitiones generales, quas semel in anno sacræ Constitutiones Regni censuerunt fieri intuitu publicæ disciplinæ, quasi prohibitæ reputentur, eo quòd per ipsas pluries non delinquentes, sed innocentes affligebantur indebitè tandiu, donec ab ipsis officialibus eorum vexationem multiplicem redimebãt; Ne igitur lædatur Regiæ pietatis benignitas, quæ est nostros præseruare fideles ab illicitis inquietationibus, & exactionibus licitis, sub prætextu, eisdem officialibus perpetuò inhibemus per eos de cætero inquisi-

tionem

tionem fieri generalem, vel specialem in decreta sibi prouincia, ipsis inquisitionibus nostris beneplacitis, nostræque Magnæ Curiæ reseruatis, saluis priuilegijs Ciuitatum Messanæ, Panhormi, & aliorum locorum Siciliæ.

HOc capitulum est connexum cum proximo subsequenti, & circa vtrumque de inquisitionis materia, vide quæ posui infra in cap. 117. sub versic. & quantum, ibi, quinto per inquisitionem, vbi cito Capitula Regni in hoc concordantia, & suppleo infra in cap. 51. Regis Martini versic. declara, Tom. 3.

De non capiendis pisis, & cannis, nisi per Catapanos. Cap. XI.

QVamuis ex præcedenti saluberrima constitutione Regia, via inquirendi Straticoto, Iustitiarijs, Capitaneis, alijsque nostris offitialibus, sit præclusa, quia solent plus timeri expressa, vt nihil dubij relinquamus, volumus, & præsenti constitutione mandamus, quòd Straticotus, Iustitiarij, Capitanei, & alij offitiales nostri vlterius perse, vel per alios in locis decretę sibi prouinciæ, inquiri, & capi non faciant pondera, cannas, & mensuras, cum ad Catapanorum spectet offitium: sed si aliquem, vel aliquos de falsis ponderibus, & mensuris per Catapanos eosdem, vel alios coram eis contigerit accusari, in accusatione ipsa procedant, quatenus de iure fuerit procedendum. Hos autē, qui intercepti dicentur in falso per catapanos eosdem, dummodo offitialibus ipsis de ipsa delatione Catapanorum per duos saltim testes legales, & opinionis probatæ summariè fides fiat, puniant, quatenus de iure fuerint puniendi, appellatione remota.

COnnexum est circa principium cum præcedenti capitulo, ibi dixi remissiuè; quo ad reliqua recurras infra eod. in cap. 116. in versf. septimum est.

De iure capiendi à Carceratis. Cap. XII.

CRebra fidelium nostrorum, & maximè popularium personarum propulsatione commoti, edicto perpetuo censemus, vt Straticotus, Iustitiarij, Capitanei, Castellani, & alij offitiales, & carcerarij per se, Commentarienses, aliosque custodes nostrorum carcerum vltra non exigant, recipiant, exigi, & recipi faciant, quàm granos quinq; per quemlibet carceratum, si in carcere fuit per diem, vlterius tamen si pernoctauerit, per quantumcumq; temporis, exigat, & recipiat, seu exigi, & recipi faciat granos decem.

SVM-

S V M M A R I V M.

Carceris ius nullum consequi debent Strateotus, iustitiarij, siuè capitanei, nec per viam gabellæ, aut alio colore, alias puniuntur pœna nonupli, nisi ex priuilegio aliter esset nu. 1.

Commentarienses, idest, carcerarij, sic dicti à commentario loco, vel libro nu. 2.

Carcerarius tenetur de carcerato, qui fugit & qua pœna nu. 3. & quid si esset de proximo liberandus, vel carceratus esset iniustè, aut nobilis, vel si fugijt cum custodibus nu. 4.

Carcerarius debet adhibere maximam diligentiam circa carceratos, ibid. maximè de nocte nu. 6.

Carcerati quantum ius pro carcere soluere debeant, & quomodo nu. 5. & quid de pernoctantibus, nu. 7 & seq.

Dies incipit ab ortu solis in materia carcerum nu 6.

Carcerati debent melius custodiri de nocte ibid.

Carcerarius exigens plus à carceratis quàm sibi debetur pro iure carcerum quomodo puniatur nu. 8.

Castellanus si exigit plus à carceratis quàm sibi debetur, in quo puniatur, ibid.

Carcerarius M. R. C. tenetur sequi ipsam M. R. C. per Regnum ibid.

Carcerati iniustè, vel pro debito fiscali cum excarcerantur nil soluunt pro iure carcerum ibid. & nu. 9.

Carceratus indebitè per iustitiarios, potest per Præsidentem excarcerari, etiam inconsulto Principe, nu. 9. 10.

Carceratus de ordine Excellentiæ suæ à nullo potest excarcerari inscio ipso Principe, ibid.

Carcerari videmus aliquando causa correctionis vt fiant boni, & emendentur nu. 10. 12.

Carcerati missi, siue vocati de vno loco ad alium, nihil soluunt, nec quicquam ab eis exigatur, sub pœna, & possunt deponere ipsi carcerati.

Testes interessati aliquando probant in materia iuris carcerum, ibid.

Carcerati pro bono regimine nihil soluunt pro iure carcerum nu. 12.

Regimen bonum spectat ad Principem, & ad officiales superiores, ibid.



ONCORDAT istud capit. cum capitulo 42. & 43. Regis Alph. infra tom. 4. vbi quantum ad hæc iura carcerũ, hic remisi dicere, & de isto textu etiã memini in consuet. Panor. cap. 57. nu. 34. & in c. 55. Regis Iacobi in 6 notab. Tom. 1. & facit cap. 315. 316 & 317. eiusdem Regis Alph. infra tom. 5. correctum tamen videtur hoc capit. circa illud particulare, in quo loquitur de Straticoto, iustitiarijs, & Capitaneis, quia in rei veri-
1 tate hodie nullum ius carceris consecuntur, vt disponitur infra in cap. 31. eiusdem Regis Alph. d. Tom. 4. remissiuè, in tantum vt nec per viam gabellæ, aut alio colore quæsito ipsis ius carceris haberi permittatur, vt ibidem legitur, & est de iure constit. Regni, vt ait Afflict. in constit. Castellani in 1. notab. rubric. 88. tit. de offic. castellanorum seruientium lib. 1. vbi dicit quod talibus offitialibus non competit ista exactio; sequitur eum Carauit. in Rit. 43. Regni Neapolis sub nu. 6. allegat Petr. Foller. in practic. tit. de reorum custodia nu. 162. & ita post infinitos DD. testatur Io. Anton. Boicll. ad Statut. Parmæ tit. de pœna superastantium carcerum fol. 176. lib. 3. & subdit Afflict. loco citato nu. 1. & 2. quod aliàs capientes dicta iura puniuntur pœna nonupli, nisi habeant priuilegium exigendi.
2 Noto ibi, commentarienses † tantum est dicere, quantum carcerarios l. ad commentariensem C. de custod. reor. dicti à commentario loco vbi captiui detinentur gloss. in l. abesse ff. ex quib. caus. maior. vel à commentario libro, in quo custodiæ referuntur prout post Catell. Cott. dicit Carauit. in Rit. præd. 43. in fine, sicut hic Panormi, & in toto regno, habemus loca carcerum. & in Nobili Ciuitate Messanæ est statuta bona domus Carceris pro carcerario arbitrio Straticoti, & Iuratorum infra in d. cap. 315. Regis Alphõsi Tom. 5.
3 nec ab re, quia alias carcerarius † tenetur de carcerato, qui aufugit, si per negligentiam, pœna publicationis bonorum, & stare per annum carceratus, & de iure communi eadem pœna, qua erat dignus ille, qui fugit, si vero per fraudem, & do-

lum

lum pæna mortis, Affl.in d.constit. Castel-
lani, nu.3.& 4. & 8. etiam si offerat se ad
eam pænam patiendã, quam fugiens pa-
ti debuerat, quia carcerarius debet ha-
bere maximam diligentiam,& videre an
in carceribus sit ferrum, vel venenum,&
prouidendo circa parietes omni die ex
Parid.de Put.& alijs, idem Afflict. nu. 6.
vbi etiam ponit aliqua remissiuè in ma-
teriac ustodum carcerum, nisi carceratus
4 † qui fugit erat de proximo liberandus,
& offitialis esset vsus pauca diligentia
Affl.post Bart.Roman.& Alex.loco citato
d.nu.4.vel nisi ille, qui aufugit fuisset in-
iustè carceratus,cuius carceratio non po-
tuisset iustè fieri, quia ad nihilum tene-
tur idem n.5.& latissimè Surd.cons. 182.
vol.2.per tot.sicut de iniustè condennato,
non peccat si non soluit,idem Surd. cons.
268.nu.29.eod.vol. vel nisi ille qui fuge-
rit erat nobilis, & carcerarius eum non
custodiebat, sicut plebeios, ibidem,licet
sit periculosum hoc,vel nisi fugiens fugis-
set cum custodibus, nam nemo potest hu-
manitus à proditione cauere, nisi diuini-
tus l.non est simile ff. de custod. reor. vbi
Angel.Bald. & Ludouic.allegati per Affl.
d.nu.6. & aliàs quasi de his omnibus, vl-
tra hos Doctores,scripsi in cap.Regni 42.
Regis Alph nu.8.Tom.4. addo plura om-
nino per Amescuam in tract.de potestat.
in seipsum cap.9.& 10.lib.2.

In hoc textu habetur quòd à carcera-
5 tis † etsi steterint per diem exigitur ius
prout hic ad granos quinque, concordat
infra d.cap. 315. & 316.Regis Alph. vbi
est circa offitiales Messanæ,& cap.385.in
fine d. Tom. 5.(quia de pernoctantibus
subdam paulo inferius)in aliquibus vero
partibus nihil percipiebatur à nõ perno-
ctantibus, & maximè Neapoli, vt dicit
Niger ad cap.regni, castellanos num.44.
cum simil lib. citatis per Carauit. super
6 Rit.42. in principio, & hic dies † de quo
hic fit mentio computatur & incipit ab
ortu solis l.1.C. de custod.reor. quod est
speciale propter custodiã captiuorũ, qui
de nocte debent melius custodiri l. 1. §.
tria lumina ff.de ventr.insp.ita dixit And.
de Yser.in tit.quo tempor.mil.nu.1.alibi
scripsi quod dies incipit currere à me-
dia nocte vt posui supra in cap.7.n.20.

Pernoctantes vero carcerati quantum
7 soluant † vt hic taxatur ad granos decem
similis est consuetudo Panormitana cap.
57.vbi scripsi nu.31.& 33.sic est etiam de
iure constitutionis Regni, crebra fide-
lium, & in d.constit. castellani, vbi Affl.
nu.2.& 3.& infra in d.cap.315.Regis Al-
phonsi, vbi est capitulum circa carcera-
rios Messanæ, nam ibi sunt certæ dispsi-
tiones factæ per viceregem de Speciali
circa omnes Offitiales Messanę à cap.291.
exclusiuè incipientes; sic erat etiam in
alijs partibus, in quibus pernoctantes,
sẽper soluunt plusquàm non pernoctãtes,
Carauit. loco citato in 2. notab. qui sub-
dit hodie quod est aucta talis exigentia,
& propterea contrarium disponitur in-
fra in cap.38.siue pragmat. Regis Marti-
ni Tom.3.vbi pernoctantes soluunt tare-
num vnum, vel parum plus, vt optimè
scripsit Dominus Don Anton.de Bononia
V. I. D. in allegat. pro Matre contra An-
dream Salazar circa iurisdictionem car-
cerum huius vrbis, quas allegationes ha-
beo impressas aliàs, etiam quod steterint
per horam, granos decem, quod capit. est
confirmatum per eundem Regem Mar-
tinum in cap.63. & per d. cap. 385.Regis
Alphonsi,& aliàs ibidem disponitur quod
8 carcerarius † exigens plus, vel Castella-
nus,perdit pagam vnius mensis applican-
dã fisco, vt ibidem, & in cap.249. Regis
Alphonsi d.Tom.5.vbi etiam quod carce-
rarius M. R. C. tenetur ire post M. R. C.
ipsam per Regnum aliter perdat iura sua,
nisi in carcerato pro debito fiscali & in eo
qui capi non debebat, de quibus per eum
nu.4.ille enim cum liberatur, nihil soluit
& sic v g.etiam in iniustè detempto, quasi
quòd malè fuit captus, maleq; carcera-
tus, & quòd indebitè ibi in carceribus
detineatur, & hac de re est prouisum per
constitut. Regni incip. magister iustitia-
rius, &c. tit. 42. lib.1. quòd quoties quis
9 est carceratus † indebitè per iustitiarios
potest excarcerari per Præsidentem, etiam
inconsulto Principe, nec mandante: benè
verum quod hoc intelligo non quando
esset carceratus de ordine Excellentiæ
suæ ad literas directas iustitiario, siue Ca-
pitaneo, tunc vtique non posset dici quod
esset iniustè detemptus, & consequenter
esset necessaria ipsius Principis licentia
vt dixi in d.cap.42.num. fin. Regis Alph.
tom.4. sed intelligitur quando esset inde-
bitè carceratus de ordine solo ipsius ca-
pitanei,& iniustè, addo constit. Regni hu-
manitate in fine tit.10.de his, qui fideius-
sor dar.poss.lib.2. ibi quos de conscientia
nostra detineri mandamus inconsultis
nostris examinari nolumus, neque de-
cidi, dat rationem, malumus enim ali-
quando reum criminis carceri detineri
quàm perdere, & vidimus aliquos iuste
captos, & deinde misericorditer libera-
tos postea factos bonos, & frugi, & prout
mul-

ibidem Afflict. & Ysern. qui dicunt quod
10 multoties † Vicerex causa correctionis ponit eos in carcere, ob quod multi emendantur, dum vexatio eius præbuit intellectum vt dixi supra in cap. 55. Regis Iacobi sub nu. 21. Tom. 1. & per ea, quæ subdam modo hodie tamen video indifferenter omdes soluere; nisi loquamur quando
11 v.g. ad instantiam iustitiariorum† & aliorum offitialium essent requisiti Castellani, vicecastellani, & custodes carceratorum, vt eos mitterent, ac ducerent ad illos, quia tunc tales carcerati, nil soluent, nilque ab eis exigi posset, sunt duo textus regni supra in cap. 50. & 51. eiusdem Regis Iacobi Tom. 1. in quibus hic me remisi, & eis est iniunctum vt nil recipiant isto casu, sed ad requisitionem dictorum offitialium debeant recipere detinere, custodire, mittere, & reducere carceratos prout ipsis officialibus videbitur sub pœna iniunctionis, prout ibidem est dispositum, & sub pæna gratiæ regiæ, ac amotionis ab offitijs, tamquam trangressores, & possit recipi informatio etiam ab ipsis captiuis, ita importa illud, sciri, & requiri volumus à captiuis, q. d. quod sunt testes habiles in isto particulari, esto quod appareat eos habere interesse per ea, quæ tetigi in consuet. Pan. capit 36. sub vers. occurrit, Prout etiam quan-
12 do carcerantur † aliqui pro bono regimine, arg. eorum quæ paulo superius tetigi (ad offitiales enim superiores spectat prouidere circa bonum regimen, sicut ad pricipem cap. 444. eiusdem Regis Alph. tom. 5.) nihil capiet ab eis carcerarius; nec seruiẽtes, trãsit hic Boiorm. quicquid dicat de Podio quòd non inuenit textum de hoc, sic erat ordinatum inter capitula Regni circa offitiales Messanæ infra in d. cap. 317. & cap. 323. ibi, quando ducunt homines ad carceres, Regis eiusdem Alph. & vide quæ tetigi in consuet. præd. Pan. cap. 57. nu. 34.

Muta V. I. D.

De prohibito Sacramento ab accusato deputando, Cap. XIII.

QVod directo negatur, prohibetur fieri per obliquum; cum igitur per Straticotum, Iustitiarios, & offitiales cæteros, præterquam in exceptuatis casibus, nullus debeat detineri, qui delatus, vel accusatus de crimine præstare possit, in forma Curiæ, idoneam fideiussoriam cautionem, edicto perpetuo inhibemus, vt de cætero Straticotus, Iustitiarij, Capitanei, & offitiales cæteri de criminibus cognoscentes, postquam à delatis, vel a accusatis fideiussoriam cautionem prædictam receperint, in delationibus, & accusationibus ipsis, prout iuris ordo poposcerit procedant, & si cognitio protelari contingat, vt de Curia non recedant, & coram ipsis semel, bis, & pluries se præsentent, non iubeant.

TRia tractat, primo vt nullus detineatur in carcere si præstare possit fideiussoriam, cautionem, est simile supra in cap. 15. 49. & 55. Regis Iacobi nu. 21, tom. 1. Secondo vt postquam fuit præstita fideiussio, expediant carceratos. Tertio quòd si negotium protelari contingerit, non iubeant offitiales vt prosecuti se præsentent coram eis semel, bis, ter, & pluries, dicam infra in cap. 40. Regis Catholici Ferdinandi post principium Tom. 7. vbi est materia fideiussionum in causa criminali.

Marius Muta V.I.D.

De prohibita tricesima in quæstionibus armorum, & similium, & de non recipiendo aliquid pro absolutione, & de concordia litis facienda. Cap. XIIII.

ET vt fideles nostri sumptibus non vexentur, volumus, & mandamus quòd magister Iustitiarius, Straticotus, Iustitiarij, Capitanei, Iudices nostri, qui cum eis fuerint in quæstionibus defensarum portationis, & extractionis armorum, cuiuslibet alterius pænalis Iudicij ratione tricesimæ, aut iuris cuiuslibet eorundem, & de ijs, quæ per eos definita fuerint, & decisa in præmissis, & alijs accusationibus, delationibus, accusationibus ciuilibus cuiuscumque, pro iure causarum subscriptionum, ab absolutis, & obtemptibus nihil exigant, vel recipiant; & partes accusantes tam ante, quam post litem contestatam in omnibus ciuilibus, & criminalibus iudicijs, & vsque ad publicationem testium exclusiuè, ad transigendum, componendum, & pacificandum libere permictant, nullo iure Curiæ proinde acquisito, cum sit consonum rationi, quòd discedant à controuersijs litigantes.

DVo sunt hic prohibita officialibus, primum nempe ne accipiant amplius tricesimam, de quo dixi infra in cap. 7. propè principium Regis Martini Tom. 3. Secundum ne prohibeatur fieri pax, & transactio inter partes, quia liberè vult Rex noster vt fiant transactiones, & paces, de quo particulari latius dicam infra eod. in cap. optantes, quod est c. 117.
Marius Muta.

De iuribus Notariorum. Cap. XV.

AD hæc generali edicto præcipimus, quòd notarij actorum, qui cum eisdē Magistro iustitiario, Straticoto, Iustitiarijs, & Capitaneis fuerint, pro receptione articulorum, exceptionum, præsentatione instrumentorum, procuratione, pro copia interrogationum, confessionum, & negationum, tam in ciuili, quàm in criminali iudicio, nihil omnino recipiant: De fideiussionibus autem, pro vnaquaq; habeant granos decem, quamuis plures fideiussores fuerint in eadem, saluo in Curia Ciuitatis Messanæ, in qua granos quinq; prout consuetum est, solui iubemus. Notarij autem Cameræ de scripturis quaternorum, apodixarum, aliorumq; iurium, constitutiones editas per Regem Aragonum fratrem nostrum, tunc Regem Siciliæ, quòd nihil propterea exsoluant, omnino debeant obseruare. Notarios autem actorum Straticoti, Iustitiariorum, &

Capi-

Capitaneorum, pro qualibet citatione accipere volumus granos quinque, & tantundem pro sigillo soluatur, præterquam in Ciuitate Messanæ, vbi nihil soluitur pro iure sigilli.

¹ Posui in materia pandectarum infra in cap. 105. Regis Alph. Tom. 5.

De portatione armorum. Cap. XVI.

Constitutionem diuæ memoriæ Imperatoris Federici proaui nostri super illata, ac portatione armorum editam confirmantes, ab ea excipimus Comites, Barones, milites, vt equites, vel pedites sunt; ipsis cultellum feritorium, & enses sit licitum portare.

Recurras ad cap. Regni 51. Regis Martini, in versic. Arma molita eum versic. subsequentibus Tom. 3. vbi adduco concordantes contextus.

De furta, & pæna Augustalis euntibus post tertiam pulsationem campanæ. Cap. XVII.

Frequens clamor vniuersitatum, & locorum Siciliæ, quæ nostra est præclara hæreditas, aures regias circumstrepit quòd occasione surtæ per Iustitiarios, Capitaneos, Baiulos, aliosq; nostros offitiales, vniuersitates ipsæ cõuertebantur ad prædã, vnde nostra vacat intentio reformare maiora, adeo quod minora, absque reformationis remedio, nullatenus relinquamus, præsenti constitutione nostra perpetuo valitura sancimus, vt anno quolibet in principio mensis septembris vniuersitates locorum ipsorum nostri Demanij, surterios in competenti numero, prout eis videbitur ad nocturnam custodiam, si voluerint, statuant, exclusis ab inde Straticoto, Iustitiarijs, Capitaneis, Baiulis, Magistris iuratis, alijsque singularibus personis, per quas in locis ipsis surta, & nocturnæ vigiliæ consueuerant ordinari, & si post ipsam ordinationem faciendam per easdem Ciuitates in posterum aliqui de surterijs ordinati ad excubias nocturnas non venerint, à contumacibus per statuta ab eisdem vniuersitatibus pœna solita, vel statuenda, ita quod tarenum vnum aliquatenus non transcendat, exigatur, ipsarum vniuersitatum commodis applicanda. Pænæ vero vnius augustalis ab ijs, qui post tertiam pulsationem campanę sine lumine per surterios intercepti fuerint, alibi quàm Messanæ, vbi pæna prædicta non solui-

tur, nostræ Curiæ reseruata. Vigiles autem nocturni prædicti, qui vno anno vigilauerint, sequenti anno, nisi necessitas immineat, conquiescant.

SVMMARIVM.

Siciliæ Regnum vocatur per Reges præclara hæreditas nu. 1.
Surterij qui vno anno seruiuerunt, alio excusantur ibid.
Surterij debent creari in qualibet vniuersitate nu. 2.
Surterij officium est vigilare ad nocturnas custodias ibid. & nu. seq.
Milites hodie stant apud Principem ad nocturnas custodias nu. 3.
Surteriorum creatio ad quem spectet. n. 4.
Surteriorum officium est eligere eos qui sunt apti ad nocturnam custodiam ibid.
Surteriorum officium non tenentur exercere pastores, agricolæ, nec singulares personæ nu 5.
Surterij, & alij electi ad nocturnam custodiam si non venerint, possunt puniri ibid.
Masculinum concipit femininum non è contra, maximè si materia est par maribus, & feminis nu. 6.
Surterij capiunt omnes sine lumine inuentos post secundam vel tertiam pulsationem campanæ, nisi aliter ex priuilegio locorum statutum sit. ibid.
Excubiarum in materia tempore necessitatis omnes indifferenter tenentur n. 7.

IN antecedenti capitulo est ordinatum de portatione armorum, sequitur ob id de surterijs, ad quos spectat capere arma portantes.

1 Noto primo quòd Siciliam vocat Rex præclaram hæreditatem vt hic in initio textus, & concordat cum alio infra cap. 48. & in vtroque ponitur modus, & electio conuocando gentes ad custodiam Ciuitatis de nocte ¶ Secundo noto quòd à custodia, & excubijs excluduntur singulares personæ vt dicam infra nu. 5. ¶ Tertiò noto quod surterij, & custodes de nocte, qui essent contumaces in veniendo possunt puniri etiam pœna pecuniaria applicanda cõmodis vniuersitatum ¶ Quarto noto quod Surterij qui vno anno seruiuerint in excubijs, debent anno sequenti quiescere, nisi necessitas immineat.

2 In primis igitur habemus quod in qualibet parte debent per vniuersitates statui, & creari † Surterij, qui & alio nomine nominantur baiuli vt in d. cap. 48. & in cap. 56. Regis Iacobi, vbi remissiuè tetigi in vlt. notab. Tom. 1. quorum officium est vigilare ad nocturnas custodias, sicut habetur in sacra scriptura 4. Reg. cap. 11. & si ibi erant destinati pro custodia Regis
3 prout apud Principem † stant hodie milites l. nemo vbi Bart. C. de re milit. lib. 12. qui dicit quod non debeant sine licentia ad alia officia vacare si essent deputati ad hoc, nec sine licentia moueri sic pro custodia quæ fit per Sacerdotes cap. 18. Numer. ibi, excubate in custodia Sanctuarii, & in ministerio altaris Maynard. de priuil. eccles. cap. 15. nu 5. concordat cum ijs, quæ scripsi in materia surteriorum, ac Præfectorum vigilum siue excubiarum in commentar. in Consuet. Panormi cap.
4 60. nu. 1. & 2. vbi horum † creatio potest spectare tam ad Principem, quam vniuersitates, vt hic etiam dicitur & in d. cap. 48. ibi, vniuersitates locorum surterios statuant, & ibi, per Vniuersitates locorum volumus ordinari, quos tales vocamus magistros surterios, quorum officium est scribere, & deputare quos viderint aptos, & vtiles ad talem custodiam nocturnam, vt nempe illæ personæ teneantur, quæ dormiant, & morentur continuo in terris, totque in numero eligantur, quot sint necessarij, considerata qualitate terræ, & loci, sicut etiam in ipsis surterijs est idem, vt tot ordinentur, quot sint competenti numero, prout creantibus illos videbitur, & consequenter
5 non tenentur † ad hoc agricolæ, pastores, alijque deforis commorantes vt in d. cap. 48. argum. eorum quæ dico infra cap. 43. limit. 4. & sic nec singulares personæ vt tetigi supra in 2. not. Et hic reuera ponitur de surterijs, qui ordinati ad excubias nocturnas nõ venerint, ob quod essẽt contumaces, nam puniuntur ad augustale vt hic: in dicto verò cap. 48. ponitur pœna personarum contumacium electarum, & descriptarum ad dictam custodiam, quia

si non

si non venerint, tenentur ad pænam consuetam dictis furterijs, siue baiulis competentem, vt ibi, & hodie solent iustitiarij acriorem pænam imponere.

Et quamuis hoc cap. loquatur per verbum masculinum † & cum illo relatiuo, ibi; qui post tertiam pulsationem, attamen comprehendere etiam feminas nemo dubitat ex his, quæ dicam infra in cap regni 85. Regis Caroli ampl.8. Tom.8 l. seruis ff de legat. iij. non autem è contra, vt dicit ibi Bartol. & in terminis, de quibus loquor, addo l. 1. in verbo, si quis, vbi idem Bart. ff. de verbor. signific. dum dicit quod hęc dictio, quisquis, vel quicũque, vt habetur infra in cap. ritus 101. tom. 4. cõprehẽdit ex propria significatione feminam, clement. 1. in verbo, quoslibet, de regul. vbi illa verba, mendicantes, comprehendunt etiam feminas, sicut de verbo relligiosus, in Clement. cum gloss. in verbo, homines, de election. Bartol. in l. iura ff. legib. Cyn. in l. 1. quæst. 1. C. quæ sit longa consu. cum similib. positis per me in consuet. Panor. d. cap. 60. vbi est propria materia huius capit, nu. 25. addo Alex. cons. 125. viso processu sub nu. 13. vol. 7. Angel. & Saliceta in l. quicumque C. de seru. fugit. Io. de Imol. in l. si ita scriptum ff. de legat. 2. & Dominic. de S. Geminiano in cap. generali de elect. lib. 6. & dicit Bald. in l. in multis ff. de stat. homin. quod si statutum dicit vt nullus audiatur volens opponere exceptionem quod pactum sit nudum, comprehendetur etiam femina, quia hoc casu subdit ipse masculinum concipiet femininum, cum statutum loquatur in materia quæ est par maribus, & feminis, & in qua est eadem ratio allegat l. fin. C. de indiuid. collẽd. & notata in d. Clement. 1. colligitur ergo hic quod nullus post secundã, vel tertiã pulsationẽ campanæ debet absque lumine incedere dixi latè in d. consuet. Pan. nisi aliter ex priuilegio locorum statuatur vt hic legitur de Messana.

Addo quo adea, quæ dicuntur de ex-
7 cubijs † procedere maximè tempore pestis, quod absit, & alterius necessitatis quia tunc indifferenter possunt compelli homines ad tales excubias, & vigilias vt post Giuid. Papæ decis. 631. Rip. Surd. cõs. 210. nu. 12. lib. 2. qui loquitur in baronibus vt suo loco dixi, & præsertim infra in cap. 10. Regis Martini versic. si igitur, ibi, sextodecimo, tom. 3. & facit pro fallentia infra cap. 19. limit. 2.

V.I.D. Marius Muta.

De pæna iudicis non expedientis quæstiones infra duos menses. Cap. XVIII.

VT malitiosis procrastinationibus litium occurratur, constitutionem in his editam per prædictum fratrem nostrum Regẽ Aragonũ, tunc Regem Siciliæ, recensentes, ei adijcimus, vt si vltra terminum duorum mẽsium in eadem constitutione comprehensum, per eosdem offitiales, & iustitiarios, colore necessitatis longiorem terminum expetentis quæsito, quæstiones ipsæ protraherentur, & reuocato processu ad Magnam nostram Curiam causæ dictæ necessitatis per iudices eiusdem Magnæ nostræ Curiæ reputaretur inhabilis, vel iniusta, Iustitiarij, cæteriq; offitiales in hoc delinquentes, officium in quo deliquerunt, deponant, frustrati spe nostræ gratiæ ad ipsos honores vlterius redeundi.

S V M M A R I V M.

Processus primo inchoati, prius expediri debent nu. 1.
Delicta recẽtia celeriter expediri debent, aliàs si diu tardauerunt, cessat pæna mortis ibidem.
Iudices tenentur expedire causas infra bimestre, aliàs fit deuolutio, & de pœna n. 2. & 3. 6. vbi quid si per decẽ dies tardãt n. 4.
Insti-

Iustitiarij non possunt extrahere causas extra loca ibid.

Iudex qui non est tardus ad expediendа negotia, de facile promouetur ad alia offitia nu. 3. & potest tardare per decem dies & quid contra barones habentes merum imperium nu. 4.

Iudex, & quiuis alius omnis debet facere maturius de mane digesto ibid.

Satur non ita percipit sicut ieiunus, ibid.

Iudex si negligẽs est facit deuolui causas nu. 6. 7. 8 & potest ei assignari terminus ad expediendum.

Auocatio causarũ quibus casibus fiat. ibidem & quibus non nu 9. 10. 11. 12. 13.

Ius patronatus habens si videt rectorem ecclesiasticis rebus abuti, & Episcopus aditus est negligens, potest Regis auribus intimare nu. 7.

Offitiales aliqui si sunt negligentes in procedendo, potest alius supplere n 8.

Capitulum si negligit corrigere Canonicos, potest Episcopus in eos procedere, ibid.

Delegatus si est negligens in cognoscendo causam, potest ordinarius se intromictere, ibidem.

Auocatio caussarum non fit quando est in his terminis, in quibus possent definiri, n. 9. & nisi constiterit de tardatione iustitia nu. 10 nec fit per saltum sed ordine suo nu. 11. & quando non stat per Iudices n. 12. vel quando causa requireret maiorem terminum nu. 13.

Grauamen non fit per saltum, sed gradatim ordine suo. sicut appllatio, ibid.

Iudicem addere de vno tribunali ad aliud est malus mos, nisi aliter fieri non possit ob suspitionem iudicum, nu. 12.

CONCORDAT cum cap. 16. Regis Iacobi supra Tom. 1. vbi latius discussi & posui multos textus concordantes,
1 & primi † processus inchoati expediri debent vt dixi supra in c. 17. de celeri expeditione &c. d. tom. 1. sic videmus in criminalibus quod delicta recentia celeriter expediri debeant, aliter si diu dormierint, cessabit pæna mortis, dicam infra in cap. 117. sub versic. talia namq; adiungo capit. 51. Regis Martini, vbi tango in 2. declaratione infra tom. 3. remissiuè, inquo habetur quod si Iudices inferiores, & Balij non fi-
2 niuerint † infra bimestre causas ciuiles, quòd vtiq; elapso dicto bimestri possent Iustitiarij illas cognoscere, & finire secundum Deum, & Iustitiam, & est conforme dicto capit. 16. Regis Iacobi in hoc quòd dicitur de duobus mensibus, vt ibidem scripsi propè principium, ita tamen quòd hæc diffinitio fiat in eadem terra, & loco in quo est causa, nec vllam causam possint dicti iustitiarij extrahere extra locum, vt ibidem dicitur (argumento eorum, quæ scripta sunt de prohibitione Siculorum extrahendorum infra in capit. 442. Regis Alph. præsertim ampl. 2. Tom. 3.) addo Afflict. in constit. regni, puritatem num. 3. de præst. sacramento lib. 1. vbi quod in iudicijs Iudices non debent tardare vltra debitum expeditiones causarum, sed præstolari, idest præsto esse, & sine mora argum. cap. in presentia nostra de sponsalib. pulchrè post Aret. Bald. Angel. & Iason. Surd. cons. 56. num. 23. 24. 25. 26. 27. 28. lib. 1. alias tenentur in syndicatu vt post Parid. de put. ait Io. Ant. Bacius ad Afflict. in d. constit. puritatem, & in constit. Iudices n. 8. tit. 94. de electionib. offit. vbi ait quod
3 ille iudex † qui non commisit moram, nec tarditatem in iudicando, hic de facili promouetur ad offitium (argum. eorum quæ dico latissimè in materia offitialium eligendorum infra in cap. 7. Regis Martini in primo quæsito d. Tom. 3.) subdens ipse Afflict. quòd non dicitur moram commictere † si per decem dies tardat negotium quodlibet expedire, & si varia tempora dentur ad deliberandum ex gloss. in §. 1. in verbo plenissimè in auth. de appellat. nam vt ait Specul. in tit. de requisitionib. consilij, tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus, & ex Seneca dicitur in prouerbijs, deliberandum est diu, quicquid semel statuendum est, deliberando nempè de mane digesto, quia est clarioris intellectus, homo enim satur, nõ sic percipit sicut ieiunus vt tetigi supra in proœmio sub nu. 29. & recurrendo ad Deum vt per ipsum Afflict. d. num. 8. addo Modernos in cap. Regni Neapolis, incip. grauamina num. 66. cum cap. quorundam fol. 159. Grammat. vot. 28. qui ponunt materiam comminationis, etiam contra Barones habentes primas, & secundas causas ex priuilegio vt dixi latius infra in c. 10. Regis Martini declaratione 4. d. tom. 3 & prout etiam tetigi circa Barones prædictos habentes talem Iurisdictionem supra in cap. 36. Regis Iacobi post principium tom. 1. & facit circa iustitiam denegatã, constitutio Regni, statuimus; ibi, talis iuratus ad te remictitur, tit. de offit. magistr. iustit. lib. 1. addo aliam constitutio-

tionem Regni, incip. iustitiarij nomen tit.
44. de offic. iustitiariatus eod. lib. 1. vbi ob
5 lapsum † duorum mensium, & non expe-
ditis negotijs, fit causarum deuolutio, &
auocatio, & ibi Afflict. & Ysern. §. fit tibi
Auth. de mand. princip. & in Auth. de Ec-
clef. tit. §. si autem collat. 9. & in Auth. de
sanctiss. Episcop. §. si quis autẽ, Paris de Put.
in tract. Syndic. cap. qualiter fol. 10. Domi-
ni Neapolitani in d. cap. grauamina n. 56.

Intantum vt videamus quod negligen-
6 tia † ipsa facit fieri auocationem causa-
rum, vt scripsi in d. cap. 16. Regis Iacobi
per tot. vnde dicunt DD. & Bartol in l. hæ-
res ff. de condit. & demonstr. quod negli-
gens in vno videtur negligens in alio, idẽ
Bart. in l. si seruus ff. vi bonor. rapt. l. item
si res ff. de alien. iudic. mut. caus. fact. l. si
domus ff. de seruit. vrban. prædior. arg. eo-
rum, quæ dixi in Consuet. Panor. cap. 33.
nu. 57. quòd semel malus præsumitur ma-
lus; sicuti qui in vno est liberalis preue-
niendo, in alio dicitur esse etiam libera-
lis, vt subdit ipse Bart. in d. l. hæres, quod
seruit ad propositum ad illam liberalita-
tem, quam habent Reges, & Principes
de qua tetigi supra in cap. 42. Regis Iaco-
bi nu. 1. d. tom. 1. ¶ Sic legimus in cap. fi-
lijs, & nepotibus 16. quæst. 7. vbi quan-
7 do patronus † rectorem Ecclesiasticis re-
bus abuti videt, si Episcopum, & Metro-
politanum iustitiam facere aditi neglexe-
rit, Regis auribus intimare debet, & po-
test, vt ait Dominus Carolus Tapia in
eius pulchris Adnotationibus ad ius Re-
gni Neapolis fol. 26. lib. 3. & quãuis idem
Tapia subdat quod Abbas in d. cap. filijs,
dicat quod corrigatur per iura noua, va-
lere tamen, subdit ipse saltim ad fundan-
dum quod potest Princeps se intromitte-
re, ne vis fiat subditis ipsius, adhoc ne cõ-
tenciones, & rixæ inter ecclesiasticos ori-
antur ex his, quæ dico infra in cap. 114.
Regis huius, & in cap. 37. Regis Fer-
din. limit. 17. Tom. 7. & fiat quodammodo
deuolutio, arg eorum, quæ dixi de iudice
laico tardante iustitiam, nam fit deuolu-
tio ad ecclesiasticum vt in d. cap. 16. Re-
8 gis Iacobi num. 20. ¶ Sic † etiam quoties
aliqui officiales sunt negligentes in pro-
cedendo, potest alius supplere; sic si Capi-
tulum negligit corrigere canonicos; po-
terit Episcopus in eosdem canonicos ani-
maduertere. & vbi quis est negligens, po-
test per superiorem assignari certus ter-
minus ad expediendum causam; sic si de-
legatus negligit causam cognoscere, po-
test ordinarius se intromittere, vt post
Angel. Fœlin. Dec. Alex. Riminald. Abb.
Roman. Aret. & alios infert Surd. d. cons.
56. nu. 23. vsq; ad nu. 29. lib. 1.

9 Limita vt tunc non fiat vocatio † cau-
sarum etiam ob lapsum duorum mensium
quando causæ essent in his terminis, in
quibus possunt diffiniri, etenim tunc lap-
sus dictorum duorum mensium non nocet
Dec. cons. 550. vol. 2. quem sequitur Ancl.
de Bott. in dict. constit. iustitiarij.

10 Limita secundo vt auocatio † non pos-
sit fieri, nisi constiterit de tardatione iu-
stitiæ, vt habetur in d. constit. & ita con-
cludit ibidẽ Anell. de Bottis per cap. signi-
ficauerunt de testib. Io. Andr. in Addit io-
nib. ad Speculat. in titul. de petit. & possess.

11 Limita tertio † vt auocatio nõ fiat per
saltum, sed ordine suo, quemadmodum in
grauamine (de quo tetigi in Ritu cap.
146. tom. 4.) nã si iudex grauat, nõ deuol-
uitur causa, nisi gradatim ad eos, ad quos
deuoluenda veniret vide post Ann. singul.
269. Carol. de Tapia in dictis adnotatio-
nibus ad iura regni Neapolis sub tit. vbi
de crimin. agi oport. fol. 43. lib. 3. & sic
gradatim per modum superioritatis, di-
xit etiam Angel. cons. 200. in ciuitate Lu-
cana nu. 2. Surd cõs. 106. nu. 27. lib. primo,
& prout latè dico infra in cap. 47. Regis
Martini sub versic. intelligo quatenus, vbi
iddem dico sic esse de appellatione, vt
fiat gradatim Tom. 3.

12 Limito quarto † secus esse quando non
staret per iudices, & propterea pars de-
bet instare, Boniorn. hic, & in l. 1. ff. de fe-
rijs, & transeunt alij, sed v.g. adesset mul
titudo iudicũ, & præsertim mixtio vnius
tribunalis cum alio, & propterea dicit
optimè, & christianè loquitur more suo
Affl. in constit. regni, sæpe contigit nu. 5.
tit. 68. de numero baiulorum, quod ma-
lus est mos addere iudices vnius tribu-
nalis tribunalibus ordinarijs constitutis,
quia ex hoc causatur difficilis congrega-
tio, vt experientia docet, & causæ elon-
gantur, nisi aliter fieri non posset, v.g. ob
suspicionẽ iudicum, & sic ex causa, prout
ego aliàs tempore mei iudicatus Regiæ
Curiæ Pretoris fui aggregatus iudex cum
Spect. iudicibus M. R. C. in quadam causa
feudali inter quosdam de Pactis Messa-
nenses ob suspicionem Spet. de Monforti
Ann. 1608. multitudo enim generat con-
fusionem dicam infra in cap. 366. Regis
Alph. Tom. 5.

13 Limita quinto quando † causa requi-
reret maiorem terminũ de necessitate, vt
puta quia esset ita antiqua, vel ardua vt in
d. c. 51. Regis Martini loco citato, nã tunc
nec auocari potest. M. Muta.

De

De non compellendis hominibus ad ducendum carceratos. Cap. XX.

QVietis ampliantes fauorem, præcipimus quòd de cætero nulla vniuersitas, vel aliqua singularis persona Siciliæ, per aliquos offitiales nostros captiuos deprehensos compellantur ad Curiã ducere, vel de loco ad locum; sed qui deprehenderint cum expensis Curiæ competentibus, ad superiores, vel quibus mictendi fuerint, transmictant eosdem.

SVMMARIVM.

Rex, vel Princeps debet deputare custodes suis sumptibus ad associandum malefactores. nu. 1. limita nu. 3. & 4.

Barones cum mero, & mixto imperio non possunt homines compellere ad associandum captiuos, & carceratos de vno loco ad alium nec ad custodiam castri ibid.

Vassalli non possunt cogi ducere carceratos de vno ad alium locum nec litteras, ibid. & nu. 2. limita nu. 3. 4.

Correrio quando datur aliquid pro portandis literas dicitur locatio, & conductio etiam cum posta ad vsum Italiæ nu. 2.

Nouellas citius nunciãdi modus à quibus fuit inuentus ibid.



EST simile cum capit. 12. cap. 55. in 7. notabili Regis Iacobi, vbi scripsi de hoc, & addo post gloss. Bart. Hostien. Marin. Frecc. lib. 2. de authorit. Baron. in 12. author. nu. 2. col. 2. Surd. cons. 83. col. 2. lib. 1. vbi
1 ait † quod Princeps debet deputare suis sumptibus custodes ad associandum malefactores, in tantum vt neque Barones inuestiti cum mero, & mixto imperio posint homines compellere ad hoc, vt subdit ipse Surd. nu. 7. sicut nec ad custodiam castri posset illos astringere Natta consil. 179. nu. 10. & consil. 402. cum similibus per eundem Surd. cons. 210. nu. 58. lib. 2. aliàs possent via grauaminis quærelari vassalli apud immediatũ dominum, vt dicam infra in cap. 49. sub versic. de ordinatione: & concordat etiam infra cap. 47. ad literam, vbi plus disponitur, vt nec vllus alius compellatur, ne dum ad deferendum captiuos de vno ad alium locum, sed nec ad deferendum literas ad aliquem extra locum, sed is cõducatur sponte, & volens h. d. quod est conforme determinationi iuris communis, vt quando cursori siue correrio datur aliquid pro apportatione literarum, vel similium dicatur locatio, & conductio, bene proptereа dicitur hic, conducatur, ita Bart. in l. si pecuniam nu. 13. ff. de condit. caus. dat. etiã si essent cursores plures missi, vt aiũt cum posta ad vsum Italiæ, siue pacchetto 2
secundum Gallos, qui modus nuntiandi citius nouellas fuit à Persis inuẽtus secũdum ea, quæ refert Herodotus, de quo per Vincent. Cartari in sua genealogia Deorum fol. 10 & more etiam Græcorum currentium, & portantium faces alter alteri tradendo Vulcano secundum ludos qui fiebant Prometheo, & Mineruæ, quibus ferebantur faces accensæ per equestres viros currentes, & qui talem facem accensam currens vsq; ad vrbem ferebat prçmium accipiebat secundum eorum cærimonias, de quib. per Socratem, Platonem, & Adimantum.

3 Limito † quãdo immineret necessitas, quia tunc potest Domino, & offitialibus succurri sine discrimine, & dominus offert expensas, tuncquè his cõcurrentibus tenentur subditi opem ferre ad capiendum, & custodiẽdum malefactorem, Marin. Freccia d. author. 12. versic. aliter soler, Surd. loco citato nu. 5.

4 Limito † 2. circa ea, quæ disponuntur de cõpulsione siue coactione, procedere etiã maxime dicto tempore necessitatis circa excubias illas, & vigilias de quibus supra cap. 17. in fine.

Marius Muta.

De vno tummino, & cantario. Cap. XX.

DEcens est, vt qui in vna fide iunguntur, in honoribus participent,& honor viuendi mensura debita confirmetur:Considerantes itaque quanta nostri Siculi substinuerunt incommoda propter diuersitatem tumminorum, ad quorum mensuram victualium consistit commercium, & ponderum, quorum libramento ponderantur, quæ consistunt in pondere, Maiestas Regia, quæ cupit inter subiectos æqualitatem seruare, huius Constitutionis nostræ tenore decreuit, quod tumminus vnius mensuræ, & cantaria, & pondera vnius ponderis, citra flumen salsum per totam Siciliam obseruetur, tumminus ad tumminum, videlicet Ciuitatis Syracusarum, & cantarij, & pondera vnius ponderis citra flumen salsum, ad modum Ciuitatis Messanæ, ab ipsis tantum alia dirigantur per homines vniuersitatum ipsarum, ad ipsam tantum mensurã, & ponderationem fiat, & mensuratio victualium, & ponderatio inter contrahentes. Sint itaque tummini ipsi signati signo victricis aquilæ, nobis ex materna successione cælesti prouisione concesso sine aliquo iure Curiæ exsoluendo; nullus alius tumminus sit cum ferro. Eis tummino, & pondere vtantur Comites, Barones, Feudatarij terram habentes, & personæ cæteræ Ecclesiasticæ publicæ, vel priuatæ. In terris verò, & locis Siciliæ vltra flumen salsum, mensura, & pondera, quibus vtuntur Panhormitani Ciues, præcipimus obseruare, & qui secus fecerit, præter indignationem nostram, libram vnam auri purissimi fisco nostro componat. Hanc igitur Constitutionem vires habere volumus post lapsum duorum mensium à tempore insinuationis eiusdem.

DE tumminis, similibusque mensuris vide quæ pono infra in cap. 116. vers. septimum vbi dixi ligare hoc statutum etiam personas Ecclesiasticas. Noto ibi, signo victricis Aquilæ, quod insignia Regum Siciliæ sunt Aquila ex materna successione illis concessa vt hic, & de quibus insignijs dixi in commentar. Consuet. Pauor. cap. 79. nu. 10.

De impositione collectæ aliquibus extra non dimictendis, Cap. XXI.

VT nihil inordinatum penitus relinquatur, præcipimus quòd vniuersitates terrarũ,& locorũ Siciliæ, possint, cum expediẽs fuerit pro necessitatibus aliquibus in casibus permissis, ratione alicuius subuentionis, inter ipsas vniuersitates, aliquas taxare pæcuniæ quantitates, in quaternis particularium taxationum non

obmictantur, de ijs, qui conferre debeant in ipsa taxatione expensarum colore quæsito, vel causa: sed qui collectores, & taxatores fuerint pro laboribus, & scripturis, & alijs expensis eorum habeant pro qualibet vncia, quæ venit in summa taxationis eiusdem, granos duodecim, & non plus.

S. V M M A R I V M.

Collecta possunt fieri in casibus necessitatis, & quibus, nu. 1. cum seq.

Collecta potest imponi per vniuersitates n. 2. cum seq. & cogi iudicis præcepto pro soluendis debitis nu. 6.

Collecta potest imponi pro pecunia fanteriatitia, & pro debito vniuersitatis ibid.

Collectas soluere nemo excusatur ibid.

Collectas soluere de præterito non tenentur illi qui venerunt de nouo ad habitandum num. 3. & quid in hominibus villarum Ciuitatis nu. 4.

Vniuersitas esto quod habeat aliquid de proprio, tamen in multis casibus quando est debitrix non potest fieri executio super illis, num. 5.

Adiudicari non potest puteus qui esset in communi cum alijs, sicut nec vsus piscationis, pascendi, & similium, ibid.

Vniuersitates possunt cogi per præceptum Iudicis, vt imponant sibi collectas pro satisfaciendis debitis nu. 6.

Collecta possunt imponi etiam clericis, & quomodo nu. 7. 8.

Clerici tenentur super bonis temporalibus patrimonialibus, & quæ aliunde quàm ab Ecclesijs habuerant soluere tributum principi, & collectas, si erant prius tali oneri affecta nu. 8.

Statuta secularia quibus casibus ligent clericos ibidem vsque ad num. 20. declara nu. 21. 22.

Clerici possunt decimari pro recuperanda Hierusalem terra sancta nu. 9.

Clerici tenentur contribuere ad ea onera, quæ sunt omnibus communia, ibidem & num seq.

Captiuorum pro redemptione etiam res sacra vendi possunt, ibid.

Clerici tenentur contribuere in ijs, in quibus commoda sentiunt in temporalibus, nu. 10. 11. cum seq.

Ecclesiasticæ personæ ad ea onera tenentur in temporalibus in quibus commoda sentiunt, ibid.

Clerici tenentur ad eas expensas, quæ fiunt pro ducalibus canalibus, & aggeribus ibidem.

Clerici, & ecclesiasticæ personæ tenentur ad gabellā vini, & in alijs in quibus versatur etiam eorum vtilitas nu. 11. 12. & quomodo nu. 13.

Gabellas non tenentur soluere regulariter clerici etiam ex acquisitionib. lucratiuis, non obstante quouis statuto, nec consuetudine, maxime de fructibus dono per eos missis nu. 14. nisi in casu fraudis, & negotiationis, & pro pace, & quiete seruanda, & quomodo nu. 13. 18.

Clerici & ecclesiasticæ personæ tenentur ad solutionem pecuniæ, quæ datur ne territorium depopuletur, nu. 14 & ad custodiam militum pro custodia castri, nu. 15. pro refectione putei communis, nu. 16. pro refectione pontium, & viarum n. 17. pro plaustris ad portam ciuitatis, esto quod opes laicorum non deficerent n. 18. pro ducendis aquis nu. 20. declara num. 21. 22.

Statuta secularia loquentia in rem, & non in personam, ligant clericos, nu. 19.

Statutum seculare pro irrigandis, & ducendis aquis de canale, & flumine, ligat etiā clericos sicut de ponderibus, metis & mensuris nu. 20. declara nu. 21. 22.

Collectari possunt omnes pro re ecclesiastica nu. 23.

Collectas soluere tenentur vsufructuarij, & quomodo nu. 24.

Collectas soluere tenentur censuarij, & pensionarij, & possessores rei & quando nu. 25. & per colonos & inquilinos n. 32. 33.

Collectas soluere tenentur ciues aggregati per priuilegium nu. 26.

Collectarum in materia non competit compensatio nu. 27.

Collectarum in materia solet promulgari bannum vt reuelentur facultates nu. 28.

Collecta debet taxari secundum facultatem patrimonij, & per capita vt solitum est nu. 29. & nu. 31.

Collecta debet taxari respectu patrimonij in loco, & quæ sunt in æstimo descripta num. 30.

EXPRESSE colligi-
tur ex hoc capitulo
1 quod licitum est †
pro necessitatibus,
& occasionibus ne-
cessarijs Vniuersi-
tatibus, & terris
Regni occurrenti-
bus facere collectam, sic scripsi supra in
cap. 60. Regis Iacobi in principio Tom. 1.
vbi posui etiam ex causa aquæductus; &
sic loquor non de illis collectis, quæ dan-
tur Regibus; de quibus scripsi supra à
cap. 2. cum seq. Regis Iacobi d. tom. 1. &
infra cap. 54. Regis Martini tom. 3 & po-
test iste textus adaptari ad alium casum
in quo fiat commutatio de vno in alium
casum, sicut tetigi remissiuè infra in cap.
67. Regis Alphonsi versic. secundus mo-
dus Tom. 4. & supra in d. cap. 60. Regis
Iacobi.

Et loqui videtur reuera hoc cap. de ijs
vniuersitatibus, quæ non habent bursam
communem, quia potest talis communi-
2 tas † imponere tunc collectam, illisque
soluere, quibus tenetur, stante quia est hic
casus expediens, ac necessarius vt in d.
cap. 60. posui, & sentit Io. Baptist. à Costa
cons. 1. nu. 128. lib. 1. ex Viuio decis. 523.
nu. 34. lib. 4. Natt cons. 433. nu. 5. vbi quod
pro pecunia fæneratitia posset imponi col-
lecta; & in illis casibus, in quibus expedi-
ens fuerit collectam imponi, nemo excu-
satur, vt est intentionis præsentis capitu-
li, dum dicitur in rubric. ibi, aliquibus
extra non dimictendis, & in textu, ibi,
non omictantur, q. d. quod omnes de vni-
uersitate, & communitate tenentur, vt in
d. cap. 60. adnotaui, sicque est dispositum
per constit. Regni, & ibi Afflict. tit. 101. de
contumac. vniuersitatis lib. 1. vbi vniuersi-
tas pro debito ipsius vniuersitatis, & pro
eius necessitatibus potest sibi imponere
collectam eiusdem habitatoribus per glo.
in l. 1 §. quibus ff. quod cuiusque vniuer-
sit. nomin. ibique Alberic. de Rosa. & Fer-
dinand Boniornus, vbi ponit multas quæ-
stiones, & ibi fit mentio de focularibus de
quibus inferius nu. 31. Paul. de Cittadin.
in tract. de iur patronat. fol. 2. col. 2. Alex.
cons. 78 num. 4. vol 6. & cons. 146. vol. 2.
Corn. cons. 184. & cons 268. vol. 4. Abb.
consil. 66. & cons. 13. lib. 2. Ripa de pest.
versic. 8. Cardinalis cons. 6. quod esset v. g.
quando aliquis creditor esset ipsius vni-
uersitatis, quia si habet aliquid in com-
muni, soluet de eo pro viribus sui patri-
monij l. rescripto §. fin. ff de munerib. &
honorib. si vero nihil, & de proprio, & de
patrimonio, tunc imponetur collecta in
subsidium secundum facultates inhabi-
tantium, & soluere debitum secundum
gloss. in l. 1. vers. inopes C. de apoch. publ.
lib. 10. cum similib. Speculat. & Alex cita-
ti per ipsum Afflict. Est verum secundum
3 eum quod † venientes de nouo ad habi-
tandum, & ciues de nouo recepti non te-
nentur contribuere pro debito præterito
ex Bald. Io de Anan. Alex Luc. de Penna,
& alijs, & ita, ni fallor, obseruant Ciues
Traynæ, vt audiui à quodam, qui de nouo

erat ibi receptus ad habitandum, nam per annum nihil soluit; Sed quid de hominibus † villarum Ciuitatis? Io. de Imol. in l.4.§.actor ff.de re iudic.Bartol.& Luc. de Penn.remissiuè citati per eundem Afflict. sub nu. 8. & resoluo quod sic ex his quæ dixi supra in procem. capitulorum Regis Iacobi n. 11. tom. 1. Quomodo autem citabitur dicta vniuersitas, an eius Syndicus, vide infra in cap.64. Regis incliti Ioannis sub versic. & hinc nascitur, Tom.6. & in cap.67. Regis Martini §.5. Tom. 3. vbi habes multa in materia syndici. Est verum quod dantur casus, in quibus haberet aliquid de proprio † vniuersitas ipsa, & nihilominus executio non potest fieri super illis, v.g. si haberet puteum, ad quem omnes irent ad hauriendum aquam, in ista enim commoditate non potest creditor mitti in possessionem, vt post Bald. in l. etiam C. de execut. rei iudicat. inquit Afflict. loco citato nu.7. sicut nec quando haberet vsum nemoris publici, & fluminis ad piscandum, iuris pascendi, & similium, quia nec in istis casibus & cõmoditatibus posset mitti creditor in possessionem, vt tango infra in cap.31. Regis incliti Ioãnis ampl.7. eod tom.6. oportet nãq; quòd vniuersitas habeat aliquid proprietatis in communi, Andr. Odoffredd. Roffred. Beneuent. Bart. & Alex. adducti per ipsum Afflict. qui subdit d. nu.8. quòd casu quo ipsa vniuersitas † nollet parere iudicis præcepto pro sententię executione pro satisfaciendis debitis, tunc posset iudex eam cogere ad imponendam sibi dictam collectam per text. in l. fin. C. de munerib. patrim. lib. 10. Bart. & DD. in d.§.actor l.4. ff. de iudicat.

Amplia vt etiam collectæ debeant imponi Clericis † & sic ab eisdem soluantur, ne dum à secularibus, vnde dum dicitur hic in nostro textu, ibi, aliquibus extra non dimittendis, extendere potes adhuc ad clericos, & hoc cauetur in capit. subsequenti, vbi ponuntur rationes, prima quia cum collectæ soluantur à multis, & quasi ab omnibus, leuius quidem est quod portatur à multis, & secunda quia quod in communi deducitur lucidius elucescit, & sic in subuentionibus necessarijs licitis, & permissis clerici, & ecclesiasticæ personæ pro bonis burgensaticis, patrimonialibus, & quæ aliunde quàm ab ecclesijs habuerunt, & tenuerunt, conferre, ac contribuere teneantur cum alijs habitatoribus terrarum, & locorum, vbi fuerint pro modo facultatum bonorum ipsorum, itaquod vltra vires aliquatenus non grauentur. sunt verba textus infra d. cap. 2a. proximè subsequenti, sic transit hic Bonior. & pulchre addo Io. Philipp. Maynard. in suo modernissimo tract. de priuil. Ecclesiast. art. 15 præsertim nu.9. vbi post pulchram distinctionem concludit quod Clerici † pro bonis temporalibus, quæ ad eos, vel ad ecclesiam titulo emptionis, vel alterius concessionis peruenerint teneantur soluere tributum Principi seculari, si illa bona erant prius affecta oneri soluendi dictum tributum quando erant possessa à laicis talia soluentibus, ex quo transeunt cum onere suo reali habente onus perpetuum annexum, & inuariabile, & vniforme ita vt non varietur ex Goffredd. Cardin. Turrecremat. Gemin. Anc. de Nigris, Sutd. Abbat. Alb. Lancellott. Gall. cõs. 59. & alijs per ipsum Maynardũ & num. 14. in alijs vero bonis per eos possessis iure spirituali, vel diuino, vt sunt decimæ primitiæ, oblationes, vel de locis deputatis ad diuinum officiũ & cultum, vel de manso, & agro ecclesiastico, in quo est fundata ecclesia, & de bis, quæ sunt oblata intuitu animarum, vel pro redemptione, sunt exempti nu.4.5.6.7.8. & facit textus Regni infra in cap. 510. Regis Alphonsi Tom. 5. vbi quod bracchium ecclesiasticum, & sic personę ecclesiasticæ contribuunt in donatiuo Regio eo modo, prout ibidem declarabo, addo quæ scripsit Crauett. cons. 111. & cons. 132. Io. Baptist. à Costa d. cons. 1. nu. 194. lib. 1. & facit in terminis quod ait Oldrad. de Ponte cons. 72. sub nu. 4. vbi loquendo de bello illo iusto, licito, & sancto contra Saracenos pro recuperatione terræ sanctæ Hierusalem, de qua locutus fui supra in cap. 1. sub versic. tertia promissio, ibi, ergo vt me reducam, ait quod possunt decimæ † concedi pro illo actu tam pio, quia per hæc communis vtilitas procuratur tam clericorum, quàm laicorum, & ecclesiarum, ergo non est inconueniens, vt contribuant in onere argum. l. 2. §. æquissimum ff. ad l. Rhod. de iact. item quia, subdit ipse Oldrad. pro redemptione captiuorum etiam res sacræ, & sanctæ debent vendi per ea, quæ latè in materia dixi infra in cap. 25. Regis Martini ampl. 1. Tom. 3. & in terminis præsentis ampliationis addo ea, quæ ponit nouissimè Io. Petr. Surdus cons. 490. in princip. & nu.9. lib. 4. vbi ait quod quoties clerici † & ecclesiasticæ personæ commodum sentiunt de aliquo facto, debent contributionẽ facere in eo, & sicuti commodum sentiunt, ita & onera ferre debent,

bent, & loquitur de his aggeribus ducalibus, & canalibus, quæ fiunt cum excessiuis expensis ad deriuandam,& continendam aquam, quia etiam ecclesię, & clerici pro bonis, vel ecclesiæ, vel patrimonialibus cõtribuere debent, vbi enim datur communis vtilitas tam ecclesiæ quã laicorum, tunc tenetur ecclesia pro eius portione onus agnoscere ex Ancharan.in cap. non minus extr.de immunit. eccles. ibiq;Abb.col.3.idemAncha.conf.96.Barbat.conf.1.lib.3.conf.29.vol.4.Io.Philipp. Maynard.d. tract. de priuileg.Eccles.art. 23 num.4.cum seq. ex Sot. Pier. Nauarr. Molin.&alijs vsque ad num. 9. Angel. de Clau.in summ.in verb. immunitas §. 42.

11 quo loci referendo Ricchard.ait † licitas esse gabellas, quas laici indicunt, & ecclesiastici indirectè soluunt pro vino, & alijs, in quibus versatur vtilitas clericorum, & laicorum maximè quia, vt audio gabella vini fuit imposita pro tollenda peste,& conseruanda sanitate,secus quan do impensa solis laicis esset profutura vt ex Anchar. vbi supra, Riminald. conf. 2. nu.11.conf.4.nu.20. Natr.conf.311.nu.4. Festa.in tract.de collect.partis 4. in principio num. 18. fol.56. Aegid.de Them in eod.tract.§.non obstant nu. 2.versic. tertio respondeo,Grauett.conf.392.num. 5. Purpurat.conf.50.nu.3.& seq.&conf.314. nu.5.Rip.conf.168.nu.5.Pedamont. decis. 68.nu.10.Guid Pap Pract.Papiens. Paris. Nicol. Bald. de quibus per eundem Surd.

12 nu. 2. quod est regulariter contra † nam Ecclesiæ, nec personæ Ecclesiasticæ non tenentur soluere gabellas, etiam pro acquisitionibus factis ex titulo lucratiuo non obstante quouis statuto facto per laicos Ant.de Butr.in cap. 1.de censib.et ita post Calder. Archid. Spec. Cuman.Pauli de Castr.Alex.Innoc.Bald.Abbat. Federic. Ang.& alios de com.* opin.testatur Dec. conf.496.Nauarr.conf.4 nu.1. de immu. Eccles.lib.3.quicquid alias fuerit seruatum, quia nunquam fit præiudicium Ecclesiæ,idem Dec.in cap.cum accessissent de constit. non obstante consuetudine in contrarium vt per ipsum Dec.d.conf. citato num. 9.& 12.vbi esto quod in posterum soluta fit,tamen in futurum non fit præiudicium per l.voluntariè C.de excusat. tut. l. 2. C.de his, qui spont.mun.sub. libr. 10. cum simil. nec factum aliorum cæteris obest & ita regulariter vult Cin.in l. neq;C.de hæred.inst.præsertim de fructibus dono missis per eos,nam nullũ portorium, nec gabella solui debet vt loquitur Nauarr.loco citato, nisi per fraudem, aut dolum mitteret, causa fraudandi gabellam vel portorium vt ipse subdit in fi-

13 ne,tamen † in his casibus prædictis specialibus fit solutio,nec sunt exempti vt dixi, non quòd soluant hæc in recognitionem dominij, nec subiectionis, sed solum pro pace, & quiete seruanda, quia Principes seculares iam tenentur ecclesiam defendere vt pulchre ait Maynard.loco citato nu.13.ex August.Triumph.de potest. Ecclesia. quæst.1.art 8. Cardinal. Turrecremat.Stephan.Aufre.& alijs,inferens idem Surd.nu.3.post Bart. & Io. de Platea in l. fin.C. de cursu public. libr. 12. quod isto

14 modo † sic ecclesiæ concurrere debet ad solutionem pecuniæ, quæ datur hostibus, ne territorium depopuletur, & sic ex cõpositione vt per Purpurat.d.conf.50. Cor. conf.72. col. fin. vol. 4.(quæ posset quod ammodo applicari ad compositionem terrarum in Regno, quando transeunt milites) sic Castrens.conf.423. nu. 4. vol.

15 2.dicit quod Ecclesia † tenetur ad impensam militum, qui vigilant ad custodiam castri,si ibi Clericus habitat,vel bona possidet, aliàs non, Anchar.d.conf.96. Grauett.d.conf.392.nu.3. Festa.s.vbi supra: sic idem Surd.d.num.3. ex Speculat.in tit.de

16 censib.§.1.nu.10.ait quod Ecclesia † contribuere tenetur ad refectionem putei communis existentis in vicinia, Aret. in l.ad instructionem C.de Episc.& cler. Parpal.in l.placet nu.106.C.de Sacros.Eccles. & ibi Iason colum. vlt. de Gregorio hic

17 Aegid.vbi supra; sic tenentur † ad reparationem pontium, & viarum latè Surd. nu.5.cum sequent.ex Iacob. de Aret. Rauenn. Cyn. Azon. Dyn. Oldrad. Alberic. Bellapert. Castren.Isern. Cardinal. Salicet.Guid.Pap.Riminal.Purpurat.Menoc. & alijs per eum,& per ea, quæ pono infra in capit.69.Regis Ferdinandi versic.qua de causa tom. 7.sic ad solutionem gabel-

18 læ † circa plaustra, quæ ad portam ciuitatis pro refectione tenentur ipsi clerici, & Ecclesiæ,Surd.nu.6.ex Bald.in cap. 1.§. Imperialis nu.15. de pac. constant Corn. Natt. Alex.& alijs per eundem Surd.nu.9. vbi de comm.* opin.etiam quod opes laicorum non deficerent, quia nihilominus pro eorum parte tenentur Ecclesiæ,quicquid aliter sentiat Abb.in d.cap. non minus,qui voluit tũc teneri in subsidium,ex quo in contrarium est comm. * opinio vt per ipsum Surd.d.num.9.ex Egid. loco citato,idem Surd.conf.525 n.27.eod.lib.4. de qua tamen opinione Surd.dubito,quia ipse videtur contrarius in alio loco relato per Maynard.vbi supra nu.30. 31.post Lanc.

Lanc. Meno. Io. Ant. de Nigr. Alb. & Rimi. Iun prout videmus quòd si causa negotiationis transmittant res suas, debent soluere gabellam vt ait Nauar. loco citato hu. 2. clement. vlt. de censib sicut etiam vi-
19 demus quod quando v. g. statuta † secularia loquerentur in rem, & non in personam, isto casu ligant etiam clericos, qui sunt omnino exempti à iurisdictione seculari vt latius demonstro infra in cap. 37. Regis Catholici Ferdinãdi limit. 19.
02 Tom. 7. sic stante statuto seculari † quod liceat habitatoribus ducere aquam publicam de riuo, siue de canale, aut flumine pro irrigandis aquis, stante quod concernit publicam vtilitatem ligat etiã clericos, vt post Salicet. in Auth. cassa nu. 14. C. de sacrosf. eccles. & ibi Bomornus, dixit Opeto. in l. filiusfamilias §. diui nu. 14. C. de sacrosf. eccles. qui scripsit hoc esse summè notandum, nec meminit alibi legisse sæpiusque in hac quæstione dubitari vidisse, quem refert, & sequitur idem Surd. cons. 130 nu. 7. eod. lib. 1. (argumẽ eorum, quæ suppleo de aqua ducenda infra in cap. 31. Regis incliti Ioannis limit 6. Tom. 6.) sic statutum circa metas maxime frumentorum, pondera, & mensuras ligant adhuc dictas ecclesiasticas personas vt habetur supra in cap. proximo remissiuè ad cap. 116. infr. eodem, versic sextum, & versi. septimum, sic circa banna de non extrahendis annonis tempore inopiæ clericos ligari vide infra in cap. xv. Regis Martini in primo capite vers. & valere Tom. 3. ¶ Dummodo tamen in suprãdictis casibus, & illationi-
21 bus, & alijs, vel compulsio † & coactio ad solutionem, & contributionem prædictam fiat, non per iudicem laicum, sed per iudicem ipsorum clericorum competentem, vt multos Doctores cumulo in alio simili proposito infra in d. cap. 15. Regis Martini sub versic. ligare potest vel præterquàm, vt dixi, facultates non sufficerent Principis laici, aut dummodo in dicta depopulatione laici non dederint causam bello vt late per Maynard. nu. 30. 31. 32. & seq aut † quando
22 v. g. consilio laicorum, & clericorum fuisset imposita dicta taxa, vel collecta, sicque vtrumque concilium concurreret, & sic illa tria bracchia, quæ concurrunt in hoc Regno circa capitula condenda, vt scribo infra in cap. 28. Regis Philippi post principium Tom. 9. quod optimè intellexit Io. Petr. Surd. d. cons. 490. nu. 11. lib. 4. post Bald. Salicet. & Felin. allegatos per Purpurat. d. cons. 50. nu. 6. & cons. 485. nu. 4. versic. tertio non videntur, quia non est dubium posse per superiorem ecclesiasti-
23 cum † & pro re ecclesiastica collectari omnes vt seruauit Salamon, qui in tempore dedicationis templi, & altaris, fecit die octauo collectam cap. 7. lib. 2. Paralippon. & Esdræ cap. 6. lib. 1. ibi, & obtulerunt in dedicationem domus, & cap. 13.
24 Amplia 2. etiam ad vsufructuarios † qui tenentur ad dictas collectas, beneuerum quod quando absorberent totum vsufructum, non tenentur, vt post Canalcan. de vsufr. mulier relict. nu. 162. & 219. Dyn. & Bar. in l. his verbis §. idem testator ff. eod. tit. Roman. Iason, Afflict. Natt. Tiraquell. & Parpal. ait Io. Petr. Surd. cõs. 493. nu. 4. vol. 4. & cons. 162. nu. 29. lib. 2. ex Gigant & alijs.
25 Amplia 3. ad censuarios † & pensionarios, & ad omnes eos, qui sunt possessores rei idem Surd. latè cons. præd. 162. nu. 27. 28. & seq. lib. 2. cum ea tamen limitatione, de qua subdam inferius declaratione 11. nempe de oneribus realibus, aliàs in oneribus extraordinarijs, & mixtis, vt hic, mutatione personæ, mutatur rei qualitas, & conditio in nouo possessore, qui si v. g. esset nobilis, vel Ecclesia non tenetur amplius soluere idem Surd. cons. 262. nu. 30 cum seq. lib. 2.
26 Amplio 4. ad ciues allectos † & aggregatos per priuilegium ita Rouit. ad pragmat. 5. Regni Neapolis tit. de admin. vniuers. nu. 14. ex. Corrad. in templ. iudic. lib. 1. cap. 1. §. 4. nu. 10.
Amplia 5. vt † pro hac causa non competat debitori compensatio cum credito sibi debito ab vniuersitate, Rouit. vbi supra nu. 15. Bart. in § 1. auth. de collec. Et licet loquantur in materia collectarum, tamen Regia curia ampliat ad omnia debita.
27 Amplio 6. vt † soleat promulgari bannum, vt omnes reuelent eorum facultates, Castrens. cons. 318. col. 3. vol. 1. Surd. cons. 234. nu. 40. lib. 2. Natt. cons. 318. nu. 7 & dico latius inferius nu. 30.
Noto ibi, in quaternis particularium
28 taxationum † quod collecta, siue tallia debet taxari secundum facultatem patrimonij, quam habet vnusquisque in loco collectæ, vt dicam paulo infra versic. declara tamen, & secundum taxam solitam, vt subdam in declarat. 4. nu. 38. etiam per capita, vt scripsi supra in cap. 59. Regis Iacobi in princip. tom. 1. vbi quod nullus pro suæ facultatis patrimonio habilis, omitti possit, prout innuitur in hoc. cap. ibi, non omittantur, iuncta supradicta rubrica

brica, ibi, aliquibus extra non dimictendis, vt puta quia allegarent aliquem colorem quæsitum, vel causam, nam Rex prohibet, vt hic, ac similia verba habes infra in cap. Regis Ioãnis 7. propè mediũ, ibi, quæsitis coloribus procuratis tom. 6. Etiam forensibus vt in d. cap. 60. posui, & maximè ratione prædiorum, & ex traditis in consuet. Panor. cap. 30. nu. 30. & in declarat. super alia consuet. Panormit. nu. 40. fol. 246. vbi quod censentur tunc obligata bona.

30 Declara tamen quod inquantum † dicitur tam in d. rubric. quam in textu, ibi, extra non dimictendis, non procedere, vt quis possit etiam collectari respectu patrimonij, & rerum, quas possidet extra locum collectæ, intelligendo de patrimonio ómne id, quod corporeum sit de per se, & quod est in commercio nostro vt ait Io. Bapt. à Costa d. consi. 1. nu. 162. & seq. lib. 1. vel quod ex industria quis habet, vt ibi latè per eum, esto quod nil possideat de stabilibus, & nu. 187. vbi patrimoniũ accipere debemus, siue operalis, siue industrialis sit operatio, sed tantummodo subauditur hoc capit. procedere, vt taxatio particularis fiat de rebus, quas collectandus ibi possidet, & quæ fuerint in æstimo descripta, quia collecta est sequela æstimi, & ad hunc finem æstimantur; & describuntur, vt post Bald. Angel. Dec. Curt. Iun. Natt. & Felias. ait Surd. d. cõs. 162. nu. 30. & cons. 168. nu. 52. eod. vol. 2. Thesaur. decis. 164. Alber. in rubr. ff. de mun. & honorib. l. forma, §. si vero ff. de cens. idem Surd. d. cons. 234. col. 1. & seq. eod. vol. 2. (& propterea solet fieri ordo, siue bannum, vt omnes reuelent eorum facultates vt dixi supra ampl. 6.) idem Surdus latè cons. 162. lib. 2. vbi eo ipso quod sunt allibrata, & catastrata in registro, debent solui onera, esto quod aliquis esset immunis, quia statim ac quod patitur bona annotari, & per aliquos annos tacuit censetur immunitati renuntiare nu. 16. alias si nõ est in libro descriptus nõ tenetur, vt post multos Dec. d. cons. 496. nu. 7. & seq. nam hic nõ agimus de impositione collectæ propter alium finem, nisi pro necessitatibus, & subuentionibus inter ipsas vniuersitates occurrentes, vt hic dicitur expresse, ibi, inter ipsas vniuersitates, quo casu tantum patrimonium, quod ibi est, taxatur, non quod alibi, iuxta ea, quæ dixi in d. cap. 60. Regis Iacobi versic. in

31 summa; & quando aliás † in Regno contigisset taxatio collectarum, fuit facta ad tarenos tres pro quolibet faculari, sic habes infra in cap. 3. Regis Martini §. & quòd pro anno præsenti Tom. 3. cuius capituli Regni aliás fui consultus à quodam V. I. D. erudissimo, & colendissimo Domino meo, & tetigi superius sub nu. 2. Hinc etiam dicitur infra in d. Tom. 3. cap. 19. tit. de collectis limitandis, quod considerata depopulatione locorum, & ipsorum paupertate, limitentur, ac restringantur collectæ, ita & taliter quod sit habile, & portabile, meritò tetigi superius quod debent imponi pro modo facultatum, & non per capita vt ait idem Affl. in d. constit. Regni dubitationem nu. 9. ex Bartol. in l. 1. C. de apoch. public. lib. 10. Luc. de Penn. in l. fin. C. de quib. munerib. vel præstat. eod. lib. 10. & in rubr. C. de ann. & tribut. eod. Petr. Pictal. in tract. de collect. cũ cõcordãtib. & omnino pulchrè videndo Io. Baptist. à Costa d. cons. 1. nu. 136. 137. lib. 1. & per ea, quæ dixi super cap. 2. Regis Iacobi, in princ. Tom. 1. vbi habes nonnulla circa materiam collectæ. ¶ Et iddem de rebus restitutioni

32 subiectis † quia pro eis competit collectatio, quam in casu restitutionis computabit, prout in simili videmus de colono, & inquilino, qui si soluerint collectam eam computant in possessionem secundum ea, quæ dixi in d. cap. 2. nu. 16. & in d. cap. 60. versic. in summa Regis Iacobi Tom. 1. ¶ Et iddem de possessore

33 † qui tenetur ad dictas collectas, non obstante quod possideat iure pignoris, siue proprietatis, ex quo ad eum spectat solutio collectarum, stante quod sufficiat esse possessorem dixi in d. cap. 2. Regis Iacobi num. 17. Surd. d. cons. 162. loco citato.

Et quoniam hic textus non aperit clarè an in talibus impositionibus collectarum debeat præcedere licentia superioris, vel ne, ideo loquendo circa dispositionem iuris, quando in casibus necessitatis imponuntur (de quibus sentire videtur hoc capit. dum dicit ibi, in casibus permissis, sicque ad d. ius commune re-

34 ferre videatur) tunc quælibet † vniuersitas absque aliqua authoritate Principis potest facere, & est dispositum infra in cap. 64. Regis Ioannis vbi dicam Tom. 6. etiamsi talis congregatio commoditatem Regiam respiceret, vt puta de faciendo ei aliquod donatiuum, & similia, vt ibidem demonstrabo in versic. amplio iddem posse, & istud est, quod latè, & pulchrè dixit Matth. de Affl. in prælud. constit. Regni quæst. 3. sub nu. 3. quod quãdo

Ciuitates,

Ciuitates, terræ, & loca Baronum habentium merum, ac mixtum imperium concessum (ex traditis infra in cap. 10. Regis Martini. Tom. 3.) condunt aliqua
35 statuta † faciunt sibi ab eis confirmari, & sine earum confirmatione nil valent; & sic vidisse ex Bartol. in l. si quod extraordinarium, vbi Io. de Platea C. de leg. lib. 10. & in l omnes populi ff. de iustit. & iur. vbi Io. Bapt. de S. Seuerino, Alberic. Bald. in l. finali C. de iurisd. omn. iud. Angel. Bart. Andr. Barbat. Alex. & alij per ipsum Affl. qui subdit solitus esse consulere aliquibus Baronibus, quod quando præsentantur eis similia statuta, vt illa confirment; sicut est exemplum de statuto circa victualia, de quibus dicam infra in d. cap. 15. Regis Martini post principium Tom. 3.

Necessitates verò pro quibus vniuersitates possent collectari sunt multæ, inter quas adest pontium constructio, sine reparatio, de qua habes infra in d. cap. 69. Regis Ferdin. Tom. 7.

Declara secundò, vt licet hic dicatur, aliquibus extra non dimictendis, attamen ista collectatio non potest fieri his
36 † qui cesserint bonis, quia cedenti bonis non potest imponi collecta, ita Iason in l. 2. nu. 26. C. de iur. emphit. hi enim dicũtur pauperes vt per Canonistas in cap. Odoardus de solution. Alex. Angel. Roman & alij citati per Surd. cons. 491. in fine vol. 4. & quæ tetigi simpliciter supra in d. cap. 2. sub nu. 17. d. Tom. 1. Regis Iacobi, vbi hic me remisi, vnde est quod hac de causa pro collectis, & subuentionibus nullus tenetur de persona, vt subdam in subsequenti declaratione.

37 Declara tertiò, † vt quoad solutionem ipsius collectæ, siue subuentionis nullus possit capi de persona, quicquid dicunt alij de quib. infra sub nu. 47. (& per hoc dixi supra in antecedenti declaratione, quod cedens bonis non soluit collectam) nec supellectilia lecti eius, nec raubæ similes auferri iuxta ea, quæ dixi supra in cap. 19. Regis eiusdem Iacobi sub nu. 10. nec domus discooperiri, in hoc proposito habes infra in cap. 25. versic. hinc videmus, vbi pulchrè, neque portæ remoueri, claudi, nec sigillari, de quibus habes infra textum in capit. 41. tit. de modo exactionis, & per ea, quæ habentur ad hoc de clausura domus in consuet. Panor. cap. 94. num. 8. & super reformat. studiorum Clarissimæ Ciuitatis Cataniæ tit. de priuilegio totius vniuersitatis, & ita intelligo quæ dixi supra in d. cap. 2. Regis Iacobi num. 9. d. Tom. 1. facit l. nemo C. de exactor. tribut. lib. 10. l. in obligatione generali ff. de pignor.

Declara quarto, vt in similibus colle-
38 ctis † debeat inspici solita taxa, vt tetigi superius, in versic. nota ibi, & ita ait Io. Ant. Sola, & post eum Io. Bapt. à Costa d. cons. 1. nu. 86. lib. 1. vbi quod non est recedendum ab æstimo, & solita taxa, ac consueta, declarata, formata, ac terminata, argum. eorum, quæ dixi de taxa in Ritu cap. 189. nu. 3. Tom. 4.

39 Declara quinto vt circa dictas † collectas faciendas defalcari debeant prædia, ac fundi steriles, corrosi, & consumpti vt ait idem de Costa d. cons. 1. num. 130. ex Soccin. Bald. & alijs.

40 Declaro sexto † nisi essent aliqui immunes à dictis collectis v. g. ex statuto, prout Pisis circa Doctores ait Bart. in l. beneficio ff. ad l. falcid. gloss. in l. miles ff. de re iud. cum cõcordantib. per Boniorn. in cap. 56. infr. eod vel quoad forenses, vt per Surd. cons. 168. in fine lib. 2. prout etiam sunt immunes milites infra in d. cap. 56. & iddem dico quando essent immunes ex consuetudine, vel præscriptione latè post multos idem Surd. d. cõs. 234. nu. 25. 26. 27. cum seq. & d. cons. 262. num. 18. 19. cum seq. & consequenter pro tali causa, nec pro alia non possunt dictis militibus expignorari arma, sicut nec Doctoribus libri, vt ait Boniorn. infr. in d. cap. 41. ex gloss. in l. nepos proculo ff. de rer. diuis. & ibi Aleiat. & posui in cõsuet. Panormi d. cap. 34. n. 22. nisi tantum pro locrio domus, vt dicitur super reformat. studiorũ Clariss. Ciuit. Cataniæ d. tit. de priuil. totius vniuersit. & ibi adnotaui, & facit pro militibus l. 2. C. de re mil. lib. 12. Guid. Pap. & alij per Bõiorn. in d. cap. 56.

41 Declaro septimo vt procedat † quoties quis est descriptus, & taxatus in libro, si ergo non est descriptus, censetur immunis, & potest replicare exactori quòd ostendat librum, quia si nõ est descriptus indebitè molestaretur pulchrè Surd. d. cons. 234. nu. 8. & 9. & nu. 39.

42 Declaro octauo vt in dubio † declarari debeat contra collectarum onera, & ita pronunciari vt post multos idem Surd. d. cons. 234. nu. 20.

43 Declaro nono quoties † collectati sunt subditi collectantium, aliàs non est locus collectationi, sic Surd. nu. 25. & ideo dominus loci non potest collectari per vniuersitatem vide post Corn Natt. Guid. Pap. & alios eundẽ Surd. d. cons. 262. n. 28. 29. lib. 2. & qd in forẽsib. Thess. decis. 137.

Declaro

44 Declaro decimo secus esse † quoad bona feudalia, quæ cum præstent solita seruitia, non debent dupplici onere grauari nu. 28. & in his omnibus fallentijs non astringit bannum de reuelandis bonis, vt ex Castrens. & Surd. loco citato d. num. 46.

45 Declara vndecimo nisi † mutarentur personæ, nam mutatur etiam rei qualitas, & conditio, dixi supra ampl. 3.

Capio aliam partem textus, quæ respicit taxatores, siue collectores collectæ,
46 quibus conceditur certa portio † prout hic, nec sine ratione, eo quia de iure nemo tenetur proprijs expensis militare, gloss. in l. miles ff. de re iudic. cum concordantib. per Boniorn. infra cap. 56. vt scripsi super consuet. Panor cap. 73. in fine, & de iure talibus exactoribus deputatis ad exigendas collectas, siue tallias datur quædam merces, & hi tales possent capi, & conueniri, quando lapsus esset terminus datus ad exigendum, & soluendum. vt scripsi in d. cap. 59. Regis Iacobi versic. habes igitur, quibus addo, quæ adducit D. Carolus Tappia Regius Consiliarius Neapolitanus celebris in
47 eius pulchris Annotationib. ad ius Regni Neapolis in tit. de iudicijs fol. 1. col. 2. qui subdit quod † in exigendis tributis, datijs, collectis, fiscalibusque functionibus nullus ordo iudiciarius seruatur l. vnica, & ibi gloss. C. de vend. rer. fisc. lib. 10. quinimmo potest imponi pæna non soluenti, vt ex Baldo, Alex. Coeta. Neguf. & Surd. d. conf. 168. in fine lib. 2. Rouitus in prag. 5. Regni Neapolis tit. de admin. vniuer. nu. 10. ex Thesaur. d. decis. 164 ex Bald. conf. 434. vol. 5. est verum quod Surd. d. consf. 168. nu. 56. & seq. vol. 2. videtur tenere contrarium, quòd immo, licet executiuè in dictis collectis procedatur, tamen substantialis ordo iudicij non remictitur, vnde subdit quod debeat seruari sollemnitates, aliàs res vendita pro ipsis collectis reuocetur, & exequutori iniustè exequenti potest de facto resisti ex Rolãd. Festas. Bart. Natt. Grauett. Boss. & alijs, maximè pro collectis futuris, & quamuis mihi non placeat hoc dictum Surdi, quia multo magis potest procedi exequutiuè pro collectis præteritis, quàm pro futuris, nec valet argumentum ab alimentis præteritis, & futuris, ideo ordo est non seruare ordinem, sed potest pignus capi, & persona carcerari, Rouit. vbi supra d. nu. 14. ex Claper. in centur. causar. fisc. causa 48. sed ex nostris statutis contrarium est vide supra nu. 37. quemadmodum in sum-
48 marijs † iudicijs, vt ipse Tappia subdit, & tetigi in Ritu cap. 134. nu. 1. Tom. 4. sicut nec coram arbitris, nec in debito fiscali, nec coram Principe ampliauit ipse Dominus de Tappia ex Alex. Capic. Bald. Paris. & alijs; nec potest aliquis cogi ad dictum onus subeundum vt in d. cap. 59. Regis Iacobi posui sub versic. habes secundo, & aliud est esse singulos, aliud vniuersos arg l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. & facit quod dicit Petr. de Anchar conf. 205. visis, & ponderatis, cap. qui manumictitur 12. q. 2. l. sed si hac §. qui manumictitur ff. de in ius vocand. cum infinitis cumulatis per Felin. in cap. cam te de rescript. Marc. Mant. conf. 2. nu. 75. Ruyn. conf. 201. vol. 2. Raph. Cuman. conf. 158. viso instrumento, cum similibus, quæ dedi ad consuet. Panormi cap. 64. nu. 6. 7. 8. & 9. Guid. Pap. decis. 87. sub. num. 4. cum seq. decision. & transit hic Boniorn. & Patern. & alij Siculi.

V. I. D. Muta.

De Clericis collectam soluentibus. Cap. XXII.

LEuius quidem facit, quod portatur à multis, & quod in communi deducitur, lucidius elucescit: Itaque cum fideles nostri Siciliæ, pro bonis eorum in præmissis casibus nobis teneantur, & debeant subuenire, volumus, vt in subuentionibus necessarijs, licitis, & permissis, Clerici, & Ecclesiasticæ personæ pro bonis burgensaticis, patrimonialibus, & quæ aliunde quàm ab Ecclesijs habuerunt, & tenuerunt, cum alijs habitatoribus terrarum, & locorum, vbi fuerint, pro modo facultatum bonorum ip-

I sorum

ſorum conferre, & contribuere teneantur, ita quòd vltra vires bonorum ipſorum aliquatenus non grauentur.

Vide ſupra in capit. proximo ampl. 1. vbi latè diſcuſsi de iſta materia collectæ.

De animalibus tranſeuntibus. Cap. XXIII.

ABuſionem magiſtrorum foreſtariorum, & aliorum terram tenentium extirpantes, præcipimus vt in poſterum nulli magiſtri foreſtarij, ſubforeſtarij, Comites, Barones, Feudatarij, & terram habentes, prætextu carnagij, vel herbagij, in terris eorum tranſeuntibus cum animalibus per foreſtas, & terras ipſas, pretium, vel animalia præſumant exigere, vel auferre, ſed eos cum animalibus eorum libere tranſire permictant, & per duos dies, & noctes tranſeundo morari, & etiam pernoctare; vlterius vero, proprio iure vtantur.

SVMMARIVM.

Carnagia non poſſunt percipi de animalibus tranſeuntibus, & paſcentibus per duos dies, & noctes, & ſtatur iuramēto denuntiatoris nu. 1. ratio nu. 2.

Animalia tranſeuntia poſſunt vbique paſci per biduum nihil pro iure carnagij, nec herbagij, nec directus ſoluto, ibid.

Fugitiuus videtur eſſe in loco, à quo receſſit num 2.

Ciuis an poſsit dici de eo loco, in quo quis per tranſitum natus eſt. ibid.



Ixi ſupra Tom. 1. in cap. 30. ſub verſic. etſi fortaſſe, & in cap. vltimo eod. tomo vbi tractaui de foreſtis, & infra in cap. 1. Regis Martini. Tom. 3. vbi dico, quod iſta loca deliciosa non poſsint equā locari, ex quo ſeruiunt pro delitijs Regum, & concordat in puncto infr. cod. cap. 37. vſque ad verſic. ſin autem dicti comites, ſub tit. de prohibit. exactione carnagij, & in illo cap. 37. adeſt vnum notabile, quod ſtatur † iuramento denūtia-
1 toris ſolius circa ablationem iurium carnagiorum, & eſt vnus de caſibus, in quibus ſtatur iuramento alicuius, vbi vide, & ſuppleo alios caſus; Et hoc capit. eſt etiam confirmatum per pragmat. ſiue capit. Regni Regis Martini cap. 64. d. Tom. 3. in quo præcipitur hanc cōſtitutionem, ſiue capitulum obſeruari iuxta tenorem præſentis capituli, permictendo tranſire animalia quælibet per Comitatus, Baronias, & Feuda, ac terras cuiuſque ſine vlla moleſtia, & ſi expedierit per duos dies, & noctes tranſeundo in eiſdem morari, ac etiam pernoctare, nihil propterea ex animalibus ipſis ratione carnagij, herbagij, aut alterius directus, quomodolibet exigendo, conſuetudine, vel obſeruantia in contrarium nō obſtante ſub pæna vnc. 100. & ſi quis prætendat contrarium, compareat, prout ibi. Eſt etiam confirmatum cum alijs capitulis hic concordantibus per Regem Ferdinandum I. in ſua pragmatica, ſiue capitulo Regni primo infra inter capitula eiuſdem Regis Martini Tom. 3. vbi hortatur Prælatos, cæteris autem ſubditis præcipit, vt obſeruent iuxta ſui ſeriem hæc capitula circa carnagia ſub pæna florenorum mille, & ſub pæna contemptus, nec alia carnagia exigant non obſtante quod animalia

lia pernoctauerint, dummodo quod ortu solis recedant animalia ipsa quouis transeuntia, & aliter exigentes dicuntur inferre violentiam publicam, vt ibi dicitur, & transeunt hic simpliciter Boniorn. & de Gregorio.

a Quæ autē sit ratio † quare de transeuntibus animalibus nulla carnagia percipi possint, dico quod ea potest esse, nam videntur quodammodo esse in eo loco, à quo recesserunt, sic videmus quod qui est in fuga, videtur esse in loco, à quo recessit, vt ait Bartol. in l. huiusmodi §. legatum ff. de legat. 1. vbi Alex. mouet à simili quæstionē de natis in aliqua ciuitate per transitum an sint ciues illius ciuitatis, & facit ad statuta circa ciues, de quibus tāgo infra in cap. 22. Regis incliti Ioannis tom. 6. cum concordant. & circa statuta prohibentia aliquem assumi ad collegia, quod consuluit Bald. super statut. Veronens. an natus in reperia Veronæ possit recipi in collegio Doctorum, eius consilium est. 46. lib. 1.

V.I.D. Marius Muta.

De vendendis infra annum rebus translatis in Ecclesiam. Cap. XXIIII.

SIc sumus aliorum iurium amatores, quòd nostra, demanij nostri, nostrorumque Comitum, Baronum, & feudatariorum, ac burgensium iura non minuantur, vel pereant; idcirco prouida deliberatione statuimus, vt si per aliquem burgensem nostri demanij, aut vassallum dictorum feuda tenentium, in Ecclesias prædium aliquod rusticum, vel vrbanum quoquo alienationis titulo, seu per aliquas voluntates vltimas, alienare, & transferre contigerit, Prælati Ecclesiarum ipsarum, seu Præpositi quocumque nomine censeantur, prædia ipsa infra annum vnum, hebdomadam, mensem, & diem à tempore alienationis iam dictæ, vendere, seu concedere teneantur, & debeant, si de demanio fuerint, hominibus nostri demanij, si feudatariorum vassalli fuerint, alienationes, cum vassallis. Re namque minimè carere videntur, cùm succedit pretium loco rei; quod si non fecerint, liceat nobis bona ipsa alienata ad nostrum Demanium dictis feudatarijs ad eorum dominium absque pretio reuocare.

S V M M A R I V M.

Rex ita est amator aliorum iurium, sicut propriorum nu. 1. & seq.

Fiscalibus in causis sic ordo seruandus est, prout in causis priuatorum, nisi specialiter esset priuilegio dispositum, quod in dubio non præsumitur, nu. 2.

Fiscus non præsumitur in dubio priuilegiatus, & ita pronunciandum est, ibid.

Fiscus sic arctatur consuetudine, vt priuatus, ibid.

Pretium succedit loco rei, etiam in vniuersalibus, & particularibus, & quomodo nu. 3. etiam in iudicijs realibus, & personalibus nu. 4. & in hypotecarijs, & præsertim circa dotem nu. 5. 6. vsumfructum nu. 7. hæreditatem nu. 8. fallit in feudalibus remissiuè nu. 9.

Vxor potest pro dote sua recuperanda agere contra eum, penes quē peruenit pretium rerum emptarum, & venditarum de sua pecunia nu. 6.

Vsufructuarius redituum, qui redimuntur, & depositatum est pretium, erit ipsius pretij vsufructuarius nu. 7.

Hæreditas adita videtur per eum, qui recepit pretium rei hæreditariæ nu. 8.

Ecclesia an teneatur vendere bona stabilia penes eam translata infra annum, & quomodo num. 10. 11. 12. 13. & quid in donatione, & vltima voluntate nu. 14. & vide nu. 18. 20. vbi quid in feudalibus & emphit.

Statutum dictans quod bona stabilia translata in ecclesiam, debeant vendi infra annum, an valeat, ibid.

Collecta non possunt imponi super prædijs ecclesiasticis per laicos ad subleuandas regni necessitates, nu. 11.

Statuta ne quis contrahendo alienet in non subditum, valent nu. 12.

Statuta laicorum non ligant ecclesiasticas personas, nu. 13. 15.

Capitula Regni intantum debent obseruari, in quantum non repugnant determinationi sedis Apostolicæ nu. 15. & seq. & num. 17.

Statuta secularium præceptiua contra Ecclesiam facta non valeat directè, nec indirectè ibid.

Statuta laicorum ad hoc vt ligent clericos debent confirmari per S. Pontif. nu. 16.

Consuetudines Panormitanæ sunt approbatæ per Papam ideo dicuntur quasi ipsius Papæ, ibid.

Capitula Regni quoties tangunt interesse ecclesiasticarum personarum, solent interponi partes per Reges cum Papa pro cõfirmatione, & in quibus casibus n. 17.

Statutum nocens particularibus personis dicitur perniciosum iniustum, & non valet, & rescindetur, nu. 18. & seq.

Capitula Regni quoties essent iniusta, esto quòd tria brachia concurrerint, nil valerent nu. 19.

Ecclesia, in quam translata sunt bona feudalia, & emphiteotica, debet ea vendere infra annum idoneo, nu. 20.



NOTA ex hoc principio, quod Rex
1 cipio, quod Rex † ita est amator aliorum iurium, sicut propriorum l. rescriptum §. sciendũ ff. de munerib. & honorib. Ias. in l. placet col. pen. C. de sacros. eccles. sic habes infra in cap. 28. in versic. ex vltima parte, & per hoc dixi supra in cap. 35. sub nu. 18. Regis Iacobi, Tom. 1. quod ita in causis priuatorum est seruandus
2 ordo † prout in causis fiscalibus, nisi specialiter reperiretur priuilegiatus ipse fiscus multa cumulat Petr. Caballus in suis resolutionib. criminalibus casu 39. nu. 20. & seq. vbi quod etiam in dubio pronuntiãdum est non esse priuilegiatum ex Dec. Cagnol. Rip. & alijs; hinc solet dici, quod consuetudo sic arctat fiscum, sicut priuatos Florian. in l. si venditor, & ibi gloss. §. si constat ff. comm. prædior. & prout melius, & latius dico infra in cap. 464. Regis Alphonsi Tom. 5. Vide quæ dico in d. cap. 28. in 5. restrictione sub versic. vnde etiam infero secundo; In summa quid dicat iste textus collige ex rubrica, siue titulo, quod nempe bona stabilia translata in Ecclesias debent infra annum vendi.

Ratio ponitur hic in textu, quia iam
3 pretium † succedit loco rei, tam in vniuersalibus actionibus, & iudicijs l. si rem, & pretium vbi omnes DD. ff. de petit. hæredit. l. imperator in fine cum l. seq. ff. de legat. 1. Hostiens. in cap. in præsentia de probat. per l. procuratoris §. non autem, & l. aliquando ff. de tribut. Negusant. de pignorib. in 1. membro quintæ partis sub nu. 48. (ex fictione tamen, non autem ex veritate, vt post Bald. Iason, Tiraquell. Iacob. Beluis. Laudens. Aluarott. Cardinal. Alex. Surd. cons. 26. nu. 2.
4 lib. 1.) † quàm etiam in particularibus, vt per eũdem Surd loco citato, in actione tamen, seu iudicio reali, v. g. rei vendicatione, quia tunc pretiũ etiã succedit loco rei in subsidiũ re præscripta, vel perempta contra habentẽ causã lucratiuã, vt subdit ipse Negusant. ex gloss. Bart. & alijs in l. mater C. de rei vendic. & per DD. in l si cum seruum ff. si cert. perat, quàm etiã in iudicijs personalibus, nam adhuc pretium succedit loco rei, quando tamen ageretur ex contractu ratione doli, & sic in isto casu tantum per tradita ab eodem Negusant. loco citato, qui allegat eundem Bart. in l. qui a debitore ff. quæ in fraud. credit, quam etiam si versemur † in actione hypotecaria, & ma-
5 ximè circa dotem, nam iddemmet determinatur, quod disponitur in dicta actione reali, scilicet quod pretium succedat loco rei, vt dixi superius, & potest agi ad pretium dictæ rei contra prætendentem causam lucratiuam, secus verò si prætenderet causam onerosam, ita Negusant. loco citato post Bart. gloss. & alios in l. 1. ff. de distract. pignor. vbi refert quandam quæstionem, quam habuit de facto, & ita obseruatũ * fuisse de mulie-
6 re† quæ dederat dotem marito pauperi, qui veniens ad mortem reliquit certas pecudes, quas frater mariti vendidit, nam subdit quod mulier poterit factis

excus-

excusſionibus de bonis mariti, & pecu-
dibus mortuis, vel præſcriptis in ſubſi-
dium agere contra fratrem dicti mariti
ad pretium dictarum pecudum, & hoc,
vt tetigi, eſt ob prinilegium dictæ dotis:
7 ſic videmus † quod ſi quis eſt relictus
vſufructuarius bonorum, & ſuccederet
quod fieret redemptio reditus ſuper ali-
quo prædio, pretium erit ipſius vſufru-
ctuarij, qui erat vſufructuarius reditus,
non quod ſit ſuum tamquam fructus, ſed
quod eo vti poſſit, & frui, ſicut cæteris
rebus, deinde vero, illo finito, reſtitue-
re, pulchrè Surd. d.conſ. 26.col.2. & per
totum, ratione quia pretium eſt ſubro-
gatum loco rei ex multis per eum citatis
8 nu.5.ſic † qui recipit pretium rei hære-
ditariæ, hæreditatem ipſam recepiſſe, &
acceptaſſe videtur, vt poſt Tiraquell. &
alios ait idem Surd. conſ. 92.nu. 24.eod.
vol.1.& aliqua in iſta materia quod pre-
tium ſuccedat loco rei ſequere, per Ne-
guſant. loco citato d.nu. 48. à verſic. ſed
9 in dote: Infeudalibus † tamen non ſuc-
cedit loco rei pretium, vt dicam infra in
cap.540.Regis Alphõſi ſub verſic.quem-
admodum Tom.5.

Dubito tamen de iſto Regni capit.
10 diſponente † quod debeant vendi bona
ſtabilia translata in eccleſiam infra an-
num, & eſt vna de limitationibus ad l.
nec emere C.de iur.delib.ſed videtur eſſe
conforme diſpoſitioni iuris communis
per ea, quæ refert, & ſequitur Alex conſ.
120 Hilarius nu.4.lib. 1. vbi ait quod li-
cet Eccleſia non poſsit acquirere quantũ
ad retinẽdum pro ſe res emphiteoticas,
tamen quantum ad hoc vt in Eccleſiam
transferatur ex titulo inſtitutionis hæ-
reditatis, & ipſa alteri idoneo vendat,
hoc non eſt prohibitum, ſic de conſuetu-
dine ſeruatur quod eccleſia, dicit ipſe,
intra annum vendat alteri, allegat Spe-
culat. in tit de locat.§.nunc verſic.ſepti-
mo, vbi Io. Andr. & Imol. in cap. potuit
extr.locati, argum.capit. longinquitate
rei 12.q.2. cum ſimilib. per ipſum Alex.
& ſenſerunt moderni Pariſienſes in con-
ſuet.§ 21.quæſt.41.§ 41.nu.57.cum ſeq.
Iaſon. in l.3.C de iure emphit.nu.91. vbi
ait quod vel intra annum teneatur ven-
dere, vel accipere pretium, & tranſit hic
Boniorn.quamuis ſub dubio, de quo dixi
in conſuet.Panor.cap.76.nu.68.& remiſ-
ſinè in declaratione fol.245.num.31. (&
pront ſuppleo infra in cap.216.Regis Ca
roli limit. 16. Tom. 8. vbi loquor de re-
bus emphiteoticis in alios translatis) &
ita poſt eoſdem Speculat. Io. Andr. Car-
dinal. Butr. Imol. Anchar. Prob. Guid.
Pap. Aloiat. Clar. & Menocch. ait Io. Petr.
Surd.conſ.521.nu.10.lib.4. vbi quod do-
minus directus poteſt ex tribus vnum eli-
gere, nempe permittere quod Eccleſia
teneat rem emphiteoticam, vel ſoluere
æſtimationem, vel pati quod res ipſa in-
tra annum vendator alij, & prout ita poſ
ſet intelligi hic textus vt ſubdam in verſ.
procedere. ¶ Videtur enim iſtud capi-
tulum conditum etiam ſub prætextu bo-
ni publici, ac ratione Reipublicæ con-
ſeruandæ, vtputa quia ſi bona ſtabilia
remanerent penes Clericos, eccleſiaſti-
11 caſque perſonas † non poſſent domini
temporales ſuper eis onera, & collectas
imponere ad ſubleuandas regni neceſ-
ſitates, & ſimilia vt conſidrat Signorol.
conſ. 21. Barbat. conſ. 30. Bald. in cap.
Clerici de Iudæis, item quia ſi res ſtabi-
les remanerent penes Eccleſias, nunquã
reuerterentur ad dominum, ex quo Ec-
cleſia numquam moritur, vt dixi infra
in cap. volentes d.reſtitut. 5. quæ ratio-
nes potuerunt olim mouere Venetos in
eorum diſcurſibus tempore Clementis
Papæ VIII. vel ratione multorum ſtatu-
12 torum diſponentium † in Italia ne quis
contrahendo alienet in non ſubditum,
quæ valere ait Bald. conſ.349.conſ.358.
vol. 1. conſ. 308. in 3. Tiraq.§.1.gloſſ.9.
nu.167.cum ſeq.de retr. Laderchius cõſ.
104.num. 9. tamen ſub iſto prætextu, &
clypeo non eſt iuſtum ſimili lege ligare
13 Eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas † quia
laici nullam habent authoritatem ſta-
tuẽdi circa Eccleſias Alderan. Maſcard.
concluſ. 1. num. 7. ex Iaſon. Clar. Fælin.
* Crott. & Burſatt. qui de comm. * & ma-
** gis ** comm.opin.docet (niſi ipſi Cle-
rici vellent ex eorum ſpontanea volunta-
te, quia tunc poſſunt, ſi volunt, illis vti
vt eſt videre ex adductis latiſsimè infra
in cap. 28. Regis Philippi II. Tom. 8.)
legitur quippe quod laicis nulla ſit attri-
buta poteſtas diſponendi de rebus Eccle
ſiæ, quibus tantum obſequẽdi manet ne-
ceſsitas, non authoritas imperandi cap.
cum laicis de reb.eccleſ. non alien. cap.
benè quidem, & cap.cum ad verum, cap.
denique diſt. 96. cum ſimilibus allegatis
per Alderan. Maſcard. d.concluſ.1.nu.1.
& ſeq. Ludouic. Sacca reſponſ.32.ergo cũ
hic ſit impoſita neceſſitas Eccleſijs; vt
vendant dicta bona, videtur hoc non poſ
ſe ſubſiſtere, ex quo neceſsitas imperan-
di eſſet, quod non eſt dicendum, & de-
ſcendit ipſe Alderanus nu.3 ad hoc indi-
uiduum, ex quo legitur de Innocent. Pa-

pa

pa III. (refert ipſe) qui mandauit irri-
tari, inanemque decerni quãdam conſti-
tutionem Henrici Imperatoris Conſtan-
tinopolitani, per quã cauebatur, ne quis
de eius poſſeſſionibus inter viuos, nec in
vltima voluntate aliquid Eccleſijs relin-
queret, nec donaret : ſic Gregorius IX.
reuocauit quaſdam conſtitutiones Re-
gis Caſtellæ, quibus diſponebatur, ne
quis donare, aut vendere poſsit de eius
poſſeſsionibus Eccleſiæ cathedrali, mo-
naſterijs, aut alijs pijs locis : iddem in ſi-
milibus ait fuiſſe ſtatutũ per Pium IIII.
qui declarauit ſimiles conſtitutiones in-
ualidas, ac pœnis, & cenſuris eccleſia-
ſticis deleri à volumine conſtitutionum,
& refert etiam de hoc propoſito adeſſe
concilium Conſtantienſe, per quod hu-
iuſmodi prohibitio damnatur, & conſe-
14 quenter concludo † valere donationes,
ſiue legata relicta Eccleſiæ, etiam de re-
bus emphiteoticis vt in cap. præd. 116.
Regis Caroli videbimus, maxime quãdo
relinquerentur per vltimam voluntatem
quia talia ſtatuta ad hanc non debent
trahi vt poſt Bald. & Tiraq. ait Lader-
chius loco citato, & ob id non ab re no-
ſter hic ſapientiſsimus Rex Federicus
diſponit per aliud cap. infra eod. 72. in 3.
15 notab. & cap. 85. quod capitula † Regni
intantum vult obſeruari, in quantum nõ
repugnarent determinationi ſedis Apo-
ſtolicæ, & latè per ipſum Alderanum per
totam illam concluſionem, vbi quod nec
directè, nec indirectè valent ſtatuta præ-
ceptiua per laicos contra Eccleſiam ex
Signorol. d conſ. 21. nu. 13. Anchar. conſ.
11. Federic. de Senis conſ. 85. Alex. conſ.
97. nu 4. lib. 2. Barbat. & Bald. vbi ſubra,
ac propterea, ſubdit ipſe, quod adhoc vt
16 valeant † ſimilia ſtatuta, eſt recurrendũ
ad S. P. pro obtinenda confirmatione,
ita ipſe Alderan. d. n. 7. (prout eſt de no-
ſtris Conſuetudinibus Panormitanis, quę
ſunt approbatæ, & confirmatæ per Pa-
pam Alex. vt in cap. 31. dixi num. 50. 51.
addo Surd. conſ. 2. nu 15. cum ſeq. vol. 1.
Mathelilian. in notab. 112. Bald. in l. ex
placito C. de rer. permutat. ita vt à tem-
pore confirmationis dicantur quaſi ip-
ſius Papæ, nec poſsint ſimpliciter reuo-
cari abſque ipſius Papæ authoritate, vt
per eum, & per Collegium Bononienſe
in conſ. 1 nu. 23. inter conſilia Cardinalis
Zabarellæ fol. 164. col. 1.) quia tunc ec-
cleſiaſtici prouiſionalibus conſtitutioni-
bus laicalibus ſubiacerent ex Hoſtienſ.
Abbat. Dec. Albenſ. Barbat. Bald Butri-
car. Salicet. Cuman. Rebuff. & alijs ab ip-
ſo Alderano citatis : ſic videmus in mul-
tis capitulis huius Regni, & præſertim
17 ſub Rege Alphonſo † quod quoties tan-
gitur intereſſe eccleſiaſticarum pecunia-
rum, ſemper ipſe dicit, quod interponet
partes ſuas cum S. P. prout in indultis,
& donatiuis, & ſimilibus videri poteſt,
& tunc S. P. videbit an ſit bonum publi-
cum, vel ne, vel ſit ad pompam, & ma-
gnificentiam, & ornatum tantummodo
ipſorum Principum, quia tunc non ſolet
in æternum confirmare, vt ſubdit ipſe
Alderan nu. 8. cum ſeq qui citat multos,
& facit 44. illationes in circa ad demon-
ſtrandum quando ſtatutum ſeculare non
poſsit ligare perſonas eccleſiaſticas, & e-
go infra in capit. 15. Regis Martini ſub
verſic. ligare poteſt, ibi, niſi ſtatutum,
Tom. 3. ex Io. Philip. Maynard. & alijs
18 & conſequenter infert quòd iſtud † ca-
pit. ſiue ſtatutum non valeat, tam-
quam nocens particularibus perſonis
(ex his, quæ etiam dico infra in cap.
31. Regis incliti Ioãnis ampl. 1. Tom. 6.)
& propterea venit reſcindendum officio
iudicis tamquam pernicioſum. & in præ
iudicium ſingularium perſonarum per
ea, quæ intellexit Io. Petr. Surd. conſ. 65.
nu. 9. & 10. lib. 1. ſubdens quod contra ta-
lia ſtatuta dantur plura remedia, vide-
licet quod liceat appellare, & impugna-
re per viam quærelæ, recurſus, etiam ſi
lapſum eſſet tempus appellandi, ex quo
iniquitas nunquam tranſit in rem iudi-
catam poſt Anchar. Bart. Becc. Dec. Abb.
Alex. Fælin. Rip. ab eodem Surdo allega-
19 tos, nam † quoties ſtatutum eſt iniuſtum,
non obſtante quod omnia tria Bracchia
Regni concurrerint (vt in d. cap. 28. Re-
gis Caroli habes) & ſic omnes nemine
diſcrepante concurriſſent, nihil valet vt
per ipſum Surd. nu. 14.

Procedere tamen puto iſtud Capitu-
20 lum circa bona feudalia † de quibus lo-
quitur, & circa bona emphiteotica ex
his quę adduxi in antecedenti verſiculo,
ratione quia nedum iſto caſu concurrit
diſpoſitio præſentis textus, ſed etiam diſ
poſitio, & conſuetudo de iure communi
volens quod infra annum, dicta bona ven
dantur, & habui in facto inter venera-
bile Collegium Societatis Ieſu cum ven.
Monaſterio S. Mariæ de Boſco, præten-
debat enim dictum Monaſterium S. Ma-
riæ quòd certa bona emphiteotica tranſ
lata vigore donationis in dictum Col-
legium, eſſent concurſa in commiſſum,
deciſi * quod abſoluatur, ſaluis iuri-
bus d. Monaſterio ſe melius dirigendi

Anno

Anno 1610. Die 3. Martij, de qua sententia etiam mentionem facio infra in d. cap. 116. Regis Caroli limit. 16. quæ fuit mox confirmata * in tribunali Regiæ Monarchiæ. Anno. 1611.

V. I. D. Marius Muta.

De non deruendis domibus. Cap. XXV.

IVbemus ne Ciuitates, & loca Insulæ nostræ Siciliæ populata, & habitata, quæ nobis sunt in delicijs, deformentur, vt de cætero Magistri iustitiarij, & officiales cæteri domos non diruant, nec dirui faciant vineas, viridaria, & plantas euelli, & dissipari, quantumcumq, per dominos, & possessores eorum immanè deliquisse dicatur, sufficit enim peccata suos tenere authores, cum non res, sed personæ delinquant.

SVMMARIVM.

Domus non debent dirui, nec deformari in vrbibus. nu. 1. amplia nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 13, limita nu. 14. 15. 16. cum seq. nu. 28. 34. 35. 36. 37. 40. 41.

Ciuitatum constructio fuit necessaria pro hominibus nu. 2.

Legatum relictum ad ædificandas domos, & ad decus vrbis non potest in alium vsum conuerti nu. 3. cum seq.

Vsum ad vnum destinata non possunt in alium conuerti non obstante consuetudine, fallit incertis casibus nu. 4.

Domorum trabes nec tegula, portæ, neque lignamina auferri non possunt nec expignorari etiam pro debito fiscali, & collectis nu. 5.

Domus massaritiæ publicari nec confiscari possunt nu. 6.

Domus dirutæ reficiendæ sunt nu. 7.

Domus si est communis, & vnus ex dominis delinquat, non potest tota dirui, nec pars deuastari nu. 8.

Domus non potest deuastari quando esset obligata vxori, & alia bona mariti non essent, & quid in creditoribus nu. 9.

Domus destrui non debent non obstante quouis immani delicto nu. 10.

Rebellium domus veniunt destruendæ, terræ, & ædificia, ibid.

Peccati, & delicti actus est personalis, & suos tenet authores nu. 11.

Domus non est diruenda quando posset inferri præiudicium domus inferiori, n. 12.

Domum destrui non potest iudex præcipere nu. 13. sed princeps sic. nu. 34.

Castra, & domos potest Princeps dirui facere tempore belli nu. 14.

Domus an possunt destrui ob nimiam contumaciam per iudicem num. 15. & seq. & num. 22.

Contumacia facit vt possit veniri ad deuastionem, & dirutionem ædium, ibid. & nu. 20. declara nu. 22. 23.

Regia mandata contemnens punitur pœna capitis, & deportationis, vel pœna extraordinaria super leuibus, nu. 16. cum seq. & peccat mortaliter nu. 19. cũ seq.

Mandata apostolica contemnens est excommunicatus, & eijciendus est à commercio, & an sit hæreticus nu. 17. 18.

Contemnentes clerici præcepta apostolica sunt priuandi eorum beneficijs, & incurritur peccatum paganitatis, num. 18. & seq.

Mandata Regia cõtemnentes peccant mortaliter nu. 19.

Contemptus crimen est rebellionis, infidelitatis, superbiæ, violationis fidei, nu. 20.

Contumax multa patitur nu. 21. cum seq.

Contumax potest citari per principem sub pœna amissionis bonorum si non comparet, ibid.

Princeps solus non alij iudices inferiores possunt ob contumaciã dirui facere domos, & ex magna causa nu. 22. 23. 34.

Principi plura licent, quæ alijs non licent, ibid. & econuerso nu. 25.

Arbores incidi facere, nec vites non potest iudex præcipere, sed princeps remissiuè ibid.

Contumacibus satis est iudicibus imponere pœnas impositas per leges n. 23. 24.

Contu-

.100

Contumax potest condennari per iudicem ad tertiam partem mobilium, & pœna exigetur absque noua citatione, & quid in ciuilibus, & criminalibus ibid.
Contumax tamdiu potest in carceribus detineri quandiu fuit contumax ibid.
Spoliatus tanto tempore non debet molestari postquam fuit restitutus quanto fuit spoliatus, ibid.
Iustitiam deneganti tanto tempore iustitia denegari debet, quanto denegauit, ibid.
Regi plura non licent, quæ alijs sic, nu.25.
Contumacibus potest dinegari audiētia ad certum tempus, nu.26.
Contumax an & quando non possit fori declinatoriam allegare, nu.27.
Fori declinatoria quo casu allegari non possit, ibid.
Rebellibus potest dissolari domus nu. 28. & seq. esto quod rebellio sit in occidendo offitiales regios nu.30.
Andreas de Ysernia vir iustus, & insons summus feudista illustris, fuit interfectus ob sententiam datam contra quendā Gallum, num.29.
Offitialis caueant exire de nocte, ibid.
Officiales siue consiliarios Regios interficiens dicitur rebellis, nu.30.
Rebellis populus ciuitas siue uniuersitas, potest condennari ad aratrum, & alrò transferri, & seminari sale, nec potest reædificari nu.31. & seq. & quid si esset restitutus ad pristinum nu 33 & dicetur rebellis quādo vellet creare offitiales cum non posset nu.37 fallit nu.38.
Episcopum occidens ciuitas, desinit esse ciuitas, nec vlterius ei datur nu.32.
Castra si sunt inutilia diruantur, n.35.
Ludus ne teneatur in domibus sub pœna desolationis valet bannum, nu.36.
Populus dicitur rebellis quando vellet creare offitiales cum non posset, num.37. & quid si tempore belli hoc fecisset ad defendendam terram in fide regia. n.38.
Miles faciens aliquid contra mandatum Ducis belli punitur, esto quòd prosperè gesserit, in tempore belli, non pacis, num.39.
Muros prope ciuitatis fabricari non potest aliàs diruantur domus nu.40.
Domus diruta de ordine principis non possunt iterum refici, sed perpetuo sic stare, num. 41.
Monasterio si est factum legatum, si diruatur an debeatur saltim summo Pontifici, vel prælatis locorum nu.42.

IN tantum est pri-
uilegiata causa, ne
1 domus † in vrbi-
bus deformentur
(iuxta Auth. de
mand. princip. §.
oportet collat. 3.
eo quia respub etiā
læderetur vt dicit ad propositū Guglel.
de Bened. in quæst. an occidere liceat
peccatores nu. 9. l. senatus cum concor-
dant ib. ff. de empt. & vendit. Fabian. de
Monte de empt. & vendit. q.5. principali
nu.11. argum. pecuniæ, & monetæ, quæ
non potest destrui, vt dixi in cap.10. Re-
gis Iacobi versi. & adeo supra Tom.1. Fi
mia hic, faciendo mentionē de isto tex-
tu, allegat simpliciter Alberic. in 3. part.
statut. quæst.51. vrbs enim non debet de-
formari ruinis l. pen. ff ne quid in loc.
publ. l. cætera ff. de legat.1. §.1. l fin. ff. de
dann. infect l. fin. C. de iur. reipubl. Andr.
de Ysern. in constit. si danna de homi-
cid. & dann. clandestin. lib.1. fol.52. Hinc
Arist. 8. Aethic. ait quod ideo ciuitates
2 † fabricatæ fuerunt, vt homines inuicem
congregarentur, & vicissim auxiliū sibi
mutuo præstarent, quia in effectu multū
fuit necessaria ciuitatum constructio ad
vitam humanam, eo quòd nullus aliter
viuere posset, Aff.f. in procem. constit.
regni sub num.1. & sic de iure communi
erat contrarium, vt post Affl. Andr. &
Alberic. ait hic Ferdin. Boniorn. per l. si is
cum quo ff. cōm. diuid.) vt etiam in casu
quo per aliquem testatorem esset relictū
3 † vel donatum ad ædificandas domos, vel
aliquod aliud decus vrbium concernens
non posset in alium vsum conuerti, vt in
l. penult. & ibi Bald C. de donat. Additio
2. ad Bart. in l. legatum ciuitati ff. de vsu-
4 fr. legat. sicut princeps † reuocat consue-
tudinem quod bona deputata ad vnum
vsum expendantur in alium vsum vt per
Clement. quia contingit §. vt autem præ-
missa de relligios. domib. idem Matt. de
Afflict. in constit. Regni, regiæ maiesta-
tis in principio tit. 65. de pœna negantis
mutuum lib.1. quamuis regulariter sit
contra, quià relicta ad vnum vsum pos-
sint in alium conuerti, vt latè per DD.
in d. l. legatum, & per aliam addition. ad
eundem Bart. ibidem, & tetigi remissi-
uè in cap.67. Regis Alph. limit. 3. infra
Tom. 4.
5 Hic videmus, vt nec trabes † portæ,
tegulæ, nec lignamina domorum possint
expignorari semel ac essent ædibus, &
domibus affixæ, vt dixi in consuet. Pa-

nor.

nor.cap.41.sub num. 4. etiam pro debito fiscali, gabellis, siue vectigalibus, vt ibi posui, aliâs officiales, qui facerent discooperiri domum propter pignora malè facerent, vt est textus, & ibi Bartol. in l. nutu §. columnis ff. de legat. 3. Imol. ibidem in versic. sed ea, & est textus Regni infra cap. 41. & ibi Boniorn. ex Afflict. in constit. institiarij nomen in 7. notab. vbi etiam pro collectis non potest domus discooperiri, nec portæ amoueri, nec obstat text. in l. is cum quo ff. com. diuid. quem text. allegat Bald. in d. l. cætera §. huiusmodi ff. de legat. 1. vbi propter inobedientiam, & contumaciam domus fuit diruta, quia iniustè factum fuit, vt dicût communiter * omnes DD. moderni ibi vel intelligo iuxta ea, quæ subdam inferius in versic. ita legitur, hoc est quando contumacia esset nimis.

6 Et maxime circa massaritias † ipsius domus, quia publicata ipsa domo, ipsæ non publicantur l. 2. §. dotes ff. de fund. instr. vide Oldrad. cons. 121. Bart. in l. fundo ff. de supellect. legat.

7 Immo non solum dirui † non debent, vt per prædicta, sed diruta refici iubeantur l. præses prouinciarum ff. de offit. præsid. l. ad curatoris ff. de damn. infect. l. si vt proponis C. de ædific priuat. cum similib. Isern. loco citato.

8 Rursus dico præsertim procedere quando domus esset communis † v.g. si essent duo habentes domum ipsam communê, quorum vnus haberet partem superiorem, alter vero inferiorem, quia si alter delinquat, non debet tota domus destrui, vt est gloss. in §. sed & continuò in verbo vicinia de pænitent. dist. 1. Iacobin. de S. Georgio in tract. de feudis in verbo Marchio §. dubitatur etiam fol. 19. sub nu. 3. & ita vult sentire Io. Anton. Batins ad Affl. in constit. regni in proœmio fol. 22. in litera E. Paris de Put. in tract. Syndic. in verbo contumacia, & in verbo bannû, & in verbo captura, & sic quoties est

9 communis, potest maximè vxor † impedire deuastationem ex Aret. in tract. malefic. in verbo, & eius bona publicamus col. 7. in fine, & Augustin de Aret. in Additione, incip. tu autem in hac materia vbi etiam de impedimento vxoris, creditoris, & coloni, & per Fælin. in cap. quæ in ecclesiarum col. 12. in principio versic. hanc declarationem extr. de constir. Cepoll. cautell. 151. incip. nota cautelam pro creditore, Corsett. senior in singularib. suis in verbo communitas, Affl. in constit. Iustitiarij nomen in 7. notab. Capic. decis. 130. col. pen. nu. 72. & 73. & ita practica testatur, * & vidisse Surrenti. Batius loco citato, qui subdit quod quando vxor habet alia bona obligata, non potest impedire Iudicem ex Angel. in l. 1. ff. ad syllan. & sic possunt comparere, & obijcere domum esse pignoratâ, ipsiusque impedire destructionem atg. l. res quæ §. res autem ff. de iur. fisci, & vxor ob eius dotes propter destructionê prædictâ ex Angel. in d. l. 1. §. seruus ff. ad syllan. Andr. Barbat. ibi, & Bald. in l. pignus C. de pignor. act. & ex his, quæ subdam inferius in versic. huc etiam confert.

10 Adeo vt voluerit dominus Rex hic † quod non obstante delicto, quantumcûq; immane commisso, ne destruantur prædictæ domus, quod est mirabile, & videtur hoc limitare, quæ dixi in consuet. Panormi cap. 80. sub num. 26. vbi de iure communi loquendo domus rebellium veniunt regulariter destruendæ ex his, quæ ibi dixi, quibus addo Dyn. & Bartol. in l. non amplius §. cum bonorum in fine ff. de legat. 1. & in l. Atteius §. fin. ff. de aqu. pluu. arc. Gugliel. de Benedict. in d. quæst. an occid. lic. peccat. nu. 9. & potest facere princeps, vel Papa, vt propter delictum destruatur terra, & ædificiû Andr. de Ysern. in tit. de capit. Corrad. §. similiter col. 4. Peru. in tractatello de Principe col. 9. in fine, cum similibus inferius nu. 14. & nu. 22. & ob id stante hac determinatione tanto magis posset comparere creditor, & vxor, & obijcere domum esse pignoratam, ipsiusque impedire deuastationem vt tetigi modo, & ponit rationem dominus Rex hic, quia sufficit peccata suos tenere authores, vt plura cumulaui supra in cap. 45. Regis Iacobi nu. 70. cum seq. Tom. 1. & facit text. infra in cap. 53. in 4. notab. nec vltra egrediantur, quia † actus peccati est personalis, vt ait S. Thom. in 1. 2. quæst. 86. art. vlt. & 2. 2. quæst. 108. art. 4. Affl. in constit. regni dohanæ nu. 8. de offit. Secreti, Ioan. cap. 9. ibi, quis peccauit, res enim subdit textus hic, non delinquunt, sed personæ, & propterea ad quid facere tales destructiones domorum.

11

" *Nã vini nullũ crimen est, sed culpa bibêtis,*

12 Tanto magis quia, quandoque ob destructionem vnius domus † superioris, posset generari præiudicium domui inferiori ne damnum detur, & esset necesse de expensis per ea, quæ adducit Io. Andr. in additionib. ad Speculat. in tit. de expens. in princip. Bartol. cons. 428. lib. 2. Additio ad eundem in d. §. cû bonorû in litera B,

K Exten-

Extenditur adhuc, vt nec iudici liceat
13 † præcipere v. g. quia videret delictum
notorium, & graue propter aliquas qualitates ad terrorem destrui facere domum, in qua habitabatur, quia hoc non est sibi licitum secundum gloss. in l. si is cumque ff. com. diuid. gloss. in Auth. de mandat. princip. §. oportet cum similibus adductis per Affl. in constit. regni citationis literæ nu. 6. rubr. 96. de literis citatorijs, & ibi Io. Ant. Batius in Adnotationibus, qui allegat etiam eundem. Affl. Parid. de Put. Arct. Augustin. de Arim. & alios,

Sunt tamẽ aliqui casus, per quos permictitur fieri nedum domorum, verum etiam castrorum dirutio, prout videmus de Principe non alio inferiore, & tetigi supra nu. 10. nisi in casu infra num. seq.
14 † qui potest inuito vassallo castrum in
confinio hostium posito diruere, arg. eorum, quæ dixi supra in cap. Regni Siciliæ Regis Iacobi 40. & 49. versic. quandoque Tom. 1. immo non solum castra, sed suburbia Ciuitatis posset dirui facere tempore belli, ne hostibus sint adiumento, nec ciuitati offensiua, & tunc præsumitur facere princeps de plenitudine potestatis, vt post Gayll. obseruat. 56. n. 18. lib. 2. ait Ludouic. Rodolphin. in suo tractat. de absolut. princip. potest. cap. 3. num. 15.

Ita legitur etiam de iure quod quan-
15 doque propter nimiam contumaciam †
vt tetigi superius in versic. hinc videmus, poterit iudex mandare quod diruatur domus ex his, quæ tetigi in consuet. Panormi cap. 1. nu. 22. addo Iacob. de Gregor. hic, ex Barbat. conf. 11. n. 10. lib. 1. d. l. si is cũ quo ff famil. hercisc. sed quomodo procedat dixi in d. consuetud. & sentijt expressè glossator de Bottis ad constit. Regni in tit. de legib. & consuet. lib. 1. fol. 2. col. 3. dicẽs quod propter contemptum, & contumaciam potest deueniri ad deuastationẽ ædium d. l. si is cum quo ff. com. diuid. Bald in cap. 1. §. recepta de pac. iuram. firmat. cap. fælicis §. fiant de pœnis, & tetigi supra in cap. 48. eiusdem Regis Iacobi in fine d. Tom. 1. vbi loquor de pæna contemnentis mandata Regia, Luc. de Penn. in l. vniuersos C. de veter. numism potestat. lib. 11. vbi
16 qui ex auaritiæ cecitate † contempserit
mãdata regia punitur pęna capitis, alias pæna deportationis l. fin. C. de fund. limitroph. lib. 10. & per eundem Luc. de Pẽna in l. 1. C. de thesaur. lib. eod. & in l. 1. C. vt dignit. ord. seruet. & in l. 1. in fine C. de priuil. corũ qui sacr. palat. milit. Thom. de Minard. decis. 37 nu. 2. Menocch. casu 365. intelligendo, idest post comminationem edicto factam per ea, quæ ait ipse Luc. de Penna, addo latissimè adducta per Matth. de Affl. in proœm. constit. Regni fol. 21. num. 39. cum plurib. sequ. vbi concludit quod regulariter posset imponi pæna mortis, iustum sit quippe, quod persistentibus in contumacia, oportet nos esse sæueros, immo vt iura insurgãt in eos, qui ius, iudicem, & partem eludunt, maximè quando contemptus mandati regij tenderet in executionem eius quod mandatur, vt in hoc proposito de dirutione domus legitur, Esdræ cap. 6. lib. 1. ibi, vt omnis homo &c. in qua re verteretur grande periculum, v. g. quia Rex mandaret muniri castrum propter metum hostium, nam tunc nedum contemnens; sed eam negligens deberet puniri pœna capitis, secus si non verteretur grande periculum, sed super leuibus Rex rescriberet, tunc erit pœna extraordinaria. quæ potest excedere pænam relegationis ex Luc. de Penn in d. l. 1. C. vt dignit. ord. seruet. lib. 12. cum infinitis iuribus apportatis per Afflict. num. 40. 41.
¶ Sicut a simili in proposito, est quod cõ-
17 temnẽs præcepta † Sedis Apostolicæ,
non solum sit excommunicandus, sed eijciendus, exulquè faciendus à sacro ministerio, non autem quod ex hoc sit hæreticus, nã tũc diceretur, quãdo affirmaret Ecclesiam Romanam non posse condere canones, alias si mandata transgreditur, non est hæreticus, declarat omnia ipse Affl. d. num. 40. non nego tamen hoc
18 esse periculosum ¶ Sicut etiam subdit †
quando clerici contemnunt præceptum Apostolicum, & diuinum officium, sunt priuandi eorum beneficijs propter ino-
21 bedientiam no 41. ex gloss. in cap. dolentes extr. de celebrat. missar. & in cap. illud de maior. & obedient. subdens num. 42. quod etiam incurritur peccatum paganitatis quisquis Sedi Apostolicæ obedire contemnit per cap. si qui sunt dist. 81. cum concordant per eum, & istud sentit Chassan. in Catalog. gloriæ mundi d. par. 5. consid. 24. vers. 173. fol. 117. col. 2. vbi ait quod veniens cõtra præceptum Prin-
19 cipis † peccat mortaliter ex DD. in cap.
cum contingat de iure iur. idem Chassan. super consuet. Burgund. tit. des droictz, Corsett. in tract. de potestat. Regia quæst. 33. cap. 1. de maior. & obed. cum similib. per Chassan. citatis; addens in summa ip-
20 se Afflict. hoc crimen contemptus † esse
rebel-

rebellionem , infidelitatem erga domi-
nos , grauissimum crimen , superbiam ,
violationem fidei, & aliqua etiam tango
infra in cap.393. Regis Alph.versic.vlti-
mum in ordine tom 5.&infra eod.nostro
tomo 2 in cap. 116. versic.in primis, in-
quibus locis tango quod statim debent
exequi mandata, & seruari. Et potest es-
se (vt sequar quæ supradixi) etiam vna
de alijs passionibus, quas patitur contu-
21 max,quarum octo dixi in Ritu cap. 97.
versic.patitur a nu.36.vsq; ad nu.43. ex-
clusiuè, & posui nonnullas supra in cap.
16.Regis Iacobi sub vers sic aliàs d.tom.
1.addo aliam,& est quod potest Princeps
citare sub pæna omnium bonorum amis-
sionis infligenda contumaci, si non com-
paret in iudicio, vt ait Andr. de Ysernia
in cap.1.in verbo bona dannatorum,quę
sint regal.per l certa forma C.de iur. fi-
sci, & per l. si ad magistratum, C. de de-
curion. lib. 10. ¶ Beneuerum quod hoc
solum habet locum † in principe,non au-
tem in alio iudice inferiori vt subdit ipse
& eum refert ; & sequitur idem Matth.
de Affl.in d,procem.fol.21.nu. 44. & 49.
& tetigi superius num.10. sicuti nec in-
cidere arbores nec vites potest Iudex in-
ferior hoc ordinare, vt dico infra in cap.
51.Regis Martini versic.arborum, Tom.
3. immo ex magna causa, nam nec prin-
ceps indifferenter debet dictam pænam
imponere,sed in enormi,& cõsumato de-
licto , quia propter terribiles casus licet
leges transgredi ex Innoc. in cap. 1. de
constit.&ibi Fælin. fallent.7.Bald.in cap.
1.§.iniuria de pac.iuram. firmat. & in l.
fin.de ter.diuis.l.vnica C.ne sin.iuss.prin-
cip.vbi Azo quod plura licent Regi, quæ
non alijs licent, idem Affl.loco citato,ex
23 quo † Iudices inferiores debent esse con
tenti imponere pænas cõtra contumaces
impositas per leges,vt ibi per eũ n.45.ex
Andr.de Ysern.per constit.regni pænam,
v.g. quando ob contumaciam ipse iudex
inferior condemnasset ad tertiam partẽ
bonorum mobilium , quod potest facere
per ea, quæ habentur in constit.regni pæ
nam, ibi Affl. & Ysern. rub. 97. de pæn.
contumac.vbi subdit Affl.nu 6.quod ista
pæna exigetur absque noua citatione, &
mictuntur executores , & ita hodie ser-
uamus; est verum quod ibidem loquitur
constitutio in ciuilibus ; pro quibus non
solet fieri annotatio bonorum circa di-
ctam contumaciam , prout in criminali-
bus, sed solet procedi ad compositionem
habito respectu ad qualitates causarum,
ita ipse Affl.n.12.(de quo tango infra in
d. cap.51. Regis Martini in 8.obseruãtia
24 Tom.3.& sic contumax † in ciuilibus pos
set etiam puniri, quod iddem sentijt idẽ
Affl.in constit.si quis post litem nu.25.d.
rubr,97.vbi quod poteri ordinari per iu
dicem quod contumax capiatur, & tan-
diu stet in carceribus , quandiu fuit con-
tumax,argum.illius quod dixi de spolia-
to restituto , qui tanto tempore stabit in
possessione, ne molestetur,postquàm fuit
restitutus , quanto tempore permansit
spoliatus , vt habes in capit. Ritus 135.
nu.74.Tom.4. vbi adduxi dictum de An-
tichristo, qui tanto tempore prædicabit,
quanto prædicauit Christus secundum
gloss.& Bald. in l. vsuræ C. de vsur. Affl.
in d.constit. si quis post litem nu. 25. vbi
à simili quanto tempore quis non facit
iustitiam, tanto tempore eidem denega-
bitur iustitia, vt tetigi supra in cap.7. in
tit. de iustitia sub versic. adeo vero . Et
prædictis addo Chassan. d.part. 5. consi-
der.24. qui tamen , ni fallor non posuit
dictum casum de licentia, & permissione
25 principis ; sicut èconuerso plura licent †
alijs, quæ non licent Regi secundũ gloss.
& Bald.in l. pen. ff.de hæredib. instit.qui
ait illam gloss.esse scribendam literis au-
reis, Affl. vbi supra ¶ Adiungo alium ca-
sum , & dico quod sic propter contuma-
26 ciam † potest iudex denegare audientiã
partibus, non quidem in perpetuum,sed
ad certum tempus(& est limitatio ad ea,
quæ dixi de iustitia supra in d.cap.7.ver-
sic.aduerto 2.)ita idẽ Affl.in d. procemio
fol.21.n.47. per gloss.in l.sed &si per præ-
torẽ §.sed & si cũ decreto ff.ex quib.caus.
maior.Bald.in l.consentaneũ colum.5.C.
quom.& quand.iud.& in cap.fin.de mut.
petitionib.Alex.in d.§.hoc iudiciũ,&cõs.
3.col.2.vol.2.¶ Item ex dicta cõtumacia
27 etiam purgata , oritur aliud † nam non
potest allegari amplius declinatoria fo-
ri, & hoc quando erat talis persona,quæ
potuisset suo priuilegio renuntiare,aliàs
non,ita post Io.de Imol.& Ang in l.eum
qui ff. de priuileg. credit. ait Afflict. in
constit.pœnam num. 11.rubr.95.de pæn.
contumac.eod.lib.1.per gloss.in l.si finita
§.item videamus ff.de dann. infect. cum
cum concordantib. licet Bart. per eum
relatus alibi, tenuerit contrarium.
28 Huc etiam confert quod videmus de
rebellibus , & discurrentibus Regnum †
quia in eorum odium proceditur quan-
doque ad dissolandum eorum domos
sic fuit factum * ann.1545.cõtro Maximi-
lianum Agnello, nam fuit de ordine Pre-
sidẽtis ordinatum quod diruatur domus

Ennæ, in quo fuit interfectus Vicecapi-
taneus in horto coniuncto domui, Bon-
iorn. hic eo existente F. Patrono, vt ex
Andr. de Ysern. in cap. 1. §. receptatoribus
col. 2. de pac. iur. firmat. refert Anton. de
Ballis eruditus Siculus in suo tract. de in-
dic. & tortur. cap. 9 nu. 9. & seq. lib 3. vbi
subdit quid quando comparerent credi-
tores, & vxor, & quid quando domus es-
set communis, vt tetigi etiam superius in
versic. rursus, & per ea, quæ ad proposi-
tum scripsit Luc de Pen. in l. 4. C. de iur.
fisci lib. 10. in princ. vbi meminit de ali-
quibus regionibus, & Ciuitatibus à Ro-
manis destructis, & deletis, vt fuit Car-
thago, & Nummancia, & aliæ, de quib.
ibi per eum, & ita refert Matth. de Affl.
in d. procem. constit. regni fol. 21. sub nu.
49. & seq. & constit. diuæ memoriæ col. 4.
nu. 3. & in constit. inconsutilē col. 23. nu.
48. vidisse in registris quod Serenissima
Regina Ioanna I. mandauit dirui domos
illorum Theothonicorum, qui interfece-
29 runt † Andr. de Ysern. (de quo casu memi-
nit etiā Cumia super Ritu fol. 328) virū
insontem, & iustum, qui fuit Sūmus Feu-
dista secundum Iason. in l. Gallus §. etiā
si parente col. 6. ff. de liber. & posthum. &
in l. si is, qui pro emptore col. 1. ff. de vsu-
cap. Catell. Cotta in eius memorabil. in
tit. de iuris peritis, de quo Ysernia legi-
tur quod feuda illustrauit, ob quod Do-
ctor illustris appellatur secundum Affli.
in const. Regni dilationes col. 5. eique de-
betur reuerentia subdit ipse, & Additio
ad eum in d. procem. fol. 23. col. 1. & da-
bat premium mille ducatorum d. Regi-
na Ioanna illis, qui eos viuos, vel mor-
tuos ducerent ad Regiam Curiam, quod
factum fuit Ann. 1353. 15. Octobr. 12.
Indic. (& si varius sit in omnibus tempo-
ribus, idem Afflict. in d. constit. in consu-
tilem vbi ait fuisse in ann. 1338. 18. Ia-
nuarij 11. indic.) & occisio fuit, quia
ipse Andr. de Ysern. protulit sententiam
contra quendam Gallicum Baronem,
propter quod Baro ille iracūdia plenus
ipsum Andr. de Ysern. de sero exeuntem
à castro nouo per certam portam Ciui-
tatis Neapolis, vocatam Petruciam, cū
suis familiaribus occidit, Paris. de Put.
in d. tract. syndic. tit. de excessib. consi-
liar. col. 2. in fine, vbi admonet offitiales,
vt caueant, ne exeant, nec ambulent de
nocte, Cigalud. in tract. de factis princip.
fol. 114. Additio ad eundem Affl. in d.
procem. fol. 23. in litera F. col. 1. Quod
30 edictum procedit † in quolibet interfe-
ctore Consiliarij Regij, siue consiliarius
interficeretur ex odio particulari, siue
vt Rex careret illo Consiliario, vt subdit
ibidem Additio ex eod. Affl. in constitut.
vt parcipatio col. 2 nu. 6 & in constit. Hu
manitate col 9. nu. 34. & sic in isto crimi-
ne rebellionis possunt domus destrui
Boniorn. & Fim. a hic, ex Capic. decis.
130 nu. 22 & ita legimus in illo de Scor-
cialupo * nam eius domus fuit desolata
Ann. 1518. ¶ Quodque dictum est de
rebellibus particularibus, intelligo, &
31 procedit in tota vniuersitate † & popu-
lo, qui v. g. esset rebellis, quia potest pu-
niri, & castigari eadem castigatione (ar-
gum. eorum, quæ dicam de conuenticu-
lis infra eod. in cap. 114. post princip.)
vt per Andr. de Ysern. in cap. 1. in fine de
capit. qui cur. vendid. vbi quòd quando,
vnus populus est rebellis Principi suo, ef-
ficiantur serui à seruando dicti §. 1. in-
stit. de iur. nat. bonaq; eorum confiscan-
tur, & condemnatur Ciuitas ad aratrū,
ecce desolationem, l. si vsusfructus ff. quib.
mod. vsusfr. amict. & transfertur in alium
locum d. l. certa forma C. de iur. fisci, vbi
Alber. de Rosat. refert quod aliàs Ciuitas
Mediolani tempore Federici Barbaros-
sæ dicitur quod fuit seminata sale in si-
gnum sterilitatis, & quod perpetuo non
deberet reædificari, vt subdam in versic.
in tantū, & Angel. cons. 160. refert quod
Imperator Henricus protulit * sentētiam
contra Ciuitates Tusciæ, vt rebelles,
easque damnauit ad aratrum, Bartol. in
l. hæreditatum ff. ad l. falcid. faciunt dicta
per eundem Bart. & ibi Alex. in l. si quis
adulterium §. 1. ff. de adulter. Abb. in
cap. inter cætera de maiorit. & obedient.
& quæ ait idem Matth. de Affl. in constit.
regni dubitationem num. 13. 14. 15. tit.
101. de contumac. vniuersitatis eod. lib.
32 2. vbi à simili refert de Ciuitate † quæ
occidit duos Episcopos, nam desinit esse
ciuitas, nec debet vlterius ei dari Epis-
copus per text. in cap. ita nos, 25. q. 2.
Alberic. de Rosat. in rubr. C. de episc.
& clericis, Cardinal. in clement. 1. §. ciui-
tas extr. de pœnis. ¶ Beneuerum quod
subdit Luc. de Penn. in d. l. 4. C. de iur. fisc.
33 quod restitutis † & ad pristinū reductis
dictis edificijs, vt de Colonia, Sora, & Bi-
sento, erant obligati habitatores iterum
redire, locaque restituta rehabitare, &
ad nouiter instituta se transferre, quibus
habitatoribus tantum dabatur mensura
de terra, quantam reliquerant in loco,
vnde transferebantur, vel certa iugera
dabantur militibus, pauciora peditibus,
quæ sunt in argumentū eorū, quæ scripsi
supra

supra in cap. 38. Regis Iacobi Tom. 1. vbi loquor de his, qui tenentur redire ad nouas communantias, dato nihilominus termino prædictis habitatoribus, qui transferebantur, in quo possent vendere bona, quæ dimittebant in loco illo, à quo transferebantur causa habitationis supradictæ, argum. etiam termini ad colligendum sarcinulas, de quo habes infra in cap. 16. Regis Martini Tom. 3. vbi suppleo: vnde vt concludam dico quod licet hæc constitutio loquatur, ne possint in quouis crimine dirui ædificia, subauditur per magistros Iustitiarios, Iudices, &
34 alios officiales † secus de ordine Proregis, Regis, Præsidentis, &c. ita Boniorn. hic qui refert sic fuisse obseruatũ * contra illum de Agnello cum suo Benestat, non tamen cum eius consilio.

Sic est simile in materia dirutionis etiam castrorum, quæ si sunt inutilia, &
35 faciliter possent dirui † diruantur, vt delinquendi tollatur occasio, furta, & rapinas committendi, ita est text. infra in cap. 5. Regis Martini §. item si quæ sunt castra inutilia, & propè principium dicti capituli, ibi, castrum bonifati diruatur, & ibi tango remissiuè in versic. quan tum attinet Tom. 3.

36 Sic iddem † potest disponi per banna, vt nullus teneat ludum in domo sub pœna desolationis, dico infra in cap. 77. extensione 2.

In simili habes in constit. Regni, cum satis, tit. 50. qua pœna vniuersitates teneantur lib. 1. vbi nedum domorum vi-
37 detur dirutio, sed etiam, & desolationes terrarum, † ciuitatum, & locorum, quorum populi, vel vniuersitates auderent creare ibidem potestates, & magistratus, qui cum sint de regalijs (vt videbimus latè infra in cap. 456. Regis Alph. in versic. & quia §. 7. Tom. 5.) nullo modo possunt per eos creari, Capic. d. decis. 130. nu. 21. & seq. nu. 27. 32. rationem ponit Andr. de Ysern. in d. constit. quare patiuntur desolationem, cum pro vsurpata iurisdictione, pœna sit publicatio bonorum, vt videbimus infra in cap. 82. nam vt ait ibidem Ysernia, vsurpant ciuilia, & criminalia, & sic plus, ex quo qui totum volt, totum perdit, & pauca semper astringere dicitur, qui superfluũ amplexatur, & est hoc commune prouerbium in regno, & illud, arma tenenti omnia dat, qui iusta negat, & ad dictum prouerbium concordat l. sancimus C. de inoffic. testam. l. non intelligitur ff. de iur. fisci in fine, l. vnic. C. de plus petition.

38 Nisi loquamur, de illo populo † aut vniuersitate, quæ v. g. fecisset rectorem, vel capitaneum tempore bellorum ad defendendum terram in fide regia, nam tunc mitigatur pœna, vt aiunt idem Ysern. & Afflict. & gloss. vbi concludunt vnanimiter quod si tempore turbationis, & guerræ aliqua vniuersitas fecit quempiam rectorem, potestatem, consulem, seu Capitaneum ad honorem domini Regis, & ad defendendum terram, pro eo non posset puniri ordinans, & ordinatus iuxta terminos supradictæ constitutionis, non obstante quod loquatur indistinctè si gestum fuerit ad honorem, seu commodum domini l. lex 12. tabularum ff. ad l. iul. maiestat. & quamuis dicatur in l. deser-
39 torem §. in bello ff. de re milit. quod si † quid egerit miles contra mandatum Ducis belli, punitur etiam si rem prosperè gesserit, quia cũ toto hoc excusant in d. tẽpore belli, quãuis tempore pacis, non.

Idem videmus in domibus propè mu-
40 ros Ciuitatũ fabricatis † quæ dirui possunt, vt ait Affl. in d. constit. regni, Iustitiarij nomen in d. 7. notab. & in constit. citationis literæ in 3. notab. versic. Sed iuxta hoc quæro, de quib per Io. Ant. Batium vbi supra in d. proœmio fol. 23. & per ea, quæ demõstro infra in cap. 116. versic. quartum, vbi cito Pragmatic. regni in tit. de non ædificand. prope muros, remissiuè ad consuet. Pan. cap. 65. & miror, quomodo malè hodie seruetur.

41 Intantum † vt quoties sic inbsum esset destrui, & dirui loca, muros, post destructionem non possint refici, sed perpetuo stent destructa, vt tetigi superius sub versic. hinc etiã Bart. in l. seruus C. de pœnis, Felin. & alij relati per Petr. Caball. in suis resolutionibus criminalibus casu 143. nu. 3. & seq. sicuti dico quod priuatus ab offitio intelligitur perpetuo priuatus vt nõ possit ad nulla offitia concurrere in æternum vide Foller. in pract. crim. cap. 33. nu. 77. & 84. Fælin. in cap. ex literis de constit. Caball. in eius pulchris resolutionibus criminalibus casu 143. num. 4. & 5.

42 Pone tamen quòd v. g. sit factum legatum † alicui monasterio, si tale monasterium diruatur, legatum debetur S. Pontifici, vt ait Bald. in l. hæreditas ex die ff. de hæredib. instit. Fælin. in cap. cum dilecta col. vltima extr. de rescript. Cott. in verbo, absenti, vel Prælatis locorum.

V. I. D. Marius Muta.

De

De pœnis officialium statuta, & Capitula Regni non seruantium. Cap. XXVI.

POstquam de ijs, quæ ad confirmationem, & bonum regimen gentis nostræ compensando, Straticoti, Iustitiariorum, Iudicum, notariorum actorum, & cameræ, aliorumque officialium motus illicitos, & mentis effectus Deo auctore compleuimus, quia exigit perfidorum audacia, vt non simus sola delictorum prohibitione contenti, sed pœnam debitam imponamus, præsenti constitutione in posterum valitura præcipimus, vt dicti offitiales nostri prædicta omnia, aliasque leges, constitutiones, & consuetudines per nos, vt prædicitur confirmatas, debeant inuiolabiliter obseruare, nullis legibus, constitutionibus editis ijs aduersantibus valituris, & qui contrauenerint, iram indignationis nostræ incurrãt, & quoad dignitates, & honores, infamia perpetua sint notati, & in cæteris eis status integer reseruetur, & dupplum eis à quibus exactum fuerit sine aliqua intermissione exsoluant.

SVMMARIVM.

Capitula Regni intantum obseruari debent, vt iurent Reges de illis obseruandis, aliàs sunt periuri nu. 1. 7. & coram quibus præstetur tale iuramentum, n. 9.
Capitula Regni etiam per successores Regum obseruari debent, ibid. cum seq.
Regis successor debet factum prædecessoris obseruare nu. 2. 3. nisi esset iniustum, vel nullum nu. 5.
Regis successor statim ac succedit in regnō, & non reuocat legem prædecessoris, etiã mortui, censetur approbare, nu. 3. 4.
Capitula Regni dicuntur gratiæ, & priuilegia, & valent perpetuo, nu. 4.
Capituli Regni etiam per iudices, offitiales, & sindicatores obseruari debent, n. 6. & 10.
Reges iurant de obseruandis capitulis Regni, obseruãtijs, & consuetudinibus terrarum, nu 7 ratio nu. 8.
Viceregeses iurant obseruare capitula Regni, obseruantias, & consuetudines, ibid. & per quos præstetur ipsum iuramentum nu. 9.
Capitulis Regni non potest dispensari, ibid.
Capitula Regni dicuntur contractus facti cum Rege pro pretio, & donatiuo, nu. 8.
Capitula Regni debent confirmari, & executioni mandari, nec impediri per quemuis offitialem, nu 10.
Capitula Regni debent stare in viridi obseruantia, & num. 25. esto quod millies esset iudicatum in contrarium nu. 12. & quid si nõ essent vsu recepta n. 13. cũ seq.
Capitula Regni si quis dicat non esse in vsu tenetur probare, nu. 13. 14. cum seq.
Statuta dicens non esse inobseruantia tenetur probare, et quomodo, ibid. & quod tempus requiratur, & an superior scire debeat nu. 15.
Papales Bulle si non sunt in vsu, an incurratur peccatum eas non obseruãdo, ibid.
Priuilegia abrogata, & vsu non recepta seruari non debent, ibid.
Statuta non possunt tolli sine superioris consensu etiam per non vsum mille annorũ nu. 15. 16 17. 18.
Statuta semel ac sunt inesse deducta non præsumuntur abrogata, non obstante consuetudine nu. 16.
Consuetudo vel vsus in illicitis dicitur abusus, ibid.
Consuetudo, vsus, vel stilus in contrarium non attenditur, & non debet attendi id, quod fit, sed quod fieri debet num. 17. & quid stante obseruantia nu. 20. & consuetudine interpetratiua, nu. 24 & quid quando per statuta esset sublata nu. 26.

Statuta

Statuta, & consuetudines non tolluntur per duos vel plures actus contrarios nu. 18. 19. & quid stante obseruantia, nu 20.21.

Stilus vt probetur, est necesse vt demonstretur fuisse bis, vel semel decisum nec fuerit admissa contradictio ibid.

Obseruantia semper attendenda est nec censetur à statutis reiecta, & hoc in ambiguis nu. 20. secus in claris nu 21.

Statuta ad vnguem sunt seruanda nec à verbis eorum recedendum, sed tantum disponunt quantum loquuntur. nu. 21.

Capitula Regni dicuntur leges Regni nec potest contra eas iudicari, nu. 22.

Capitulorum Regni si caderet dubitatio super intellectu, semper debet interpetrari in eorum fauorem nu. 23.

Consuetudo interpetratiua, & non aduersatiua est licita allegari contra statuta, num. 24.

Capitulis Regni non potest derogari, nec per abusum tolli. nu. 25.

Consuetudo. & obseruantia contra statuta non attenditur quando per ea esset sublata, nu. 26.

HAbes supra in procemio Capitulorũ
Regis Iacobi nu.
35.& 36. Tom. 1.
1 vbi quod † iurant
Reges de his regni capitulis obseruandis, & infra
cap. 35. concordat cap. 31. Regis Martini, ibi, & hæc omnia regali iuramento,
Tom. 3. adeout non seruando efficerentur periuri dixi in d. num. 36. 40. adde
Marc. Ant. de Amatis decis. 56. nu. 9. etiã
per successores in ipso regno, vt in d. nu.
46. posui & per Matth. de Affl. in constit.
regni, officiorum num. 2. tit. 58. de offic.
2 magistri Camer. lib. 1. vbi notat † quod
successor in regno factum prædecessoris
debet adimplere, & sequi cap. literas. de
rescript. vbi gloss. alia gloss. in cap. 1. &
ibi idem Affl. qui success. teneant. in vsib.
feudor. Alberic. de Rosat. in l. digna vox
C. de legib. Bald. in l. 1. C. ne de stat. defunct. vbi quod cuius auctor approbatur,
eius successor firmiter confirmatur. Dominic de S. Geminian. in cap. 1. de constit. lib 6 qui dicit quod statim ac succes-
3 sor † succedit, & non reuocat legem prædecessoris, videtur illam approbare, cap.
ecclesia de electionib. & per ea, quæ notat Iason. in l. si procurator ff. de noui
oper. nunciat. immo nec egent confirmatione successoris in regno, ratione quia
4 ista regni capitula dicuntur † gratiæ, &
priuilegia, & consequenter in dubio valent perpetuo (per ea, quæ dico infra in
capit. 393. Regis Alph. declaration. 4.
Tom. 5. vbi tracto de gratijs, & priuilegijs) per cap. decet de priuileg. num. 6.
Abb. Innoc. Rot. Bart. Cyn. & alij relati
per Surd. cons. 514. nu. 15. 16. lib. 4. etiam
si antecessor Rex mortuus fuerit, quia
gratiam concessam tenetur successor obseruare, literasque de ea expediri facere, dixi in d. cap. 393. tunc approbare,
5 nec confirmare † teneretur successor,
quando factum prædecessoris esset iniustum, vel nullum v. g quia imponeret legem successori, ex quo eo casu tamquam
par in dignitate, non habet imperium in
parem, vt suppleo infra eod. capit. 86. cũ
ibi concordantibus, & in capit. 136. Regis Caroli limit. 4. Tom. 8. & argum. eorum, quæ dico infra in cap. 1. Regis Martini Tom. 3 post princip. immo & per ip-
6 sos iudices † omnes offitiales, & syndicatores obseruari debent cap. 432. Regis
Alphon. Tom. 5. qui in tantum hæc capitula Regni obseruare tenentur, vt aliter
judicantes teneantur in syndicatu vide
infra in cap. 7. eiusdem Regis Martini
extensione 8. Tom. 3. & pulchrius, clarius, & melius quàm alibi adduco plures textus regni infra in cap. 407. 433.
448. eiusdem Regis Alphon d. Tom. 5.
cum cõclusione priuilegij ibidem in fine,
7 vbi Rex ipse per se † eiusque hæredes, &
successores in perpetuum iurant ad vnguem sollemniter de obseruando, & obseruari faciendo omnia regni capitula,
obseruantias, & consuetudines ciuitatũ,
terrarum, & locorum ipsius, nec contrauenire directè, neq; indirectè, & omnis
Prorex tam præsens, quam qui pro tempore fuerit in introitu sui offitij tenetur
iurare de his obseruandis, & si aliquod
rescriptum, seu prouisio veniret in contrarium dictorum capitulorum directè,
vel indirectè, non debeat ipse Prorex ea
obseruare, nec exequi, sed censeantur
ipso facto subreptitiæ, etiam si continerent clausulam, de potestate absoluta,
abdicando à se dicta sua Maiestas omnem potestatem dispensandi contra hæc
capitula, & ordinationes, sed consulteт
ipse Prorex cum sua Catholica Maiestate (ex latè adductis in materia consultationis infra in cap. 540. Regis Alphonsi
8 versic. & datur d. Tom. 5.) ex quo sunt †
contractus facti cum ipso Rege, & Regno
pro pretio, & donatiuo, vt ibidem, sicuti

nec

nec quoduis aliud priuilegium concessũ
pecunia mediante posset Princeps reuo-
care, vt dico infra in cap. 10. Regis Mar-
tini, versic. si igitur, ibi, octauo, Tom. 3.
(& prout de hac dispensatione latius di-
co infra in cap. 418. eiusdem Regis Al-
phonsi post princip. d. Tom. 5.) & subdi-
tur plus in d. cap. 407. quod Prothono-
9 tarius † in præsentia offitialium eius lo-
ci, in quo reperietur Prorex, & in dicti
Pruthonotarij absentia, iurari locorum
curam habeant præstandi iuramentum
Proregibus, qui pro tempore erunt in
introitu eorum officiorum de his regni
capitulis obseruãdis, prout realiter Rex
ipse Serenissimus Alphonsus in d. conclu
sione priuilegij, in pede dicti cap. 407. iu-
rauit Ambasiatotibus ac toto Regno,
tribus brachijs, omnibusque, ac singulis
regni incolis, cum eius subsctiptione in
pede, ac testibus in largissima, & amplis-
sima forma, declarando ipse Rex irritũ,
& inane, nulliusque efficaciæ, nec valoris
quicquid in contrarium fuerit attenta-
tum, & d. cap. 432. cum similib. vt supra
citatis. Mentionem etiam feci supta in
conclusione ad capitula Regis Iacobi d.
Tom. 1. in fine omnium capitulorum: sic
disponitur infra in d. cap. 31. Regis Marti
ni Tom. 3. vbi petitur quod capitula Re-
10 gni † confirmentur (prout ibidem sup-
pleo circa confirmationem quomodo in-
telligatur) & executioni mandentur, nec
impediantur per quemuis offitialem, &
contraueniens puniatur, absque tamen
resistentia, vt rex præcipit in sua decre-
tata, quia petitio erat quod contra im-
pedientem, & non exequentem poterat
de resistentia obijci, vt demonstraui su-
pra in cap. 7. versic. iddem est: sic etiam
in d. Tom. 3. in cap. 37. & in capit. 51. vbi
tango in 11. obseruantia remissiuè, in
quibus præcipitur per eundem Regem
11 Martinum quod offitiales † iustitiam mi
nistrantes obseruent constitutiones edi-
tas per Imperatorem Federicum, per Re-
gem Iacobum, & per Regem Federicum
eius prædecessores: sic infra in cap. 31.
quod est vltimum Regis Catholici Phi-
lippi II. Tom. 9. Et quidem non ab re hic
12 præcipitur † quod stent in viridi obser-
uantia, quia si sic non essent, & consequen
ter si non obseruarẽtur, sequeretur quod
non essent vsu recepta ista capitula Re-
gni, quod minimè est dicendum, quia
disponitur infra in cap. 405. Regis Al-
phonsi d. Tom. 5. quod semper sint in vi-
ridi obseruantia, etiam si pluries, &
millies esset in contrarium iudicatum in
actu contrario, & cap. 435. & 445. immo
13. qui vult dicere statuta † & capitula præ-
dicta, & infrascripra non esse vsu recepta
(potest enim esse quandoque de iure,
quod statuta non sint in vsu recepta, nec
seruata, sed abrogata per ea, quæ post
Innoc. Bald. Angel. Bart. & Rebuff. ait
Grammat. cons. 5. nu. 8. latè sentit Surd.
cons. 58. num. 9. vbi inferr ad Bullas S.
Pontif. quæ si non sint in vsu, non incur-
ritur peccatum quando non obseruaren-
tur ex Ant. de Butr. Abb. Alex. Bart.
Bald. Iason. Gozadin. Paris. Aret. Marsil.
Soccin. Beroo, & alijs, & ad priuilegia
etiam inferunt Bellon. Natt. Cephal. Ri-
pa, & Alba, Rolland. & alij, non obstante
quod essent iurata, quia iuramentum nõ
extenditur ad statuta iam abolita, idem
14 Surd. nu. 14. 15. 16. 17.) teneretur † pro-
bare, vt ait Surd. cons. 460. nu. 79. & seq.
vol. 4. ex Dec. consil. 534. nu. 9. Rolland.
cons. 99. nu. 39. vol 2. Becc. cons 92. nu. 1.
Natt. cons. 575. nu. 33. subdens ipse Surd.
nu. 80 quod nec sufficiet probare quod
regnicolæ non sint vsi lege, ad hoc vt di-
catur non recepta moribus vtentium,
sed necesse esset, quod fecissent actus con
trarios ex Fælin. in cap. 1. in 4. declarat.
de treg. & pac. Natt. d. cons. 575. nu. 34.
& latius cons. 56. in fine, Beroo cons. 137.
nu. 35. vol. 3. Caualcan. de tutor. & cura-
tor. nu. 42. Beniutend. decis. 13. nu. 9. Go-
15 zadin. cons. 23. nu. 9. tanto magis † quia
circa non obseruantiam requiritur cur-
sus decem annorum, nempe quod regni-
colæ seruauerint contrarium, & quod
superior id sciuerit, & vsus fuerit Abb.
in cap. fin. de consuet. ex quo sine supe-
rioris consensu tolli non potest, & vbi su-
perior ignorat, cessat facultas tollendi,
Surd. nu. 81. ex Butr. in cap. quia circa de
consangu. & affin. Cardinal. Imol. Abb.
& alijs canonistis in d. cap. 1. de tregu. &
pac. Aret. cons. 11. col. 3. nu 5. Paris cons.
105. nu. 7. vol. 4. Cephal. cons. 129. nu. 10.
aliter nec per mille annorum nõ vsum
tollerentur, vt ait Butr. in cap cum tanto
de consuet. Rocch. de Curt. in tract. de
consuet section. 4. num. 75. idem Surd. d.
cons. 58. num. 10. 11. 12. quicquid dicat
Dec. cons. 446. sub nu. 6. vbi tenet suffice-
re tempus cuius initij non extat memo-
ria, uã hoc modo dicit ipse valet absque
scientia superioris, postquam enim de-
ducta semel sunt in esse statuta, non præ-
16 sumuntur † abrogata, nisi probentur, sed
semper durant, ac vigere præsumantur,
sicut est de natura legis, vt post Menoch.
Soccin. & Bartol. ait Alderanus, Mascar-

**dus conclus. 11. nu. 35. maximè circa exa
ctiones, & perceptiones** aliquorum iu-
rium, quæ fiunt per nõnullos offitiales
contra pandectas, & capitulationes ta-
xatas, quia non prodest allegare vsum
contrarium, nec consuetudinem antiquã
nam sunt abusus, vt tango infra in cap.
205. Regis Alphonsi Tom. 5. & in cap. 92.
Regis Ioannis §. itẽ lignũ, Tom. 6. Corn.
cõs. 18. lib. 2. vbi quod cõsuetudo, vel vsus
in illicitis dicitur abusus, Bertacch. in
verbo, consuetudo, & istud est, quod di-
citur infra in cap. 1. Regis Petri hoc
Tom. 2. prope principium, ibi, propter
desuetudinem longissimi temporis, vbi
dicitur, quod sæpè contingit, vt antiqua-
rum constitutionum auctoritas propter
desuetudinem longissimi temporis vi-
deatur neglecta, & ibi tetigi in 1. notab.
17 Et dico plus, in hoc particulari quod †
non sufficit dicere quod in aliquo nego-
tio seruatur contrarium, quia respondeo
cum Affl. in constit. Regni, in locis nu.
26. tit. 77. de iudicibus annalib. lib. 1.
quod non debet attendi id, quod fit, sed
quod fieri debet per notata in cap. cum
18 causam extr. de elect. immo statuta † nec
cõsuetudines nõ tolluntur per vnũ duos,
tres, vel plures actus cõtrarios, prout post
Festas. Cagn. Cassan. D. c. & plures ait
Surdus cons. 282. col pen. lib. 2. Bart.
Bald. & Alex. citati, & secuti per Dec. d.
cons 496. num. 13. & sentitur per Guid.
Pap. cons. 24. Boniorn. in causa Bucche-
rij super voto Pauli Lauoglia in fin. lib. 1.
19 feudal. qui ait † quod stilus vel consuetu-
do non sufficit vt solum probetur, sed
quod saltim semel fuisset pro ea & de ea
judicatum, nec fuerit admissa contradi-
ctio, & sic est necesse quod sit obtempta
in contradictorio iudicio, & fuerit sic
decisum & sententiatum quod v. g. adsit
consuetudo, vide plura per Bertacch. in
littera consuetudo sol. meo 478. col. 1. &
2. & fol. 480. Corn. cons. 189. part. 3. il-
ludque, quod obijcitur de obseruantia
20 in contrarium, † quæ tunc est attenden-
da, esto quod verba statuti repugnarent,
quia numquam à statuto censetur exclu-
sa Dec. cons. 11 nu. 10. Decian. cons. 124.
nu. 23. vol. 3. Soccin. cons. 84. nu. 15 sub-
auditur quoties sumus circa ambigua,
vt multa cumulat Surd. cons. 140. à num.
43. vsque ad nu. 47. lib. 1. & latius cons.
426. nu. 8. cum plurib. seq. lib. 3. vbi quod
21 à verbis † statutorum recedere non de-
bemus, sed eis inhærere, nec aliter inter-
petrari quàm ea loquantur, illisque ser-
uire debemus absque extranea interpe-
trãtione, quorum verba attendenda sunt
potius quã incerta, & imaginaria mens
nec ab ipsorum verbis recedendum est,
etiam quod æquitas suadeat sed tantum
disponunt, quantum loquuntur, & tetigi
in consuet. Panor. cap. 49. nu. 9. & 10. sed
ad corticem sunt seruanda iuxta eorum
tenorem Bart. in l. 1. C. vnd. vir, & vxor,
& quoties statuta sunt clara, non est cu-
randum de obseruantia in contrarium.
Aret. Berous, Natt. & Becius per ipsum
Surd. nu. 43. & 44. & per ea, quæ latissi-
me ponit in materia obseruãtiæ, Ioseph
Ludouic. d. conclus. 38. & tunc talis con-
suetudo diceretur transgressio, & con-
sequenter non valet, vt ait Bald. in auth.
omnes peregrini col. 1. C. comm. de suc-
cess. maxime quando statuta essent nega-
tiua, quia nil operatur consuetudo, vt
ibi per Bald. Ceph. & alios per Bertacch.
22 vbi supra, & ex quo ista regni capitula †
dicũtur leges regni, vtique nõ possunt iu
dices iudicare cõtra leges sacratissimas
l. leges C. de ll. etenim leges Regiæ in
toto Regno seruari debẽt, nisi aliter spe-
cialiter fuerit dispositum, Peregrin. cõs.
63. nu. 7. 8 9. lib. 1. post Paul. de Castr. &
23 alios, quotiesue caderet † dubitatio su-
per intellectu horum capitulorũ regni,
tunc semper debet interpetrari, ac deter
minari in fauorem ipsius Regni, cap. 2.
supr. eod. & cap. 406. & 435. dicti Regis
Alph. infra Tom. 5. tunc valeret allegare
24 † consuetudinem contra statuta quando
esset interpetratiua, & non aduersatiua
statutorũ vt ait Dec. d. cons. 11. num. 9. &
10. nec contradictiua Socc. Iun. cons. 38.
num. 6. lib. 1. Ioseph Ludou d. concl. 38.
illatione 24. Becius cons. 3. nu. 44. Surd.
d. cons. 426.

Eodẽ modo habes infra in c. 20. Regis
Martini d. Tom. 3 cum quo est concors
cap. 62. Regis Ioannis Tom. 6. vbi est pe-
25 titum quod nullatenus † derogentur,
nec derogari per aliquem permittat Rex
ipse statuta, priuilegia, consuetudines,
vsus, boni mores, libertates, & immuni-
tates, ac obseruantiæ totius Regni, &
singulorũ locorum, immo manuteneantur,
ac defendantur expressè, iuribus al-
terius semper saluis, vt ibidem est de-
terminatum (arg. eorum quæ dicam in-
fra in cap. 28. in versic. ex vltima parte
textus) nec per abusum tollantur, aut
quouis modo, sed stent in d. viridi obser-
uantia d. cap. 62. Regis Ioannis, non est
enim verisimile, quod regnum supplica-
uerit serenissimis Regibus hæc priuile-
gia, & postea illa non curauerint exe-

qui, & illorum beneficijs vti, & gaudere multa cumulat Surd. consil. 245. nu. 15. & seq. licet quandoque abusus in leuibus patiatur, vt tango infra in cap. 51. Regis Martini in 2. obseruantia ver-
26 sic. causas Tom. 3. & sic † quando per statura tollitur omnis consuetudo, & stilus in contrarium, tunc omnis consuetudo futura, & obseruantia sublata censetur, Abb. & Couarr. per ipsum Surd. d. cons. 426. nu. 146.

Marius Muta.

De reintegratione Feudorum. *Cap. XXVII.*

IAm nostræ Maiestatis clementia circa Reipublicæ commoda oculum suæ prouisionis aduertens, ea, quæ circa tranquilli status ministeriū, & cultum iustitiæ necessaria visa sunt, constitutionibus salubribus, atque beneuolis declarauit: Nunc autem ad nobilium compendia se benignè conuertens, beneuolam prouisionem constituit, bonorum feudalium, & feudorum reintegrationem perpensius subsequi in nostrorum augmentum fidelium iuxta formam hæreditarij Regni nostri; ea propter baronias, & feuda, de quibus seruitium nostrum debetur demanio reintegrare per nostram Curiam in forma prædicta decreuimus, & mandamus, vt opportunis guerrarum temporibus feuda ipsa tenentes paratiores, & promptiores ad nutum nostræ Maiestatis existant; sic enim vtrumque tempus bellorum, & pacis recta dispositione gubernatum videbitur, vt decet Regiam Maiestatem.

S V M M A R I V M.

Feudum dicitur gratia, & beneficium nu. 1. & nu. 7. & an transeat mox in obligationem, & contractum, nu. 8.

Feuda propriè dantur, & non pretio acquiruntur ibid.

Feuda continent dignitatem, & nobilitant nu. 2. cum seq.

Barones sedent apud Regem ordine consueto ibid.

Sedendi honor appellatur priuilegium, ibid.

Iudices sedent regendo Curiam, & quare num. 3.

Nobiles debent per nobiles iudicari nu. 4.

Nobilitas vt plurimum dedignatur habere pares, ibid.

Principes solent liberalitatem exercere, & eorum tutores nu. 5.

Tutores Principum possunt donare absq; decreto ibid.

Vicarius Principis potest facere ea quæ solita essent fieri per ipsum Principem num. 6.

Feudi concessio pro se, & hæredibus intelligenda est pro masculis si concedens sic erat solitus facere, nu. 7.

Feudum, & assensus dicitur gratia, & priuilegium ibid. & transit postea in obligationem, nu. 8.

Siciliæ Regnum habet formam hæreditariam, nu 9.

Neapolis Regnum dicitur pretiosa hæreditas, nu. 10.

Regnum non transit ad extraneum, sed ad primogenitum, ibid.



Ontinet hoc capit. cum seq. tamquam fauorabile fauorē vassallorum, prout in infrascripto subsequenti capit tango in versic. fauorabilis quippe est, argum. l. final. ff. de constit. Princip.
1 quia feudum in effectu dicitur gratia, † &

& beneficium, vt ibidem tetigi, quasi sint sinonima feudum, & beneficium dixit Io. Franc. de Pont.cons.11.nu.21. lucro inspecto, de quo magis participat, vt scripsi in cap. si aliquem in 1. notab. supra Tom. 1. addo post Bald. & Obertũ de Oddo, eund. Io. Franc. de Ponte cõs. 2. nu. 154. 155. & seq. vbi quod feuda propriè donentur, & non pretio acquirantur, latè Carol. Malatest. cons. 65. inter consilia Syluani, & post eum Surd. cons. 47. nu. 33. lib. 1. & patet etiam ex lectura præsentis textus; ibi ad nobilium compendia, immò, ibi, in nostrorum augmentum fidelium, de quibus verbis meminit Ferdinand. Bonorn. in causa Spaccafurni, quæst. 2. versic. nono capitulum Regni lib. 1. feudalium, & dicẽdo in hoc tex. ibi, ad nobilium, dat intelligere de feudatarijs propriè, etiam de habentibus digni-
2 tatem, quia feudum † dicitur continere in se dignitatem quandam, cum faciat homines nobiles, contrahitque certum paradoginm, vt dixi supra in capit. 34. Regis Iacobi versic. quid autẽ, d. Tom. 1. vnde videmus quòd Barones sedent apud Regem ordine consueto secundum Bald. in capit. 1. §. Marchio sub num. 5. de his, qui feud. dar. poss. & sic habent istud priuilegium, ex quo honor sedendi appellatur priuileg ũ Bald. vbi sup. Matth. de Affl. in prælud. constit. regni quæst. 26.
3 sub nu. 1. sicque iudices † sedent quando regunt Curiam, vide quæ scripsi in pragmat. Regni 14 § 9. de offic. iud. M. R. C. vbi ad quid sedent, Tom. 1. pragmaticarum: & hac etiam de causa puto quod sit illa sollemnitas in decidendis causis feudalibus, sede plena (de quo latissimè scribo infra in capit. 540. Regis Alph. in
4 princ. Tom. 5. quia in effectu nobiles † debent per nobiles iudicari, vt dicunt Domini Neapolitani in constit. Regni, vt vniuersis tit. 47. de seruando honorem Comitibus, lib. 1. vbi Affl. & Ysernia per text. in l. 1. C. de tutor & curat. l. finali §. sin autem, in versic sed quidem nobilis C. de curat. furiosi cum concordantib. & est miraculum in hoc, quia vt plurimum nobilitas pares habere dedignatur ex Plutarch. lib. 8. cap. 15. Vgo de S. Victore in libro de claustro animæ, Luc. de Penna in l. militaribus C de Decurionib. lib. 10. de quib. in materia superbiæ nobilium dico infra in cap. 7. Regis Martini Tom. 3. & non ab re dicitur infra in d. cap. subsequenti in principio, ibi, solito posse gaudere, ex quo realiter feudum est beneuola actio tribuens gaudium capienti-

bus, vt in d. cap. si aliquem posui, sicut fecerat Monachius, de quo ibidem in 1. notab. habes, & prout semper quasi sic
5 obseruant Principes, † quorum est largiri, donare, ac liberalitatem exercere, vt ex Alex. Iason, & Curt. ait Surdus cons. 5. nu. 72. & seq. lib. 1. etiam ampliando ad tutores ipsorum Principum, quia possunt donare, eo modo exercendo liberalitatem, vt ipsi Principes faciunt, & soliti sunt, nam aliter non valent, gloss. in cap. grandi, de suppl. negl. prælat. vbi Innoc. & in præl. feud. col. 9. Neuizan. cõs. 12. nu. 160. inter consilia Bruni cum concordantib. positis per ipsum Surd. Barbat. in cap. 1. in princip. de donat. & in cap. quæ ad translationem num. 57. de off. deleg. Rolland. cons. 18. nu. 65. vol. 2. Pancirol. cons. 122. nu. 12. Anton. Sola, & alij per eundem Surd. cons. 501. num. 16. vol. 4. (licet regula, & com. * opinio sit in contrarium, nam tutor non potest res minorum dare, ex quo donare fit perdere, per ea, quæ posui in commentar. consuet. Panormi cap. 51. Limit. 6.) sicut dicimus, dicit ipse Surd. in d. cons. 5. num. 75. quòd
6 licet Vicarius † principis posset eo absente facere, quæ princeps solitus erat facere ex Affl. in cap. imperialem quæst. 16. nu. 13. de prohib. feud. alien. per Federic. & sic non posset consentire alienationi, quæ fit in ecclesiam, nam princeps non est solitus hoc facere ex his, quæ dicam infra in d. cap. subsequenti restrict. 5. sub versic. limito tamen. & restrict. 3. versic. Benè verum, vbi pono quòd princeps non est solitus dispensare alienationibus feudorum ad ignobiles, sicut subdit ipse Surd. nu. 78. ex Beccio cons. 101. nu. 48.
7 quod concessio † facta pro se, & hæredibus, intelligenda est pro masculis tantũ, quando concedens erat solitus sic facere; & per ea etiam, quæ habes supra in cap. 39. Regis Iacobi in 10. intellectu d. Tom. 1. vbi scripsi feudum esse gratiam, addo post Bald. Iason. Seysell. Surd. cons. 573. nu. 34. d. vol. 4. sicut ipse assensus est quoque mera gratia, & priuilegium, vt post Andr. de Ysern. in cap. 1. de prohib. feudi alien. per Lothar. Marin. Freccia quæst 4. num. 10. lib. 2. Camer. & Corbul. ait ipse Surd. decis. 344. nu. fin. inter vol. 4. & tango in d. cap. subsequenti sub versic. fauorabilis, intantum vt nec reuocari possint huiusmodi concessiones dixi in consuet. Panor. cap. 4. propè finem, & cap. 38. ver-
8 sic. ratio, supra d. Tom. 1. Est verum † quod licet ab initio sit gratia, trãsit mox ipsa concessio feudalis in obligationem

qui, & illorum beneficijs vti, & gaudere multa cumulat Surd. consil. 245. nu. 15. & seq. licet quandoque abusus in leuibus patiatur, vt tango infra in cap. 51. Regis Martini in 2. obseruantia versic. causas Tom. 3. & sic † quando per
26 statuta tollitur omnis consuetudo, & stilus in contrarium, tunc omnis consuetudo futura, & obseruantia sublata censetur, Abb. & Couarr. per ipsum Surd. d. consl. 426. nu. 146.

Marius Muta.

De reintegratione Feudorum. *Cap. XXVII.*

IAm nostræ Maiestatis clementia circa Reipublicæ commoda oculum suæ prouisionis aduertens, ea, quæ circa tranquilli status ministeriũ, & cultum iustitiæ necessaria visa sunt, constitutionibus salubribus, atque beneuolis declarauit: Nunc autem ad nobilium compendia se benignè conuertens, beneuolam prouisionem constituit, bonorum feudalium, & feudorum reintegrationem perpensius subsequi in nostrorum augmentum fidelium iuxta formam hæreditarij Regni nostri; ea propter baronias, & feuda, de quibus seruitium nostrum debetur demanio reintegrare per nostram Curiam in forma prædicta decreuimus, & mandamus, vt opportunis guerrarum temporibus feuda ipsa tenentes paratiores, & promptiores ad nutum nostræ Maiestatis existant; sic enim vtrumque tempus bellorum, & pacis recta dispositione gubernatum videbitur, vt decet Regiam Maiestatem.

S V M M A R I V M.

Feudum dicitur gratia, & beneficium nu. 1. & nu. 7. & an transeat mox in obligationem, & contractum, nu. 8.
Feuda propriè dantur, & non pretio acquiruntur ibid.
Feuda continent dignitatem, & nobilitant nu 2. cum seq.
Barones sedent apud Regem ordine consueto ibid.
Sedendi honor appellatur priuilegium, ibid.
Iudices sedent regendo Curiam, & quare num. 3.
Nobiles debent per nobiles iudicari nu. 4.
Nobilitas vt plurimum dedignatur habere pares, ibid.
Principes solent liberalitatem exercere, & eorum tutores nu. 5.
Tutores Principum possunt donare absq; decreto ibid.
Vicarius Principis potest facere ea quæ solita essent fieri per ipsum Principem num. 6.
Feudi concessio pro se, & hæredibus intelligenda est pro masculis si concedens sic erat solitus facere, nu. 7.
Feudum, & assensus dicitur gratia, & priuilegium ibid. & transit postea in obligationem, nu. 8.
Siciliæ Regnum habet formam hæreditariam, nu 9.
Neapolis Regnum dicitur pretiosa hæreditas, nu. 10.
Regnum non transit ad extraneum, sed ad primogenitum, ibid.



Ontinet hoc capit. cum seq. tanquam fauorabile fauorẽ vassallorum, prout in infrascripto subsequenti capit tango in versic. fauorabilis quippe est, argum. l. final. ff. de constit. Princip.
1 quia feudum in effectu dicitur gratia, † &

& beneficium, vt ibidem tetigi, quasi sint sinonima feudum, & beneficium dixit Io. Franc. de Pont. cons. 11. nu. 21. lucero inspecto, de quo magis participat, vt scripsi in cap. si aliquem in 1. notab. supra Tom. 1. addo post Bald. & Obertū de Oddo, eund. Io. Franc. de Ponte cōs. 2. nu. 154. 155. & seq. vbi quod feuda propriè donentur, & non pretio acquirantur, latè Carol. Malatest. cons. 65. inter consilia Syluani, & post eum Surd. cons. 47. nu. 33. lib. 1. & patet etiam ex lectura præsentis textus; ibi ad nobilium compendia, immò, ibi, in nostrorum augmentum fidelium, de quibus verbis meminit Ferdinand. Bonorn. in causa Spaccafurni, quæst. 2. versic. nono capitulum Regni lib. 1. feudalium, & dicēdo in hoc tex. ibi, ad nobilium, dat intelligere de feudatarijs propriè, etiam de habentibus digni-
2 tatem, quia feudum † dicitur continere in se dignitatem quandam, cum faciat homines nobiles, contrahitque certum paradogium, vt dixi supra in capit. 34. Regis Iacobi versic. quid autē, d. Tom. 1. vnde videmus quòd Barones sedent apud Regem ordine consueto secundum Bald. in capit. 1. §. Marchio sub num. 5. de his, qui feud. dar. poss. & sic habent istud priuilegium, ex quo honor sedendi appellatur priuileg. ū Bald. vbi sup. Matth. de Affl. in prælud. constit. regni quæst. 26.
3 sub nu. 1. sicque iudices † sedent quando regunt Curiam, vide quæ scripsi in pragmat. Regni 14 § 9. de offic. iud. M. R. C. vbi ad quid sedent, Tom. 1. pragmaticarum: & hac etiam de causa puto quod fit illa sollemnitas in decidendis causis feudalibus, sede plena (de quo latissimè scribo infra in capit. 540. Regis Alph. in
4 princ. Tom. 5. quia in effectu nobiles † debent per nobiles iudicari, vt dicunt Domini Neapolitani in constit. Regni, vt vniuersis tit. 47. de seruando honorem Comitibus, lib. 1. vbi Affl. & Ysernia per text. in l. 1. C. de tutor & curat. l. finali §. fin autem, in versic sed quidem nobilis C. de curat. furiosi cum concordantib. & est miraculum in hoc, quia vt plurimum nobilitas pares habere dedignatur ex Plutarch. lib. 8. cap. 15. Vgo de S. Victore in libro de claustro animæ, Luc. de Penna in l. militaribus C de Decurionib. lib. 10. de quib. in materia superbiæ nobilium dico infra in cap. 7. Regis Martini Tom. 3. & non ab re dicitur infra in d. cap. subsequenti in principio, ibi, solito posse gaudere, ex quo realiter feudum est beneuola actio tribuens gaudium capientibus, vt in d. cap. si aliquem posui, sicut fecerat Monachius, de quo ibidem in 1. notab. habes, & prout semper quasi sic
5 obseruant Principes, † quorum est largiri, donare, ac liberalitatem exercere, vt ex Alex. Iason, & Curt. ait Surdus cons. 5. nu. 72. & seq. lib. 1. etiam ampliando ad tutores ipsorum Principum, quia possunt donare, eo modo exercendo liberalitatem, vt ipsi Principes faciunt, & soliti sunt, nam aliter non valent, gloss. in cap. grandi, de suppl. negl. prælat. vbi Innoc. & in prælud. feud. col. 9. Neuizan. cōs. 12. nu. 160. inter consilia Bruni cum concordantib. positis per ipsum Surd. Barbat. in cap. 1. in princip. de donat. & in cap. quæ ad translationem num. 57. de off. deleg. Rolland. cons. 18. nu. 65. vol. 2. Pancirol. cons. 122. nu. 12. Anton. Sola, & alij per eundem Surd. cons. 502. num. 16. vol. 4. (licet regula, & com. * opinio sit in contrarium, nam tutor non potest res minorum dare, ex quo donare sit perdere, per ea, quæ posui in commentar. consuet. Panormi cap. 51. Limit. 6.) sicut dicimus, dicit ipse Surd. in d. cons. 5. num. 75. quòd
6 licet Vicarius † principis posset eo absente facere, quæ princeps solitus erat facere ex Affl. in cap. imperialem quæst. 16. nu. 13. de prohib. feud. alien. per Federic. & sic non posset consentire alienationi, quæ fit in ecclesiam, nam princeps non est solitus hoc facere ex his, quæ dicam infra in d. cap. subsequenti restrict. 5. sub versic. limito tamen, & restrict. 3. versic. Benè verum, vbi pono quòd princeps non est solitus dispensare alienationibus feudorum ad ignobiles, sicut subdit ipse Surd. nu. 78. ex Beccio cons. 101. nu. 48.
7 quod concessio † facta pro se, & hæredibus, intelligenda est pro masculis tantū, quando concedens erat solitus sic facere; & per ea etiam, quæ habes supra in cap. 39. Regis Iacobi in 10. intellectu d. Tom. 1. vbi scripsi feudum esse gratiam, addo post Bald. Iason. Seysell. Surd. cons. 573. nu. 34. d. vol. 4. sicut ipse assensus est quoque mera gratia, & priuilegium, vt post Andr. de Ysern. in cap. 1. de prohib. feudi alien. per Lothar. Marin. Freccia quæst. 4. num. 10. lib. 2. Camer. & Corbul. ait ipse Surd. decis. 344. nu. fin. inter vol. 4. & tango in d. cap. subsequenti sub versic. fauorabilis, intantum vt nec reuocari possint huiusmodi concessiones dixi in consuet. Panor. cap. 4. propè finem, & cap. 38. versic. ratio, supra d. Tom. 1. Est verum †
8 quod licet ab initio sit gratia, trāsit mox ipsa concessio feudalis in obligationem

& contractum vltrò, citroque obligatorium per ea, quæ notant DD. in l. labeo 2. ff de verbor. signific. Bartol. Angel. & Becius, de quibus per Surd. consi. 127. n. 33. lib. 1. idest quia vassallus tenetur ad plura domino, nempe ad seruitia, fidelitatem, & cætera, & dominus vassallo, idest, iuuare, & similia, vt sentitur in hoc capitulo, ibi, seruitium nostro debetur demanio, & ibi, paratiores, & promptiores &c

Voluit quippe Rex iste Federicus facere feuda iuxta formam feudi Regni hu
9 ius Siciliæ, quod est hæreditarium, † vt
patet in textu, ibi, formam hæreditarij, de quo posui in d. cap. si aliquem versic. item habet, ibi, & sicut mortuo, capit. licet de vot. Affl. in procem. constit. regni post mundi machinam fol. 18. col. 2. in princip. vbi loquens ipse Imperator Federicus vocat hoc regnum Siciliæ hæreditarium, & supra noster hic Rex appellat hoc iddem regnum, sibi à prioribus Diuæ memoriæ Principibus progenitoribus suis ad se hæreditario iure transmissum, si infra in procemio capitulorum serenissimi Regis Alphonsi Tom. 4. ibi, quod nostra peculiaris hæreditas est, ita etiam in constit. regni tit. de legib. §. cum igitur; & isto modo loquendi quasi vtuntur Reges, & Imperatores, vt habes in procemio dictarum cōstitutionum regni, vbi Affl. in §. nos itaque fol. 23. nu. 4. vbi loquens Imperator ille Federicus de successione istorum duorum regnorum, dicit sibi obuenisse ex successione materna (præter spem ex partu illius serenissimæ Augustæ Constantiæ, de qua suppleo aliqua infra in cap. 98. post principium, vltra ea, quæ scripsi in cap. 6. nu. 37. 38. eiusdem Regis Iacobi) sic idem Affl. in
10 dicto procemio fol. 24. nu. 2. † loquens de
regno Neapolis ipse Fidericus eam vocat, pretiosam hæreditatem, & in const. cum hæreditatem lib. 3. ob amenitatem regni, & vassallorum fidelitatem; intelligendo nihilominus, vt deuoluatur ad primogenitum, cum regnum non transeat ad extraneum. Alberic. in procem. digestorum § discipuli, Oldrad. cons. 94. latissimè Barbat. cons. 66. quos sequitur Cannetius in cap. volentes fol. 203 nu. 8. & potes exemplificare hoc capitulum quando feudum esset dismembratum in partes, dicas in cap. sequenti restrict. 1. illat. 6. nu. 237. ¶ Noto ex hoc text. in fine ibi, & bellorum, & pacis similem loquelam in institut. in procemio, sed intremus ad mare magnum in sequens capitulum.

V. I. D. Muta.

De alienatione feudorum. *Cap. XXVIII.*

VOlentes igitur Comites, Barones, & nobiles, Comitatus, & Baronias, & feuda tenentes à curia nostra, Comitatibus, Baronijs, & feudis ipsis longius solito posse gaudere, & eorum emergentibus pro tempore necessitatibus absque nostrorum læsione iurium subuenire, intuitu seruitiorum, quæ dominis Regibus Siciliæ prædecessoribus nostris, & nobis deuotione non modica contulerunt, & conferre poterunt in futurum, constitutiones Diui Augusti Imperatoris Federici proaui nostri prædicti, per quas feudorum alienationes sunt inhibitæ, corrigentes, statuimus quòd Comes, Baro, nobilis, seu feudatarius quilibet feuda tenens a Curia nostra, seu quandam partem feudi absque permissione, seu licentia celsitudinis nostræ, feudum suum integrum, seu quotam partem prædictam possit pignorare, vendere, donare, permutare, & in vltimis voluntatibus relinquere, seu legare, & quolibet alienationis titulo transferre in vnam tantum, eandemque personam digniorem, vel æque dignam, seu nobilem, sicut venditor, seu alienator

alienator idem extiterit, præterquam in Ecclesias, & ecclesiasticas personas, dummodo de pecunia venditionis ipsius integræ decima fisco nostro soluatur. Ita tamen quòd tempore venditionis feudorum huiusmodi Maiestati nostræ liceat pro pretio venditionis ipsius conuento inter contrahentes eosdem, dictum feudum emere. Ita quod si infra mensem vnum à die, quo ad notitiam nostram peruenerit numerandum, feudum prædictum, vel quotam partem pro dicto pretio non elegerimus emere, & pretium soluere, vt prædicitur, venditio valeat, & sit firma, nunquam per nostram Curiam in posterum infringenda. Si verò feudum in permutatione deuenerit, & pecunia interuenerit in permutatione prædicta, quòd de pecunia ipsa in recognitionem nostri dominij, in feudo vendito, seu forsitan permutato, decimam habeat fiscus noster, & nostra Maiestas ab emptore prædicto recipiat fidelitatis, & homagij, tamquam à Barone, seu feudatario solitum iuramentum. Sed si aliò quàm emptionis titulo feudum prædictum alienari contigerit, vt prædicitur, persona, in quam fuerit alienatum, infra annum numerandum à tempore alienationis ipsius, nostram adeat Maiestatem, & in manibus nostris fidelitatis, & homagij pro feudo prædicto præstet solitum iuramentum. In his tamen, & quibuscumque alienationibus terrarum feudalium, & quotæ feudorum, seruitijs, & integris iuribus nostræ Curiæ semper saluis, in feudo ipso indiuiso, & integro perdurante.

S V M M A R I V M.

Feuda non possunt alienari de iure feudorum, & constit. Regni irrequisito domino, aliàs perduntur num. 1. & 5. & nu. 189 & poterat alienans reuocare nu. 2. nec dominus tenebatur dare consensum nu. 3. secus de iure Siculorum nu. 4. 5. 8. 9. 10. Ratio nu. 11. cum seq. num. 18. 19. specifica num. 24. 28. 33. 34. 35. 56. 57. Amplia num. 63. 91. 125. 127. 171. 174. 182. 183. 184. 185. 187. 190. 191. 195. 196. 198. 199. 200. 201. 202. 205. 206. 207. 208. 211. 212. 213. 214 215. 216. 217. 218. 219 222. 223. 224. 225. 227. 228. 229. 232. 235. 236. 238. 239. 240. Restringe nu. 241. 267. 322. 305. 422. 455. 463 464. 465. 466. 467. 468. 469. 473. 474. 475. 476.

Feudorum alienationi non tenetur dominus præstare consensum de iure feudorum nu. 3. & nu. 215.

Feudi alienatio est magis prohibita, quam res minorum, & ecclesiarum, nu. 4.

Consensus circa alienation. feudorum vocatur iussus nu. 6.

Feudi proprietatē an liceat domino alienare absque vassallorum consensu. nu. 7.

Feuda hodie possunt in hoc Regno ad quoscumque alienari absque licentia, num. 9. cum seq.

Feudum quod possit alienari, potest fieri pactum cum domino circa accidentalia, & naturalia, non quo ad substantialia, num. 10.

Feudorum alienatio quare de iure Siculorum absque licentia fieri potest, num. 11. 12.

L. in re mandata C. mand. ampliatur ad hue in feudalibus, nu. 12.

Moderator, & arbiter quilibet est in re sua etiam in feudalibus, ibid.

Feuda veniunt appellatione bonorum quo ad alienationes, & maximè in hæredita-

rijs

rijs, secus in feudis ex pacto, & prouidentia. nu. 13.14. & quid stante clausula, omnium, & singulorum, nu. 15.16.17.

Dignitates, & beneficia non veniunt sub generali beneficiorum impetratione, n. 14.

Singuli, dictio, exprimit, distinguit, ac distribuit indiuidualiter, nu. 15. & operatur in bulla specialem subiugationem, num 16.

Omnis, dictio, est vniuersalis, & inclusiua maxime cum geminatione verborum, num. 17.

Feuda hareditaria in hoc Siciliæ Regno sūt ad instar allodialium, & paganicorū, & sic est Froncia, nu. 18. Mantua, nu. 23. & in alijs locis.

Consensus præstitus per cap. volētes in alienationibus feudorum operatur, vt non requiratur alius consensus viuentis domini, nu. 19.

Consensus circa alienationes feudorum vigore capit. volentes, vocatur mera gratia, non dispensatio, nu. 20.

Princeps callet proprietatem verborum, & terminos iuris, ibid.

Alienare qui non possunt non dicuntur verè domini, nu. 21.

Feudum non potest alienari quo ad proprietatem, nu, 22.

Feudum potest pignorari absque licentia de iure Siculorum, nu. 24. cum seq.

Pignorare an propriè dicatur alienare, ibid.

Alienatio transfert omne dominium, ibid.

Alienare prohibitus an si pignorat pro tanto pretio, itaut non sit verisimile luiturus dicatur alienare nu. 25.

Pignoratam rem habens non tenetur restituere nisi habito pretio non obstante fideiussione nu. 26.

Feudalem rem qui dicit se possidere in feudum, & non in pignus, debet docere se inuestitum nu. 27.

Feudum potest vendi absque consensu domini de iure Siculo nu 28. cum seq.

Feudum potest constitui inter viuos mediante contractu nu. 29.

Vendere prohibitus, intelligitur etiam prohibitus promittere de vendendo, nu. 30. & seq.

Statutum si dictat, vt de quolibet cōtractu, ex quo alicui ius acquiritur, soluatur gabella præterquā de instrumēto solutionis si primo promisit vendere, & postea vendidit, an ex illo contractu vltimo solui debeat gabella, nu. 31.

Vendere promictens tenetur vendere etiam in contractu emphiteotico, & an lucrentur interim fructus, ibid.

Feudum potest absque consensu domini donari de iure Siculorum, nu. 33.

Feudum potest sine licentia domini permutari de iure Siculo, nu. 34.

Feudum potest etiam sine domini consensu in vltimis voluntatibus relinqui, & legari stante statuto, num. 35. 36. cum seq. etiam in præiudicium agnatorum, & quomodo, nu. 51. etiam in penitus extraneum, nu. 52. cum seq.

Vassallus regulariter non potest testari de feudo nisi de licentia Regis, secus stante statuto. ibid.

Testari potest de feudo absque licentia de iure Siculorū, ibid. forma non repugnante, nu. 38 cum seq.

Legatum de feudo potest fieri etiam sine consensu stante statuto, ibid. & nu. 56.

Verbum, relinquo; est generale ad quamlibet vltimæ voluntatis dispositionem, num 37.

Testamētum in feudalibus an valeat coram duobus testibus, nu. 39.

Testator si disponit de bonis sitis in diuersis locis, in quibus vigeret diuersitas legis, an institutus succedat ad omnia bona? ibid.

Hæres tenetur approbare factum defuncti in feudo hareditario, & satisfacere creditoribus de fructibus n. 40. 53. 47. nisi esset feudum pacti, & prouidentiæ, nu. 41. cum seq.

Feudum hæreditareum simpliciter non potest haberi, nisi sit hæres, nu 41. cū seq.

Hæreditatis aditio per quos actus demonstretur, nu. 42. cum seq.

Hæres semel non potest desinere esse hæres de iure prætorio, secus de iure ciuili, num. 43. 44. & seq.

Repudiatio non valet per eum, qui prius adiuerat, nu. 44. fallit in legatario, n. 45.

Repudiatio dicitur reuocata, si apparet quod res hæreditaria possidetur, ibid.

Legatum agnitum cum onere annexo potest repudiari nu 45.

Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis, & restitutione fideicommissi, confertur cum alijs fratribus, deducitur de eo legitima, falcidia, & trebellianica, potest mutari forma, perditur ob delictum, præscribitur, potest in eo legitimatio fieri, fit ingressio in locum patris, & sententia lata contra defunctum, mandatur executioni cōtra hæredem, nu 48. & succeditur intestato, nu. 49. & est sicut allodiale, nu. 50.

Feudum pacti, & prouidentiæ tot habet concessiones, quot personas, nu. 47.

Sententia

M modis

Pars

Pars vel quota feudi an possit in communi possideri, nu.276.

Assensus interpositus intelligitur non circa partem feudi, sed super toto, nu.277.

Rigor non æquitas seruatur in feudis, ibid.

Feudalia non possunt diuidi, nu. 278. cum seq. ratio, nu.280. esto quod sint hæreditaria, nu.281. & 282. 305. 310. amplia, nu.283. 284. 285. et seq. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 304. 305. 307. 308. limita, nu.310. 313. 314. 315. 319. 320. 321.

Feudalia non communicantur inter maritum, & uxorem, ibid.

Consuetudo viuendi more latinorum inter coniuges, non habet locum inter magnates, nu.279. & seq. nec in bonis concessis ex regia munificentia, nu.280.

Magnatibus, & nobilibus viris, siue primatibus multum iura deferunt, ibid.

Magnatum more viuere idē est ac more francorum, ibid.

Francorum more viuere idem est, ac more magnatum, & procerum, ibid.

Maritus si est dignus omnibus bonis uxoris, videntur ei dotata, nu. 280.

Feuda sunt indiuisibilia esto quod succedatur in eis ab intestato, nu.283.

Feuda indiuidua sunt etiam circa possessionem, nu.284.

Feuda sunt indiuidua etiam quoad fructus perceptionem, nu.285. cum seq.

Fructus feudi non possunt diuidi, nisi sint à solo separati, nu. 286. cum seq. fallit, num.314.

Fructus percepti non dicuntur pendentes, sed sunt mobiles, ibid. & quid post calendas Martij, nu.290.

Partus seruæ an dicatur fructus pendens, ibid.

Feudum non constituitur, nisi in rebus soli, et sic stabilibus, vel solo cohærentibus, vel quæ immobilium appellatione continentur, nu.287. & quid in rebus mobilibus paratis pro instructione feudi, nu.288. & quid si dantur mobilia, nu.289.

Feudi partes dicuntur, quæ parata sunt pro ipsius instructione, ibid.

Feudales res quæ dicantur, ibid.

Fructus pendentes post calendas Martij dicuntur quasi percepti, & esse in hæreditate, nec dicuntur feudales, nu.290.

Feudum potest constitui etiam in pecunia, & quomodo, nu.291.

Pater non habet in feudalibus vsumfructum formalem, per quem constituatur seruitus, nu. 292. & saltim habet commoditatem, nu.293.

Pater habet in bonis feudalibus commoditatem, & dicitur legitimus administrator, nu.293.

Feuda si per alienationē diuidantur, posset allegari nullitas etiam per alienantem, num.294.

Feuda non possunt diuidi esto quod non habeant propriam naturam feudi, nu.295.

Feuda alienata intelliguntur cum eorum pertinentijs, nu.298.

Pertinentia super feudis dicuntur feudales, ibid.

Feudum alienatum duobus si esset, primus inuestitus dicitur potior, nu.299. & nu. 301. & 302. nec soluendo interesse liberatur, nu.300. cum seq.

Duobus si esset venditum feudum præfertur qui primo habuit possessionē, ibid.

Duobus si est vendita res præfertur primus nec sufficit soluendo interesse, num.300. cum seq.

Nobilium promissa tamquam debita requiruntur, & quando, ibid.

Completum reputatur illud, quod est actū num.301.

Vendens rem duobus est obligatus secundo, si prima venditio fuit nulla, vel non habuit effectum, nec capta possessio, nu.302. aliàs tenetur crimine stellionatus, n.303.

Subinfeudatio nō potest fieri in parte feudi, sed toto, ne fiat dismembratio, nu.304.

Seruitus est indiuidua, nu.306.

Primogeniti duo si nascantur eodem impetu, non potest feudum diuidi inter eos, sed est locus gratificationi, nu.308. 309.

Præmium promissum primo ingredienti aliquod castrum, quid fiet si duo simul ingrediantur, ibid.

Brauium promissum primo venienti, cui dabitur si ambo simul venerint, n.309.

Feudum potest diuidi per Regem sic inuestientem v.g. duos, nu.311.

Ius accrescendi habet locum in feudis diuisibilibus, & quomodo, ibid.

Feudum quandoque potest deuolui ad plures, ibid.

Feudum regulariter non est de corpore hæreditatis, nu.312.

Dignitas est indiuisibilis, nu.316.

Iurisdictio quandoque dicitur inhærere territorio, non personæ, ibid.

Iurisdictio quando est communis, & alter contra alterum commictit delictum, an par in parem habeat imperium, & quibus casibus, ibid.

Primogenitus faciens actus iurisdictionales quandoque cum eius fratribus, non videtur iurisdictionem alijs communicasse, sed eos admittere iure familiaritatis, n.317.

Iurisdictio potest quandoque in feudis exerceri,

exerceri, & communicari cum alijs fratribus iure familiaritatis, ibid.

Feudum potest dari integrum vni, & alij allodium, nu. 319.

Feudi diuisioni potest per Principem dispensari, & quomodo, nu. 320.

Feudorum in alienatione non debet adesse disparitas personarum, nu. 322. cũ seq. ratio nu. 323. vel ut sit æquè digna, nu. 326 amplia, nu. 329. 330. infertas, n. 331. 343. 344. 346. 350. 351. 356. 357. 361. fallit, nu. 358. 359.

Principis conditio nõ debet deterior fieri in alienationibus feudorum, ibid.

Disparitas personarum in multis casibus non debet esse, ibid.

Qualitas personarum quoad alienationes feudorum debet adesse tempore dispositionis, nu. 324. cum seq.

Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi, ibid.

Primogenitus vocatus ex statuto intelligitur de habili, nu 325.

Habilitas debet adesse tempore electionis, ibid.

Idoneitas debet adesse tempore quo consumatur actus electionis, ibid.

Electio requirit habilitatem electi tempore ipsius electionis, ibid.

Dignitas, vel nobilitas personarum in alienatione feudorum requiritur, num. 326. cum seq.

Doctor nobilis dicitur, & valet alienatio feudi in eum, maximè ob patrocinium, ibid.

Patrocinium si præstiterit Aduocatus pro feudo, an sit ex hoc onus feudi, & quid pro feudo pactis, & prouidentia, num. 327. 328.

Feudi concessio pro aduocatia, & patrocinio non potest reuocari, ibid.

Feudum quando alienatur per dominum, debet pari, vel æque idoneo alienari absq; tamen vassallorum consensu, n. 329. 360.

Vassallorum consensus non requiritur, quando dominus feudi alienat feudum, ibid.

Vassallus potest infeudare feudum in alium similem ijsdem pactis absque domini consensu, nu. 330.

Feudum non potest alienari in feminam, et quare, nu. 331. cum seq. fallit, num. 333. cum seq. num. 335. 336. 337. 338. 340. 341. 342.

Femina non est æquè idonea feudi, nec potest præstare seruitium, vt masculus, nec est eiusdem dignitatis, nec portare arma, nec leuat faydam, ibid.

Maritus non potest relinquere feudũ uxori ea quod esset æquè digna, nu. 332.

Femina potest succedere feudo femineo defectu maximè masculorum, num. 333. cum seq.

Regina potest facere donationem de regno suo femineo, & transire ad feminas, ibid.

Mater maiorem affectionem præsumitur habere ad prolem femineam, quam masculinam, nu. 334.

Femina potest succedere feudo emptitio, nisi emptum esset pro masculis tantum, num. 335.

Feudum emptitium est illud, quod emptũ est iusto pretio, ibi.

Femina succedit defectu masculorum ad feuda, nu. 336. & seq.

Femina potest succedere feudo ex natura inuestitura pro hæredibus vtriusque sexus, & deficientibus masculis, nu. 337.

Femina potest succedere feudo improprio, & conditionato, nu 338.

Femina est successibilis feudo modico, num. 340.

Femina potest feudo succedere si est habilitata per Principem, nu. 341.

Femina succedere potest feudo concesso ob remunerationem, nu 342.

Feudum non potest alienari per militem nõ militi, nu. 343.

Feudum non potest alienari in corpore vitiatum vel imperfectum, & quando, & quomodo, nu. 344. 345.

Spoliatus feudo ob imperfectionem corporis, non restituitur ad ipsum feudum, & quare, ibid.

Cæcus non est successibilis feudo, & an possit esse iudex, nu. 345.

Feudum non potest alienari in bastardos etiam legitimatos, & quando, nu. 346. 347. 348. 349.

Naturales non possunt succedere feudo, ibidem.

Naturales filij non prosunt ad excusationem tutelæ, nec ad immunitatem ob numerum filiorum, remissiuè, ibid.

Legitimati per subsequens matrimonium possunt ad feuda succedere, nu 348.

Matrimonij in figura nati possunt succedere feudo, nu. 349.

Feudum non potest alienari in æquites Melita, nec in personas ecclesiasticas, n. 350.

Feudum non potest alienari mutis, surdis, aut imperfectis à natura, nu. 351. & nu. 355 fallit, nu. 352. 353. 354.

Mutus an, & quando sit capax feudi, ibidem.

Surdus an possit esse capax feudi, ibid.

Imperfectus siue vitiatus corpore an sit capax feudi, ibid.

Serui-

Reges

Reges non decet vti beneficio inuentarij, ibid.

Successor in feudo soluere tenetur debita pro necessaria substitutione personæ prædecessoris, & pro funeris impensa, vel debita parua, nu.420.

Primogenitus potest excludi à feudo stante concessione principis sic facta, nu.421.

Feuda non possunt alienari in ecclesias, & ecclesiasticas personas, nu. 422. etiam si essent ecclesiastica sic concessa per regem, nu.423. ratio nu. seq alias alienatio est nulla, nec rex tenetur dare consensum, nu.427. limita num.440.441.442.443. 444 445 446 447.448.449.450.

Feudum ecclesiasticum per Regem concessum nō potest alienari in ecclesias, n. 423.

Feuda ecclesiastica comprehendūtur sub consuetudinibus feudorum, ibid.

Ecclesia nunquam moritur, nec est capax feudi alienationis, nu.424 cum seq.

Monasterium dicitur ecclesia, nu.425.

Apostolica sedes nunquā moritur, ibid.

Ecclesia nunquam desinit esse hæres, & eadem est, quæ à seculo retro fuit, ibid.

Ecclesia dicitur auctrix, & cultrix iustitiæ, omnibus prodest, nemini nocet, num.426.

Monasterium non succedit feudo, nu.428. cum seq. ratio, nu.432. fallit, num.440. 441 442.443.444.445.446. 447.448. 449.450.

Monachus dicitur mortuus, nec potest feudo succedere, nu.418. maxime facta professione, nu.431.

Monasterium ingrediens potest post statutum priuari ne succedat in feudalibus, secus in allodialibus, nu.429.

Monachus tunc potest esse capax successionis quando habere posset aliquid in communi secus, quando est de ordine mendicantium, nu.430. & seq.

Monachi de ordine mendicantium non possūt tenere bona, sed ea vendere pro necessitatibus, ibid.

Monachi dicuntur serui, & possunt petere vnde viuant, ibid.

Seruus potest petere à domino vnde viuat, ibid.

Monachus facta professione dicitur mortuus ciuiliter nec potest feudo succedere, nu 431. & quare, nu. seq.

Iuramentum fidelitatis non potest præstare monachus, nu.432.

Seruitium militare non potest præstari per monasterium, & monachos, sicut nec quando est electa industria personæ non præstatur per substitutum, nu.433.

Clericus volens capere ordines debet feudū resignare, & renuntiare, nu.434.

Rex faciens se monachum non transfert regnum in monasteriū, nu.435. & seq.

Regis filius vnicus ingrediens monasterium non meretur apud Deum, ibid. & potest exire, & capere vxorem cum licentia Pontificis, nu.436.

Papa potest dispensare quod Rex monachus exeat de monasterio, & capiat vxorem, & quomodo, nu.436.

Ecclesiæ non potest legari feudum etiā pro anima, & remissione peccatorū nu.438.

Feudum concessum alicui in sacris constituto pro se, & hæredibus suis, intelligitur de agnatis, nu.439.

Monasterium potest habere feudum si Rex concedens habilitat, nu. 440. ex quibus casib. cum nu. seq.

Ecclesia potest habere feudum franchum, num.441.

Feudum franchum quod sit, ibid.

Clericus potest habere feudum impropriū, nu.442. & hæreditarium, num.444 & transibile ad clericos, nu 448.

Cardinales sunt capaces feudorum, n. 443.

Episcope possunt habere feuda, ibid.

Monasterium est capax feudi hæreditarij, nu.444 & feminei, nu. 445.

Monialis succedit in feudo feminineo, n.445.

Ecclesiasticæ personæ possunt habere feudales res de per se, & rebus eclesiasticis, num. 446.

Ecclesiastica feuda quæ sint, ibid.

Monachus ex dispensatione factus Comes, potest feudo succedere, nu.447.

Ecclesia potest habere feudum si Princeps dispensat, nu.449.

Papa potest concedere feuda, & quomodo, num. 450.

Feudum pacti, & prouidentiæ præsumitur quando longo tempore fuit possessum per familiam, nu.451. cum plurib seq.

Feudum pacti, & prouidentiæ non potest confiscari in præiudicium vocatorum, ibid.

Feudum nouum concessum cum clausula, iure antiqui feudi, reputabitur vt antiquum, ibid.

Feudum pacti, & prouidentiæ, vel antiqui potest reuocari per agnatos, n 453.

Argumentum de feudo ad vinculata bona valet, nu 454.

Feuda pacti, & prouidentiæ gradatim deferuntur, ibid.

Feudum pacti, & prouidentiæ alienatum potest reuocari per agnatos esto quod per mille manus ambulauerit sicut manus iniectio, nu.455.

Feudum pacti, & prouidentiæ operatur



FAmosum hoc regni capit. consecutiuũ cum præcedenti secundum Blasc. hic adeo feudalem totam materiam obumbrauit, vt vix modernis temporibus elucescat, & procedam per modum quarumdam specificationum, ampliationum, & restrictionum quam breuius potero, quamuis enim de iure constitutionum regni esset prohibita feudorum alie-
1 natio † absque domini consensu, & de iure etiam communi ipsorum feudorum, adeout alienans olim irrequisito domino indirectè diceretur delinquere contra ipsum dominum, ex quo contennebatur cap. 1. quæ fuit prim. caus. benef. amict. & consequenter amictebatur feudum ex traditis latissimè à Curt. Iun. de feud. part. 4. Pern. cons. 6. fol. 7. col. 2. nisi propter necessitatem, & inopiam alienasset, vt dicam infra ampl. 12. quia tunc deuolutio licet fiat domino, tamen verum est in vita alienantis, nam post mortem succedunt filij, vel agnati, & per consequens de dicto iure feudorum fiebat deuolutio feudi ad dominum, non obstante quòd ipsum feudum alienatum alienator recuperauerit cum possessione tradita, quia semel delictum committendo punietur, vt latè ad emphiteusim dixi infra in cap.
2 316. amp. 1. Tom. 8. Regis Caroli: ita † vt etiam vel poterat alienans reuocare, vel agnati, & inferius in progressu videbimus præsertim nu. 361. vel Rex ex traditis ab eodem Perno d. cõs. 6. propè medium; item ea fortasse ratione quia dominus habet directum dominium in feudis, intantum vt si vassallus etiam à Prælato, vel Abbate spolietur de feudo quaternato, possit Rex recuperare, & restituere illi, vt dico infra in cap. 54. Regis
3 Ferdinandi ampl. Tom. 7. immo † nec arctabatur dominus dare dictũ consensum, vt ait Io. Franc. de Ponte cons. 2. sub nu. 9. & per ea, quæ tangam inferius ampl. 38. num. 225. immo dicebat decisio Pedam. 167. nu. 21. & post eam Surd. cons. 1. nu. 4. lib. 1. quod alienatio feudi est magis
4 prohibita † quàm res minorum, & Ecclesiarum, hic tamen facta est permissio, & modificatio dictarum constitutionũ, quæ sunt, Constit. Constitutionem, & constit. hac edictali; constit. scire volumus: & sic liberè, vt tetigi supra in cap. 22. Regis Iacobi versic. quod cognoscitur Tom. 1. & ita ait Ferdinand. Boniorn. in causa Spaccafurni quæst. 2. versic. decimo Rex, & versic. tertio capitulum volentes, lib. 1. feudal. Pern. cons. 1. corriguntur etiam capit. 1. de success. feudi, cap. 1. de alien. feudi paterni, cap. imperialem de prohib. feudi alien. per lothar. cap. imperialem, de prohib. feudi alien. per Federic. multa cumulat Dec. cons. 586. in causa, in princ. Affl. decis. 265. Illustrissime nu. 32. 33.

55 & istud erat inter singularia feudorũ
5 axioma † vt non possent alienari, Bald. in præludi.quicquid sub inuolucro sentiat hic Cannet.fol.14.nu.57. sibi contrarius in diuersis locis, Pern. cons.12.col.14. & d.cons.6. vbi dicit quod hodie consensus introducitur ab ipsa lege mortua, hoc est ab isto capit. volentes, & in primis notabilibus versic.ex quo, melius dixisset, ab ipsa lege viua, quæ semper loquitur, & consequenter non mortua dixi in Ritu cap.101.ampl.2. Tom.4. & per ea, quæ subdam inferius num. 19. & alibi habes
6 quod iste consensus † vocatur iussus, nec mirum, quia [est orare Ducum species violenta iubendi] Ysern. in tit. de feudo sin.culp. non amitt.§. si quis miles, & recordor scripsisse in commentar. consuet. Panor.49.nu.36. quamuis secus sit circa dominum superiorem, cui licet proprietatem ipsius feudi absque vassallorum li-
7 centia † alienare per ea, quæ dicit Andr. in cap. 1. §. eadem lege de leg. Corradi cum simil. per Afflid. decis.265.nu.33. Luc.de Penn in l 2.C.de termin.mot.Et licet d.cap.imperialem cum concordantibus fuerat conditum a Federico I. tamen non intelligit hic Federic. quo ad illud, ex quo non ligabat Siciliam nõ subditam imperio.vt tradit Andr.in prælud. quæst.3. & Ferdin. Boniorũ in causa D. Agathæ de Bonfiglio cum D. Hieronimo de Montecateno versic. capitulum d. lib. 1. feudalium, sentit Pernus hic, in quorum tamen dictis non facio tantum fundamentum.
8 Immutata est enim natura † feudorũ stante hoc regni capit. directa & contraria primæ, vt subdam infra restrict.9. & concordat supra cap 35. Regis Iacobi Tom.1.ibi, nullo assensu, & tetigi in cap. 21.versic.& intantum d. Tom. 1. & infra in cap.454 Regis Alph. Tom.5. in textu in quo fit mentio præsentis capituli, immo inuenio quod adhuc olim poterãt in totum alienari etiam inscio domino tit. apud quem, vel quos, vbi Ysern.nu.2.fol. 21.col.1.Cumia in cap.si aliquem fol.98. in verbo, mori contingat num.47. etiam ampliando alienationem ad extraneos, vt videbimus inferius, & etiam corrigendo cõstitutiones, quia vbi prius erat tantummodo ampliatum, vt posset fieri alienatio in fratres, & filios per constit. vt de successionib.§.1.& seq. & in tit. de success. nobil.lib 3. vel fieri alienatio de feudo diuiso, & sic de parte, quod poterat etiam olim absque consensu non antẽ totum feudum alienare, vt videtur text. in cap.1.§. si clientulus quib. mod. feud. amitt. Andr.de Ysern.in §. hoc quoque nu.5 de success. feudi, sed paulo inferius dixit quod nihil alienare potest de iure feudorum sine consensu domini tit. si de feud. controuers.fuer.§ si vassallus culpã cum concordantib. & postea fuerat extensum per dictum Regem Iacobum virtute supradicti capit. si aliquem, ad collaterales vsque ad trinepotes ab intestato, vt ibidem scripsi, nunc ex benedicto hoc ca-
9 pit. volentes facta est † extensio ad quoscumque, vt ait Pern.cons 8.col.2.& 3.vbi pulchrè, & in quartis notabilibus col. 3. & sic his naturalibus feudorum, hoc est eorum natura in alienationibus, alteratio est facta hodie stante hac licentia Regia vt per eundem Pern.cons 12.& Boniorũ. hic, & communiter * alios, & ita
10 stante isto capit. sic et posset † iam per pactum fieri cum domino, vt valeat alienatio contra ipsa accidentalia, vel naturalia feudorum, non autem contra substantialia l. pacta conuenta C. de pact.l.cum precario ff. de precar. Pernus in dictis quartis notabilibus fol. 40. Alex. cons. 49.lib.2.Beccius cons.45.nu 6. cum concordantib. per Marcum Ant. de Amatis decis.50.nu.14. in argum. adductis Surd. cons 243.num.29. & 30.cum seq.lib.2.& voluit Menocch.cons.1.num 14.15.16.& 17 lib 1. vbi ponendo quod feuda sui natura erant inalienabilia per d.cap. 1. de prohib. feud. alien. per Lothar. cum concordantib. intantum vt nec rei, neque naturæ mutatio mox facta præsumatur, etiam si talis mutatio à facto hominis dependeat vt per Alciat.in tract.de præsumpt. regul 2 præsumpt.1.& præsumpt. 20.& 25. ex quo mutatio sit accidens, & accidentia non præsumuntur, sicut nec iurisdictionis mutatio præsumitur, vt post Zas.Iason.Soccin.Bald. & alios Menocch.nu.121.& intellige quod in illis casibus, in quibus erat de iure communi feudorum olim necessarius assensus, ille assensus non dicitur noua concessio Regis, sed non facit aliud nisi quia tollit obstaculum vide post Bald.Bart. & Herculan.Matth.de Afflict.in constit.regni, Cum circa nu.14.tit.71. de ordinantiis iudicibus lib.1. addo supradictis Curt. Iunior. cons.108 nu.17. vbi ait quod est ampliata, & alterata natura feudi in hoc, & ratio erat quia olim alienando absque domini consensu feudum, videbatur contemptus dominus gloss.in §. hoc quoque de success.feudi.
11 Vna de rationibus † quæ colliguntur

à feudiſtis noſtratibus Siculis eſt, quare
permictatur feudorum alienatio abſque
dicta licentia, eo quia iniquum erat in-
genuis, liberiſque hominibus non eſſe li-
beram ſuarum rerum adminiſtrationē,
cum nihil ſit tam decens naturali æqui-
tati, quam voluntatem domini rem ſuā
in alium transferre volentis ratam ha-
bere per ea, quæ cumulat Yſern. in cap. 1.
§. etſi libellus col. 2. de alien. feudi pa-
terni, conſonat enim cum diſpoſitione iu
ris communis, per quam quilibet mode-
rator, & arbiter eſt in re ſua, etiam in
feudalibus, prout in allodialibus, vt ſub-
12 dam inferius nu. 21. † ampliando regulā
l. in re mandata C. mand. vt dixi ex Petr.
de Gregor. quem apportaui ſuper con-
ſuet. Panor. cap. 38. num. 14. modo addo
Pern. cōſ. 5. in princ. Ferdinand. Boniorn.
in d. cauſa Spaccafurni ſub verſic. quarto
ad iddem facit, & quæſt. 3. verſic. veritas
eſt, & in alleg. cauſæ Sicilianæ verſic. cū
ergo, vbi plus dicit quod ſtante hoc ca-
13 pit. regni veniunt feuda † appellatione
bonorum Fimia hic faciunt adducta ſu-
pra in cap. 32. Regis Iacobi in 2. declar.
* Tom. 1. & ita concludunt communiter *
ſcribentes hic, Prothonotar. Alliata poſt
Bald. in cauſa Sūmatini, Io. Fab. in Auth.
ingreſſi C. de Sacroſ. eccleſ. & inſtit. de
rer. diuiſ. in rubr. Chaſſan. conſ. 8. nu. 37.
& conſ. 66. Boer. deciſ. 123. quos refert, &
ſequitur idem Boniorn. in Alleg. Io. Fran
ciſci cum Io. de Paternione fratribus ver
ſic. quarto illud, d. lib. 1. feudal. ſicut de
bonis fideicommiſſo ſubiectis ait etiam
poſt infinitos Io. Petr. Surd. conſ. 73. lib. 1.
& placet illa declaratio, ſiue reſtrictio,
poſita hic per Cannet. fol. 21. 22. intelli-
gendo quo ad dictas alienationes, cum in
reliquis non veniant, quamuis in fine po-
ſtea ſe inuoluat, & dicat quod veniant
appellatione bonorum (facit quod dicam
fortaſſe infra in cap. 108. verſic. ſecundū
quod incurrit. vbi confiſcatis bonis con-
fiſcatur feudum) idem Cannet. fol. 23.
* nu. 32. vbi ait quod videtur * verior hæc
opinio ex Iaſon. Ruyn. & Tiraquell. per
eum citatis (non obſtante quod regula-
riter ſit contrarium, vt tetigi in conſuet.
Panormi cap. 43. nu. 2. cap. in generali ſi
de feud. fuer. controuerſ. Bart. in l. item
videndum §. fin. ff. de petit. hæredit. Bald.
in cap. 1. an agnat. nu. 4. Aluarott. in cap.
1. de eo, qui fin. fec. agnat. & ita dixit
Dom. de Maſtrillis eruditiſſimus Doctor
in Additionib. ad Petr. de Gregor. part.
4. quæſt. 5. in litera B. ſubdens ſecus eſſe
in feudis hæreditarijs, quia veniunt ſi-

quidem appellatione bonorum ex Frecc.
14 Alex. & alijs, in reliquis † feudis vero ex
pacto, & prouidentia, ſiue titulatis dicit
non venire appellatione bonorum, nec in
generali locutione ex eod. Freccia, Can-
net. Io. Andr. Affl. Minador. & alijs, ar-
gum. quod ſub generali beneficiorum im
petratione non veniunt dignitates, nec
Epiſcopatus, vt ipſe D. Maſtrill. ſubdit ex
Corn. & Speculat. maximè ſtante dictio-
ne vniuerſali iuxta cumulata infra in ca-
pit. 123. Regis Alph. verſic. præterea
Tom. 4. & in cap. 117. Regis Caroli ver-
ſic. niſi à dicta petitione Tom. 8. Iaſon. in
prælud. feudor. ſub num. 45. & conſ. 207.
col. 3. lib. 2. Affl. in conſtit. Comes, vel Ba-
ro in 4. notab. & iſtud eſt quod ſentijt poſt
Dec. conſ. 30. nu. 4. conſ. 36. num. 2. Curt.
Iun. Iaſon. Natt. & alios Surdus d. conſ. 1.
nu. 33. vol. 1. vbi quod licet in generali
conceſsione nō veniant feuda, tamen ſe-
cus eſt in vniuerſali; prout iddem eſſet
15 maxime † ſi dictum eſſet ſub illa clauſula
omnium, & ſingulorum bonorum, quia
illa dictio, ſinguli, exprimit, & diſtinguit,
ac diſtribuit indiuidualiter ſic Cannet.
d. fol. 22. num. 29. 30. ex Soccin. conſ. 300.
lib. 2. Oldrad. conſ. 300. addo poſt Bart.
Mazzol. Brun. & alios Camill. Borell. cōſ.
33. nu. 88. & ſeq. vbi quod veniūt iſto ca-
ſu omnia vniuerſaliter, ſpecificata, eſt
enim nota ne dum ſpeciei, ſed etiā indi-
uidui, ac ſi nominatim quippiam expri-
meretur ex traditis per Boniorn. ſuper
Bulla in verbo, ſpecialiter, & per Mila-
niſ. deciſ. 1. nu. 130. lib. 2. Surd. d. conſ. 73.
poſt multos nu. 62. 63. & ſeq. lib. 1. vnde
inferunt DD. Noſtrates ſuper Bulla (vbi
etiā latiſsime ſcribo infra poſt cap. 355.
Regis Alph. ampl. 1. Tom. 5. quod dictio
16 prædicta, ſinguli † operatur ſpecialem
ſubiugationē in ipſa Bulla Lanz. ad Petr.
de Gregor. fol. 41. col. 1. in fine, & fol. 42.
col. 2. in fine, Milaniſ. d. deciſ. 1. nu. 67. &
ſeq. & nu. 79. 80. 128. cum ſeq. vbi etiam
17 ait nu. 129. quod dictio omnia † adhuc
omnia includit, ex quo eſt vniuerſalis ni-
hil excludens ex Pariſ. Beroo, Rub. Gra-
uett. Natt. Cephal. Rolland. à Valle, Peda
mont. & Magonio, præſertim ſi adeſſet
geminatio verborum, v. g. omnium, &
ſingulorum bonorum, nu. 130. & in ſum-
ma per totam illam deciſionem, Caual-
can. deciſ. 16. nu. 10. part. 2. addo etiam
Riminald. Iunior. conſ. 16. num. 49. lib. 1.
vbi ait quod operatur vt nihil prætermi-
ctatur gloſſ. in cap. circa §. 1. verſi. omnia,
& ſingula de elect. in 6. Bart. conſ. 113.
Iaſon. in l. 1. nu. 24. ff. de legat. 1. & deno-
tat

rat ac si dixisset, illud, & illud separatim;
Rimmald. vbi supra, & conf. 27. nu. 12. &
conf. 59. col. 2. eod. vol. cum similib. per ip
sum Milanis. num. 129. ¶ Redactæ sunt
18 namque † in hoc regno Siciliæ feuda hæ-
reditaria ad instar allodialium, vel pa-
ganicorum Cephal. conf. 1. col. pen. lib. 1.
prout ita Gallia vocantur, vt refert Can
net. hic fol. 22. nu. 23. & dixerunt Patres
nostri antiqui Prothonotarius in alleg.
Caveni; Pern. d. conf. 8. col. 3. Septimus
hic in primo effectu, & ante eos Doctor
antiquus hic versic. an habeat locũ istud
capitulum, idem Pern. conf. 71. Ferdi-
nand. in causa Montismellis versic. non
curo, & sic est Frãciæ vt testatur Io. Fab.
instit. de rer. diuis in princ. & in d. Auth.
ingressi C. de sacros. eccles. quem sequitur
Guid. Pap. decis. 297. Constitutiones,
Dom. Octauius Corsettus lib. 1. quæst. fo-
rensium quæst. 7. num. 2. Chassan. d conf.
66. idem Cannet fol. 131. col. 2. & subdam
inferius nu. 23. ¶ Et si non potuisset sine
dicta licentia, de qua supra locutus sum,
vassallus alienare, vt erat in dictis con-
stitutionibus regni dispositum, attamen
præsumitur, vt euitetur excessus ita idẽ
Ferdinand. Boniorn. in d. causa Spacca-
furni versic. secundo alienatio per l. me-
rito ff. pro socio intantum vt iste consen-
19 sus † præstitus per hoc capit. operetur, vt
non requiratur alius consensus viuentis
domini, ac tantum habeat operari pote-
stas legis, sicut potestas hominis ita Ia-
cob. de Gregor & Lanz. in eorum Adno-
tationib. hic ex Andr. & Afft. in cap. 1. §.
sed & res col. 6. per quos fiat inuestit. ra-
tione quia æquiparetur expressus consen
sus Regis, & consensus legis Paris. de
Put. in cap. 1. qui success. ten. & de rein-
tegr. feudor. Frecc. fol. 149. nu. 11. & per
tradita superius nu. 5.

Fauorabilis quippe est dispositio hu-
ius capituli, non aliter odium, sed fauo-
rem continens, vt ex lectura ipsius appa-
ret, ibi, longius solito posse gaudere, &
ibi, intuitu seruitiorum, quorum verbo-
rum probatio legislatoris Serenissimi
nostri Regis Federici intentionem de-
monstrat, vt sentit post Pern. in d. conf. 8.
Cannet. fol. 13. nu. 45. & 56. vt dicit quod
non est dispensatio, & fol. 38 num. 37. &
20 iterum fol 132. col. 1. & consensus † non
fit aliud, nisi mera gratia dixi supra in
cap. antecedenti post princip. Gualtern.
de Pateen. quos sequitur Boniorn. in d.
causa Spaccafurni quæst. 2. versic. nono ca
pitulum regni, & in versic. non autem, &
in dicta causa Montismellis sub d. versic.
non curo, & in alia causa eiusdem Comi-
tis Montismellis, incip. Decima &c. vers.
secundo, & in d. causa de Bonfiglio cum
Montecateno versic. præsertim, vbi sub-
dit quod ex quo rex ipse Federicus pro-
tulit hæc verba, tamquam callens pro-
prietatem verborum, & terminos iuris
l. omnium C. de test. Bar. in l. 2. §. sed & de
his nu. 3. ff. de supellect. lega. fecit proprio
motu; vt patet ex illis verbis, ex solita
benignitatis gratia, qua benemeritos,
& fideles nostros consueuimus &c. & sic
est donatio, & beneficium, siue gratia ex
his, quæ posui in d. cap. antecedenti in
principio, & videtur tollere illud anti-
quum, quod notabat Bald. in l. feminæ §.
illud C. de Secund. nupt. vbi eos, qui non
21 possunt alienare † non posse veros. & per-
fectos dominos appellari vt sensi supe-
rius nu. 12. Molin. de primogen. Hispan.
cap. 19. nu. 1. Amescua in tract. de potest.
in se ipsum cap. 1. nu. 11. lib. 1. & per con-
sequens si ita est procedit hoc capit. etiã
in alienante, nulla necessitate cogente,
vt demonstrabo infra ampl. 12. Benequi-
dem quod intelligendum est, dum dicitur
longè solito posse gaudere &c. nempe. vt
ibid. gaudium sit respectu vtilis domi-
22 nij † non respectu proprietatis, vt ait
hic Blasc. Lanz. in princip. patet per
verba subsequentia, ibi, absque nostrorũ
læsione iurium, & de iure est quod con-
cessio proprietatis non intelligitur data
per hæc verba ex Bart. in l. 4. ff. de admi.
legat. Salicet. in l. 1. C. de priuil. fisc. sup-
pleo infra nu. 466. & sic subdit Lanza lo-
co citato quod istud, longius solito gau-
dere est, nempe, vt irrequisita licentia,
& absque metu pœnæ fiat alienatio.

Simile capitulum permittens aliena-
23 tionem † feudorum viget Mantuæ, vbi
bona feudalia liberè possunt alienari si-
cut allodialia ex consuetudine, de qua te-
statur Dec. d. conf. 386. nu. 2. quam vale-
re, ibi concludit ex pluribus fundamen-
tis, & in tota Gallia sensi supra nu. 18.
vt dixit Gloss. Parisiensis super consuet.
Paris. tit. 1. in rubr. in fine, Io. Faber in-
stit. in §. item seruiana, & §. fuerat instit.
de actionib. & instit. in princ. de empt. &
vendit. Guid. Pap. decis 59. cum simili-
bus per Boniorn. adductis in d. causa
Montismellis sub versic. non curo, & vide
eundem Dec. vbi supra sub num. 4. Bald.
conf. 185 lib. 1. per text. in tit. de pac. Con
stant. §. nos Romanorum, idem Dec. cõs.
208. & 279. Curt. Iun. conf. 171. nu. 9. hoc
iddem capitulum est Burgundiæ, & Ri-
uermẽsis similis est consuetudo, vt subdã
inferius

inferius in 3. ſpecificatione, & ampl. 46.
ex Surd. & alijs, quos ibi allego, nu. 239.
Corn conſ. 199. vol. 3. in cauſa Sclafani.
Et declarantur, & ſpecificantur iſtæ
permiſſiones circa alienationes dictorũ
24 feudorum ponendo primo, pignorare. †
& eſt prima ſpecificatio, vt quòd conceſ-
ſit in genere, liceret in ſpecie ſecundum
gloſſ. in tit. de alien. feudi. & ita ait anti-
quus Doctor de Tau, quem refert Pern.
hic; quæ ſpecificatio quodammodo ſu-
perflua videtur, quia nomen alienatio-
nis comprehendit etiam pignoris dona-
tione, ita Yſernia in tit. quib. modis feud.
amiſſ. verſic. vt ad tranſactum, nu. 28,
l ſancimus C. de reb alien. & quæ duxi in
conſuet Panormi cap. 66. nu. 37 immo eſt
minus ponere rem pignori, cum non pro-
priè ſit alienatio, ſed impropriè, ex quo
pignus remanet in bonis debitoris, alie-
natio verò transfert omne dominium,
vel ius, quod habet alienans l. ſi dominus
ff. de legat. 1 l. qui tabernas ff. de cõtrah.
empt. l. 1, C. de fund. dotali, idem Yſern. in
d. tit. de alien. feud. nu. 2. immo quod po-
terat feudum iſto modo pignorari vide-
tur text. in tit. de cont. int. domin. & fidel.
vbi Yſern. nu. 6, qui ait quòd poteſt re-
peti reſtituto pretio: per iſtam igitur
ſpecificationem corrigitur diſpoſitio tex
tus in cap. 1. §. fin. de inueſtit. de re alien.
fact. ibi, nam nec pignus poteſt fieri ex
feudo, vbi Bald. in ſummario, etiam ſi
pignoratio ſuperet, & æquipolleret pro
tanto pretio rem, quæ ita eſſet pignora-
ta, quo caſu præſumeretur, quod eam ha
bere vellet, & per conſequens eſſet quo-
dammodo creditori l. antepen. in princ.
ff. de legat. iij. vnde tantum eſſet iſto caſu
ac ſi alienaſſet, quod facit ad quæſtionem
25 de prohibito alienare † nam ſi pro tanto
pretio pignorat rem, vt nõ ſit veriſimle
luiturum, videtur alienare l. qui habeat
ff. de legat. iij. cap. 1. §. aut ſi liuellario,
quib. mod feud. amiſſ. Bart. in l. legata §.
ſupellectili ff. de ſuppell. legat. & de hac
prima ſpecificatione ſentit etiam Fimia
in cap. Ritus 96. vbi ait quod alias fuit
dubitatum quod ſi quis tenebat caſtrum,
26 vel gabellam alicuius † in pignus pro tan
to ad iſquictandum, ita quod ſoluto de-
bito, & interuſurijs reſtitueretur domi-
no, an poſſit actor rem petere, quod re-
ſtituatur pretio de iudicatum ſoluendo,
& licet prima facie videatur ſẽtire quod
ſic per l. ſtatuliber ff. de ſtatulib Alex. in
l ſi mora ff. ſolut. matr. tamen poſtea dicit
quod quando intricata oritur ratio ab
initio ex voluntate, & ordinatione con-
trahentium, quod non habet locum præ-
ſtatio fideiuſſionis ad effectum rei conſe-
quendæ, v. g. quando res fuit pignorata
pro centum conſequendis, & fructibus,
quibus perceptis pignus ſit liberum, &
ſubdit hic idem Fimia, quod ex iſta pri-
ma ſpecificatione videtur quod ĩ generali
obligatione bonorum feuda veniãt, cum
olim non veniebant, quia requirebatur
conſenſus domini, de quo particulari lã
habes ſuperius ſub verſic. vna de ratio-
27 nibus. ¶ Quid autem † ſi verteretur lis
inter dominum, & poſſeſſorem, & poſſeſ-
ſor diceret ſe non tenere in pignus, ſed
in feudum, dominus autem dicat ſe de-
diſſe in pignus, & quod vult reſtituere
pretium, ac repetere rem feudalem an
ſtabitur iuramento poſſeſſoris, dic non,
niſi probet ſe inueſtitũ per pares, Yſern.
& gloſſ. in d. tit. de content. int. dom. & fi-
del. & tetigi infra in cap. 452. Regis Al-
phonſi ampl. 3. verſic. intellige Tom. 5.
Secũda ſpecificatio eſt vt poſſint etiam
28 vendere † & ita dixit de noſtratibus
V. I. D. Iacob. de Gregor. & Lanz. in eorũ
adnotationib. hic ex Guid. Pap. conſ 176.
Pern. conſ. 4 col 7. propè medium, dicens
quod hoc capit volentes habet locum in-
differenter tam in expreſſa diſpoſitione
inter viuos, quàm inter mortuos, & in
vltima voluntate, idem Pern. & Tau. hic,
& ſic quemadmodum conſtituitur feu-
29 dum † inter viuos mediante contractu,
vt in cap. 1. quib. mod. feud. conſtit. pot.
Iacob. de Beluiſ. in cap. 1. & ibi Laudenſ.
tit. 1. de feudis, Iaſon. in vſib. feudor. nu.
71. ſic dico quod res redit ad ſuam natu-
ram, quemadmodum ſubdam infra in
quinta ſpecificatione, immo ſicut hodie
eſt permiſſa venditio feudi abſque licen-
tia, iddem dico ſi quis promiſiſſet ven-
dere, quia, etſi olim erat etiam prohibita
30 promiſſio de vendendo † prout venditio,
ratione quia per talem promiſſionem de-
uenitur ad venditionem, vt ait Affl. in
conſtit. diuæ memoriæ nu. 32. Soccin. in l.
1. nu. 3. ff. de condit. indeb. idem Affl. de-
ciſ. 293. col. 1. Dec. Iaſ. Nicoſant. & Alex.
citati per Io. Anton Batium in Annota-
tionib. ad ipſum Affl. in conſtit. ſi quis
poſt litem in litera D. & dixi in Ritu cap.
114. nu. 10. Tom. 4. vbi poſui concordan-
tia, tamen ſtante hoc capit. concedente
venditionem, ita & promiſſionem de ven
dendo, ex quo valet talis promiſſio, ma-
ximè ſi eſſet iuramento roborata, nam
tunc tranſit in venditionem, vt ait Surd.
conſil. 457. nu. 14. vol. 4. vbi etiam tenet,
quòd ex ſola promiſſione de vendendo
acquiratur

acquiratur ius in re, vel quãdo esset promissio circa dotem, quo casu non liberatur, adhuc soluto interesse, Surd. vbi supra, nu. 40. post Bald. Nouell. & Iason. & vide per eum alias fallentias. nu. 41. 42. & faciunt scripta per Bartol. in l. si a seruo §. si pupillus ff. ad l. falcid. vbi inducit ad quæstionem v.g. si staret statutũ quòd
Camer. Rimin. Aũ Bursat. & alij citati per
Lud. Sacca d. resp. 3. n. 300. cũ seq. vbi qđ
94 refutare † nõ est alienare, sed ius suũ re-
stringere, recipiẽtẽ autẽ iure proprio ca-
pere, subdens ꝙ nec cõpetit relevium, nec
laudemiũ dico in c. 87. Regis incliti Ioã-
nis declar. 4. Tom. 6. arg. illius creditoris,
q debet habere centũ, cui facit refutatio-
nẽ, protidẽ habitis, vel p dimidio, quo ter
mino vtitur Bar. in l. Aurelius §. caius in
fine ff. de liber. legat. quãuis exẽplũ nõ sit
æquale totaliter ad propositũ, de quo loq-
mur) Andr. in cõstit. cõstitutionẽ col. 3. Fe
lin. in cap. quæ in Ecclesiarũ col. 3. de cõ-
stit. declar. 7. Pet. de Greg. de cõcess. feudi
part. 2. q. 10. n. 17. ¶ Etiã retento siuè re-
95 seruato vsufructu † per refutationẽ nõ ob-
stãte hoc cap. volẽtes est com.° opi. & vsu
recepta in regno, idẽ Cannet. hic fol. 161.
n. 36. quẽ allegat Capizan. in alleg. veriq;
vbi latissimè addo Dominũ D. Gars. Ma-
stell. decis. nu. 1 1 etiã si reseruatio respi-
ceret vsũ dom°, annuorũ redituũ, vegetũ
vini, & similiũ, & ideo nõ procedant quæ
ait Loffred. cons. 3. Camerarius, & Io.
Francisc. de Ponte d. cons. 12 qui tenent
non valere reseruationem, nec refutatio-
nem stante indiuiduitate contractus, Lu-
dou. Sacca d. resp. 3. nu. 375. cũ seq. nam in
hoc Regno aliter seruam°, nisi loquamur
de ea reseruatione vsusfructus, ex aliena-
tione, vt subdã infra restrictione 1. versic.
adeone n. 251. & in hãc partẽ latissimè in-
clinat Sacca loco citato a n. 383. cũ plurib.
seq. vbi quòd nõ procedit circa hũc vsum
fructũ vita durãte, sed in præiudiciũ suc-
cessorũ non valeret, vt ibi latè per eũ. &
reprobat Loffred. contrariũ subtilizan-
tem; & latè plusquam alius vide per eũ
vsque ad nu. 431. cum plurib. seq. & quæ
dicã infra restrict. 2. illation. 4. vbi an pa-
ter in bonis feudalibus habeat vsũfructũ
etiã ait ipse Capizanus, q refutatio ipsius
96 feudi erit ppetua † nec morte refutantis
resoluitur; nec morte proximioris p mo-
riẽtis cũ filijs (arg. qđ dixi in cõsue. Pan.
ca. 80. circa dotis restitutionẽ) & allegat
Blasc. hic limit. 1. vers. sed istã cõclusionẽ
p cap. 1. de alien. feudi paterni, sicq; trãsit
ad filios refutatarij, nocetq; alijs, q forte
tẽpore mortis refutãtis inuenirẽtur pro-
ximiores, & quę pono infra n. 119. ad quod
facit qa paria sũt ꝙ qs excludatur mor
te, vel refutatione Bald. in l. inter liberos
nu. 16. ff. de verb. signif. Mãdell. cõs. 86.
97 nu. 9. ¶ Et licet pximitas cõsideretur †
tẽpore mortis, illud est verũ respectu suc-
cessiõis ab intestato, sed quoad validitatẽ
refutationis inspicitur tẽpus ipsius q equid
dixerit idẽ Cãnet. aliàs cõsulẽdo in causa
feudi Gristiæ, cõtra quẽ est magis com.°
opin. vt testatur idẽ Capizã & allegat Io.
Aloys. de Septimo in causa Palazoli, q ait
ꝙ oẽs secuntur Sacratã hic, qđ & ais Bon-
iorn. in d. causa Bucchertj sub vers. 2. prin-
cipaliter, teneat cõtrariũ in hoc. ꝙ immò
98 refutãs † ab hora refutationis p mortuo
habeatur ex Andr. de Yser. ab eo allegato,
& per text. in l. 1. C. de primipil. lib. 12. &
p text in l. actione ff. pro soc. Bal. vers. 138.
lib. 1. in antiquis q ait ꝙ est quædã renun
tiatio, vt tetigi superius n. 91. & videtur
habere rẽ p derelicta, refutansque subdu-
citur de medio, Blasc. in causa Castaniæ,
vbi pulchrè, Andr. locis citatis, & in c. 1. p
quos fiat inuestit. & hanc opinionẽ tenet
etiã Cannet. hic fol. 87. & quamuis in fine
concluserit, nunc verò nõ determino quia
opus est decisione Cæsarea, tamen iã ipse
fatetur esse magis veram, & fundatam su
per firmã petrã, & fatetur etiã succubuis-
se in d. causa di la Gristia, in qua tenebat
cõtrariũ, & ita tenuit etiã Pet. de Greg. d.

part.2.quæst.10.nu.55. & 56.vbi quòd in
99 feudo † pacti, & prouidẽtiæ filio suo pri-
mogenito refutato per patrem, si ille
primogenitus præmoriatur patri suo.nõ
transmictit tale feudum ad nepotem ex
eodem Andr.de Ysern.in cap.1.§. his ve-
rò deficientibus de grad. succession. in
in feudis, & in cap. 1. de eo, qui sibi, &
hæredibus suis, Pernus in additione ad
hoc capit.in feudo vero hæreditario est
secus, quia semper transmictitur ex Sa-
curafa, Iacob. de S. Georgio, Aluarott.
Soccin.& alijs, & quæ tango inferius nu.
117.& per eas rationes,de quibus scripsi
in cap.18 limit.1.Regis Philippi, vbi vi-
deas de veritate Tom. 9. ¶ Etiam quòd
100 cum quæ sit feudum † v. g.quaternatum,
vel planum, aut de tabula,quia, etsi fiat,
differentia per DD. feudistas, vt quando
feudum esset quaternatum, non posset
refutari sine consensu Principis,ad quem
spectat collatio, & si a barone teneat, si
vero esset planum sic, vt voluit Andr. de
Ysern. in tit. quõ tempor. miles §. sanci-
mus sub nu. 11. cuius dicta procedunt in
meris terminis iuris feudalis. ¶ Irtan-
101 tum vt istæ † similesque refutationes pos-
sint fieri in casibus in quibus aliquis v. g.
promitteret petere inuestituram, & pol-
liceri homagium tali die,si non venerim,
refuto ex tunc feudum, vt ibidem per eũ,
ne aliàs incidat in regulam quod voluit,
non potuit, quod potuit,noluit l.in ambi-
guo ff de reb. dub. l. multum interest C.
102 si quis alt.vel sibi. ¶ Etiam si talis † re-
futatio fiat in manibus Regis per ea,quæ
dixi superius in 5 specificatione, siue ex-
presse, siuè tacitè. ¶ Etiam si huiusmo-
103 di † refutatio fiat filiæ feminæ proximè
successuræ, vt tetigi paulo superius, etiam
cum constituto constituendo se precario
possidere posui in d.cap si aliquem, quod
est cap 31. Regis Iacobi in tertia prærro-
gatiua in versic. intelligo etiam Tom. 1.
& vide etiam infra in cap.110.incip. eo-
rum fraudibus.
104 Atque ex tali vsufructu reseruato † in
casu prædicto circa proximè successurum
nascitur, vt etiam omne dominium fue-
rit translatum in refutatarium, & pos-
sessio, prout in terminis dicit Saccurasa
d. 3. succes. ab intestato in prima forma,
versic. sed si baro denauit, Io. Aloys.
de Septimio in consilio linguæ grossæ, &
in causa Sclafani, Corn.d cons.199.nu.59.
lib 2 Iason con.fil 6 col.pen.lib.3. Ferdin.
Boniorn.in d. causa Buccherij, versic. 2.
principaliter, Angel. in l. quisquis C. de
donation, Petr.de Gregor.d.quæst.3.n.20,

Intelligo primo vt ista refutatio fiat
105 proximè † successuro ex supradictis cap.
1.§.etsi cliẽtulus de alien.feudi,vide quę
ponit Surd. cons.457. sub nu.43.lib.4. &
nu.44.45. omnino Loffred.Freccia,& alij
per Io. Franc de Ponte d. cons. 12 col 2.
Ludouic. Sacca d. resp.3.nu.300. cum se-
quentib.& multos citat num.323. & seq.
& præsertim, vt tetigi quando alienatio
feudi, siue refutatio esset facta in filios
(& est vna de ampliationibus, de qua
tangam infra ampl.35.) talis enim refu-
tatio non potest fieri, nisi ei, qui proximè
est successurus Bald.in cap. 1. num. 7. de
alien.feudi paterni, Afft.in d.§.etsi clien-
tulus, Ysernia, Camerar. & alij citati per
eundem Surd. decis.343.nu.8.d.vol.4. &
nu.21.& seq est verum quòd paulo infe-
rius ib dẽ Surd. nu. 27. determinat quòd
106 potest fieri refutatio etiam remotiori †
domino reluctante, quia in isto casu
quando fit refutatio in agnatum non est
necessarius consensus domini, sed alio-
rum agnatorum proximiorum, idem
Surd.n.u.34. & 41. per cap.1.§. præterea
quib. mod. feud. am.itt. Iacob. de Beluis.
Aluarott.Præposit Afft. Tiraquell.& Petr.
Pecchia per ipsum Surdum allegari, vbi
subdit nu. 33. quòd si facta alienatione
in agnatum remotiorẽ sine domini con-
sensu, agnatus proximior taceret per an-
num, excluditur, & confirmatur aliena-
tio, ac si à principio illius consensus in-
teruenirer d.§ titius si de feud.fuer.con-
trouers.vbi gloss. Ysern. Bald. Aluarott.
Præposit. Afft Dec.Gozadin. Ruyn Be-
rou. Cephal, Rolland, Thom. de Marin,
Bursatt.Io.Baptist. Surd. Scrader. & alij
allegati per ipsum Io.Petr.Surd.d.nu.35.
& sentit Ludou. Sacc d.resp.3. num.323.
quod potest fieri etiã remotiori ratione
107 etiam quia in alienatione † quacumque
generaliter prohibita,non venit illa,quę
fit in filios, vt ponam pro ampliatione
infra in versic.amplio. & extendo tertio,
idem Surd. cons.461.num.9. & seq vol.4.
per l.1.C.de impun.lucr. descript.lib.10.
Bald.cons.388.nu.3, vol. 1.& in l.cum pa-
ter §.cum inter ff.de legat.2.vbi Petr.Sa-
licet. in l. ea lege C. de condit. ob caus.
Ruyn.in l.filiusfamilias §. diui versic. &
est speciale ff. de legat. 1. subdens ipse
108 Surd.nu.10 sic † esse quòd etsi prohibea-
tur fieri alienatio in potentiorem, non
prohibetur in filium alienare, & est li-
mitatio ad l. 3. C. de iur.emph. sicque
dixi in comentar. consuet. Panormi cap.
27.à nu.15. vsque ad num.25. vbi præser-
tim nu.20. scripsi quòd pater potest in fi-
lium

lium alienare, non obstanre quòd filius
sic potentior, & ibi allegaui Iasonem (&
potes adaptare ad ea, quæ dicam infra
in cap.81.Regis Caroli limit.1. Tom.8.)
Surd. vbi supra ex Bald. in d. l. ea lege,
Felin.in cap.afferte num.4.de præsumpt.
subdens, & faciens multas illariones.
¶ Sic eodem modo prohibitio facta ma-
109 gistratui † ne emat prædia in prouincia,
excludit filium ementem bona paterna
l.qui officij ff.de contrah.empt.gloss. in l.
aufertur §. quòd à præside ff. de iur fi-
sci, Tiraquell.de retract.consanguinit.in
præfat.nu.145.& in §.1.gloss.9.num.162.
& seq. ¶ Sic etiam esse quòd statutum
110 prohibens mulierem donare † sine con-
sensu proximiorum, non liget eam quin
proprijs donet filijs, Surd.nu.11.ex Bald.
cons.407.vol.2.Crauett.cons.39.num.14.
Rip.cons.198. in 1. dubio, Cephal. cons.
13.nu.41.cons.109.col.3.cons.161.n.25.
Riminald.cons.15.nu.5. Lamberteng. de
contractib. eorum in fine num.109. quia
hoc non obstante tam filius cum patre,
quam è conuerso pater cum filio possunt
centrahere, Bald.in l. 3.quæst. 21. C. de
collationib. Alex.cons.106. in fine vol.1.
Iason, Decius, & Cotta, de quibus per
Riminald.d.cons.15.num.5. Ripa d.cons.
198. Tiraquell. de legib. connubialib.
gloss.5.num.33.& seq. Lamberteng. loco
citato, Passett. cons.219.nu.2. ¶ Sic vi-
111 demus † quòd prohibitus alienare ex
principis decreto, non intelligitur pro-
hibitus instituere filios suos, ex quò non
est propriè alienatio, Bald.cons 37.nu.3.
vol.3. Io.de Garzon.in rubr.C.de secund.
nupt.nu.138. Cephal. loco citato nu. 27.
cons.161.nu.17.Surd.nu.12. ¶ Sic etiam
112 esse quòd statutum excludens † forensem
ab acquisitione, non liget filiam quomi-
nus parentibus succedat. Capra, quem
refert, & sequitur Firmian. in suo reper-
torio in verbo forensis nu. 8. Corn.cons.
111.in fine vol. 3. Soccin. Iun. cons.18.
nu.33.vol.3. Surd.d.cons.461. nu.13. Al-
ciat.cons.53.nu.7. Plotus cons.108.n.75.
inter consilia criminalia diuersorũ, quia
113 in effectu coniunctio † inter patrem, &
filium pro vno capite habeatur, & pro
eadẽ persona, vt sequitur latè ipse Surd.
nu.14.& seq.& nu.15.dicit post Angel.de
Perus. Imol. Angel. de Perigl. & alios
114 quòd statutum de soluenda † gabella
pro quacumque hæreditate, non habet
locum in paterna (facit cap. 338. Regis
Alph.infra Tom.5.) Capra cons.41. idem
Surd.nu.16. ¶ Est verum quod istum pri-
mum intellectum subintelligo, vt possit
115 fieri, etiam non proximè successuro † cũ
ista differentia, quia vtroque modo non
offenditur dominus, siue fiat proximo,
vel remotiori successuro, & ita intelligo
Cannet.& alios supra allegatos, siquidẽ
quando fit remotiori offenditur, & præ-
iudicatur proximior agnatus, nõ autem
dominus, ita post Afft. & Cephal. cons.
27.nu.8.& seq.ait Surd.d.cons.108.num.
20.& nu.34.35.& Alex. Bald. Cardinal.
Alexandr. Ysern. Fælin. Natt. Crauett.
Rolland. Riminald. Cephal. Freccia. Soc-
cin.Iun.& alijs.
116 Intelligo secundo istam secundam †
ampliationem, dummodo refutatio ac-
cepretur per refutatarium; aliàs re inte-
gra potest reuocari, estquè locus peni-
tentiæ ex adductis supra in d. cap. si ali-
quem in 2.prærogatiua limit.1.
117 Intelligo tertio dummodo † talis re-
futatio fiat expressè, non autem tacitè
ex his, quæ dixi supra in cap.39. Regis
Iacobi versic.3.intelligitur, Tom.1.mor-
tuo autem filio successuro (cui pater v.g.
donauit, vel vendidit) absque liberis, &
præmoritur dictus filius absque filijs, re-
dit feudum ad patrem, vt tetigi superius
n.99. And.de Ysern.in tit. per quos fiat in-
uestit.cap.1.in princ.vnde hoc casu, licet
118 regulariter feudum descendat † vt dixi
in d.cap.si aliquem num.63.(arg.eorum,
quæ notat Surd.cons.206.nu 33.lib.2.vbi
quòd ascendenti non quæritur per stipu-
lationem descendentis etiam in casu do-
tis, vt dixi supra in cap.6.sub versic.& sic
dico, de quò dubito valde quinimmo ho-
die indifferenter quæritur maximè per
stipulationem notarij) hic ascendit, vt di-
cit Pern.in tertijs notabilibus col.2. Item
sine præiudicio venientium, & vocato-
rum ad ipsum feudum, etiam si esset pro-
missum non venire contra, quia refuta-
119 tio est personalis, cuius naturæ est † vt
morte expiret, nec egreditur personam
vide eundem Pern. in quartis notabili-
bus col.9.& 10.faciunt supra nu.96.
Intelligo quarto, vt non ob id quòd
120 feudum refutatum sit † desinat vocari, &
esse eo modo, quò erat, quinimmo erit
vt prius, ideoque feudum paternum re-
futatum à patre in persona filij, cui est
collatum paternũ nihilominus erit cap.
1.de vassall.decrepit ætat. etsi feudũ erat
antiquum, censebitur sic, non tamquam
de nouo datum, quia inspicitur origo,
non. quòd accidit l. quod dicitur ff. de
impens.& consideratur datio eius, cuius
est originalis, non titulus successionis, &
natura originis nati feudi inspicitur po-

tius, quàm causa retinendi ex successione, quæ delata est, principiumque, ac causa spectatur, cum ad primordium posterior firmetur euentus, Ysernia in tit. Imperator Lotharius sub nu. 5.

121 Intelligo quinto etiã † vt non obstante quòd feudum sit refutatum, non ob id possit vassallus offendere dominum, idem Ysernia in tit. de feud. sine culp. nõ amitt. versic. domino nu. 2. per cap. 1. de feud. alien. & de vassall. qui contr. constit. Lothar.

Intelligo sexto, vt quando loquimur
122 de refutatione † subaudias de mera, ac simplici vt ait Camer. in cap. imperialem versic. pro expeditione fol. 233. quò refert, & sequitur Surdus d. conf. 457. nu. 50. vbi aiunt non posse fieri refutationem in testamento, sed per solum contractum inter viuos, Ysern. & Loffred. conf. 3. nu. 18. & seq. tamen inuenio quòd idẽ Surd. in d. decis. 343. nu. 43. cum seq. teneo contrarium, vbi determinat magis valere refutationem, quæ fit in vltima voluntate, quàm inter viuos, quia relicta per vltimam voluntatem agnato, videntur data tamquam successuro, quæ vero per contractum dantur, tamquam in extraneum ex Scrader. & Tiraquell. reprobato Romano in consil 476. nu. 3. & Camerar. in d. cap. imperialem versic. hinc certè fol. 179. & fol. 229. in quibus locis volunt refutationem non posse fieri proximè successuro, nisi inter viuos, non in vltima voluntate, ea fortassis ratione quia
123 feudum per mortem vassalli † transit in agnatum vigore inuestituræ, & feudalis concessionis, vnde non posset fieri ex alia causa, nam quòd meum est non potest fieri amplius meũ ex iurib. adductis per ipsum Surd. cui rationi ipse optimè respondet nu. 46. quòd hæc ratio nõ potest substineri, quia eadẽ res potest fieri mea
124 dupplici ex causa † quando vtraque vtroque tempore concurrit, & refutatio recipit effectum statim à die refutationis factæ per refutatarium, qui posset esse quòd viueret, non sic per successionem vigore inuestituræ, nam deberet expectari effectus consumatus mortis vassalli: nec est vera illa ratio quòd per refutationem factã in vltima volũtate agnato proximiori nulla afferatur vtilitas refutatario, quia, vt dixi, posset esse quòd adhuc viueret; nisi dicamus, quòd viuendo, non fit refutatio ex contractu, sed ex testamento, quòd non posset habere effectum, nisi post mortem; & hoc modo non valeret vt alienatio ex ista vltima voluntate, sed vt refutatio fit, d. cap. 1. de alien. feudi paterni, nàm non potest quis refutare per mortem illud, quòd per eandem mortem perdit, sed viuendo fit refutatio, ex quò tollitur de medio, non autem moriendo, namque tunc feudum definit esse suum, & ita realiter possunt saluari Ysern. Camer. Roman. & alij, in quorum opinionem reuera video quòd inclinat Surd. in d. decis. superius allegata; reliqua in materia refutationis suppleo in cap. regni 158. Regis Caroli ampl. 1. Tom. 8. vel in d. cap. 18. Regis Philippi.

125 Amplio, & extendo tertio † hoc capit. maximè procedere si alienatio esset facta in vnum ex filijs ex his, quæ dixi superius in præcedenti extensione 2. in 1. intellectu, nu. 107. & per ea, quæ scripsi infra in cap. præced. 18. Regis Philippi versic. limitatur procedere Tom. 9. l. non debet ff. de regul. iur. quia si potest in extraneum, multo magis in hunc, facit d. cap. 23. & 39. Paralippomen. de refutatione facta per Dauid in Salomonem filium, l. nec in ea ff. de adulter. Ferdinand. Bonior. in d. causa Buccherij, versic. & quò ad terminos lib. 1. fendal. Saccuraf. de success. ex testam. in 1. forma, Andr. in d. constit. constitutionem in princip. maximè si esset proximè successurus, vt dixi supra num. 105. & etiam si feudum esset
126 pacti † & prouidentiæ d. cap. 1. de alien. feudi patern. idem Ferdinand. in causa Burgij versic. secundo, idem Andr. in constit. vt de successionibus, quicquid circa istam ampliationem tenuerit contrariũ Cannet. hic fol. 124. §. & non erit inutile per totum, quia impugnat Saccurafam; & intellige quando non esset proximior; quia aliter esset refutario, vt dixi supra in proxima ampliatione, alias serua capit. titius si de feud. controuers. fuer. & intelligo hanc ampliationem de feudo hæreditario, nam de feudo ex pacto, & prouidentia non potest alteri prælegari, quàm filio primogenito, cui est ius quæsitum per ea, quæ dixi in d. cap. si aliquẽ in 2. prærogatiua, sub versic. & ideo.

127 Amplio quarto multò magis † quãdo feudum esset simpliciter hæreditarium, vt tetigi superius in 5. specificatione, est enim feudi hæreditarij libera dispositio l. vnum ex familia §. si rem ff. de legat. 2. Pern. d. conf 6 fol 8. col. 4. Fimia hic per d. § hoc quoque, & ex Bald. in cap. 1. an agnat. & in §. qualiter de his qui feud. dar. poss. l. si pactũ ff. de probat. v. g. quando esset dictum titio, & hæredibus suis,

A ponte

A ponte conf.34.nu.4.ita post Parif.Dec.
Gozadin.Curt. Affl. Ofafe. Boff. & alios
Surd.conf.551.nu.25.vol.4. & allodij, vt
fubdam inferius, nu. 136. 137. & in du-
128 bio ita præfumitur † hæreditarium (de
iure communi feudorum, non autem de
iure regni huius ex his, quæ dico in d.
cap.456. Regis Alphonfi verfic. priuile-
gia Tom. 5. quia non apparente forma,
aliud iudico in hoc regno, vt ibidem, &
tango inferius num. 151.) Ceph. Ruyn.
conf.15.nu.6.conf.17.lib.1.Curt.Iun.cõf.
3.nu.4.gloff. & DD. in cap.1. quib. mod.
feud. conftit. pot. & in cap. 1. dè duob.
fratrib. à capit. inueftit. Andr. in cap. 1.
§. fin. quib. mod. Feud. amitt. Cuman.
Curt. Iun. Natt. Menocch. Alciat. Rub.
Neuizan. & alij plures citati per Surd.
conf.105.nu.8.lib.1. Pern.conf.14.& in
fecundis notabilib.col.2. de Noftratibus
Fideric. Campixan. in allegatione pro
vniuerfitate terræ Rametræ contra Ba-
ronem terræ Bauufi, vbi etiã citat Ruyn.
conf.18.lib.2. Alex. conf.162.lib.1. DD.
in l. ex facto §. fi quis ff. ad trebellian.
Grat. conf.14.lib.1. vbi docet de com.*
opin. & fic poteft feudum venire in pe-
titione hæreditatis, vt ait idem Pern. d.
conf.6.& dixi fupra nu.46. per l. item vi-
dendum, & ibi gloff.ff. de petit. hæredit.
Andr. de Yfern. in tit. de fucceff. feudi §.
& olim num. 7. feudum nempè in dubio
præfumi non in forma ftricta, fed hære-
ditarium pro fe, & hæredibus fuis quia
fic erat forma de iure communi feudorũ,
vt dicam in d.cap 456. Regis Alph. loco
citato, & ita determinat Campixan. lo-
co præcitato, adducens Modernos in ifto
capit. volentes, Petr. de Gregor. de con-
ceff feudi part. 2. quæft. 9. poft aliquos à
fe adductos, & fic citra nomen hæredis
non poteft haberi feudũ ipfum, Ramund.
de Ramundettis in eadem allegatione
pro vniuerfitate eiufdem terræ Rameta-
tæ, qui ait omnes Patres regni fic tenere
in lecturis, & in allegationib. & ita etiã
concludit Blafc.Lana. hic in princip. fub
verfic. iftud ergo, qui dicit quòd iftud
gaudere lõgè folito appofito in hoc tex-
tu, & de quò dixi fuperius, intelligitur,
nempè quòd feudum fit tranfmifsibile ad
quofcumque hæredes, etiam extraneos,
prout ita declarauit, & intellexit hoc
iddem capitulum idem Rex Federicus
ex quodam priuilegio, de quò refert
Pern.conf.4.col. fin. & conf. 7. & conf. 8.
col. 3. vbi fubdit quòd amor feudi natura
extraneos non refpuit, & conf. 14. col.3.
& corrigitur ius commune, quòd voluit
transmicti ad hæredes fanguinis (ex his
quæ dicam inferius verfic. quæ vera sũt)
ex cap. 1. §. fi clientulus de alien. feudi,
Bald. in cap. 1. §. 1. de his, qui feud. dar.
poff. cum fimilibus ab eo allegatis cap. 1.
de alien. feudi paterni, cap. 1. de fucceff.
feudi, vbi tam inter viuos, quam in vl-
tima voluntate erat prohibitum ad ex-
traneos alienare, Pern. d. conf. 8. in prin.
qui fubdit quòd immo contrafaciens pu-
niebatur, & fucceffor reuocabat cap. ti-
tius fi de feud. contr. fuer. etiam fi mentio
heredis facta effet, nedum in verbis difpo-
fitiuis, fed etiam executiuis ipfius con-
cefsionis feudi, Curt. Iun. conf. 3. col. 1. &
2. Petr. de Gregor. d. quæft. 9. nu. 3. etiam
fi effet dictum, quibufcumque, quia de
iure communi femper intelligebatur de
fanguinis hæredibus, vt dicit ipfe Pern.
ex Bald. & alijs, quicquid fit tamen iam
129 ipfe concludit † ex communi * omnium
fententia hic quòd de fui natura feuda
fint tranfmifsibilia ad quofcumque hæ-
redes, etiam extraneos Petr. de Gregor.
vbi fupra, Surd. d. conf. 1. nu. 9. poft mul-
tos, quos allegat, Bald. in l. habita ff. de
vfu, & habit. latifsimè Ludouic. Sacca d.
conf. 91. per tot. & quæ dico infra ampl.
29. num. 201. dixi fupra in d. 5. fpecifica-
tione, & eo modo, quò pofui infra in d.
cap. 456. Regis Alph. verfic. benè loque-
rentur Tom. 5. nam tunc nulla adeft du-
bitatio quin fit alienabile, vt per Saccu-
raf. hic in 1. forma, vbi ait deberi folum-
modo filio legitima fuper eo in pecunia,
quem fequitur Boniornus in caufa, ver-
bum cauli, verfic. 4. & iddem dicit de tre-
bellianica Gualternio de Paternione
Gugl. de Perno, & omnes pafsim, quos
citat idem Boniorn. in caufa Spaccafurni,
verfic. veritas, & volui fupra num. 46. &
infra nu. 205. circumfcribitur enim ifto
cafu hoc capit. volentes, ac fi non effet
conditum vt per Pern. d. conf. 8 Affl. de-
cif. 140. vbi ita fuiffe decifum * per Sa-
crum concilium, Petr de Gregor. d. quæft.
9. num. 5. quia nihil operatur circa feuda
130 hæc hæreditaria fimpliciter † hoc eft,
pro fe. & hæredibus vt per Yfern. in d. §.
& olim de fucceff. feudi nu. 7. Alex. conf.
53. in caufa lib. 5. verfic. alio principali,
Dec. conf. 208 conf. 390. & cõf. 444. Gloff.
Parifienf ad Alex. conf. 44. & ad conf. 120.
lib. 1, latè Cannet. hic fol. 45. qui ait effe
merè hæreditarium, & fol. 47. quamuis
fe inuoluat nu. 27. & feq. & malè in hoc
audiuit Io. Petr. Surd. conf. 63. à nu. 9. cum
feq. & conf. 108. nu. 14. & 15. lib. 1. vbi vo-
luit hoc feudum conceffum pro fe, & hæ-
redibus

redibus esse mixtum, & non simpliciter
hæreditarium, & secundum quid, quia
verbum, hæres, dicit ipse in materia feu-
dali intelligitur de hæredibus sanguinis
d.nu.14.ex Bart.Ysern, Bald.Angel.Dec.
Corn. vtroque Soccin. Fælin. Rip. decis.
Pedamont.Paris.Natt.Cephal.Curt.Iun.
& Seniore, Ruyn. Rub. Alciat. Phanut.
Grauett. Cephal. Alex. Affl. Anton. de
Alex.Gozadin.Io.de Ferrar. Boss. Neui-
zan.Clar.Viuio,Villalob.Rub.Pinell.Syl-
uan. Bursatt. Riminald. Guerr. & alijs,
quòd non affirmo inferius in versic. quæ
vera sunt, & quicquid sit de iure com-
muni feudorum per d.§.1.§. etsi clientu-
lus de alien.feudi, in Regno hodie aliter
seruatur, vt prædixi, & fallitur ipse Surd.
nam realiter est hæreditarium, & Docto-
res, quos ipse allegat præsertim Dec.cōs.
395. loquuntur quando adesset aliquid
131 adiunctum † v.g. pro se, & hæredibus le-
gitimis, quia illud adiunctum, legitimis,
facit esse mixtum, indico inferius in d.
versic. quæ vera sunt, & Pern. per eum
allegatus cum alijs d.num.14. tenet con-
trarium, vt tetigi paulo supra, & ita me-
lius sentijt ipse Surd. d. cons.108. præser-
tim nu.11.eod.lib.1.vbi quòd feudū con-
cessum pro se, & hæredibus est hæredita-
rium, quod non potest haberi ex succes-
sione, sed ex pacto, & expressa conuen-
tione, & venitur ad id per viam hære-
ditariam, saltim quò ad primum inue-
stitum, cuius debet esse hæres mediatè,
vel immediatè, non respectu vltimi; &
præsertim si dictum esset, in perpetuum
132 † quā tunc non addita forma, de legitimo
corpore descendentibus, poteris in præ-
iudicium agnatorū fieri alienatio, Pern.
d. cons. 6. & 7. Maxime duo stante hoc
capit. alias non, sed intelligeretur pro li-
beris iuxta ea, quæ dixi in d. cap. si ali-
quem in prima prærogatiua sub versic.
limita, nam ante intelligebatur de libe-
ris, hodie verò non, ex forma præsentis
statuti, vt ait idem Pern. cons. 4. col. 8.
prope medium, cum sit hodie innouatū,
vt latè d.cōs.6. reprobata opinione Gual-
ternionis de Paternione, qui aliter te-
nuit, aduertens tantum ad prima iura,
non ad ista moderna, cum hodie subau-
diatur de quolibet hærede, etiam extra-
neo, quoties forma non repugnaret, &
sic vbi verbum, hæres, de iure communi
intelligebatur de liberis sanguinis; & de
iure constitutionum Regni vsque ad cer-
tum gradum, & de iure d.capit. si aliquē,
vsque ad septimum gradum, nunc stante
isto capit. extenditur ad quoscumque ex-
traneos vt subdit ipse fol. 8. col. 4. & in
summa vide latissimè hoc examinatum
per Iason. loco citato vsque ad nu. 49. &
per Petr. de Gregor. d.part.3.quæst.3.nu.
9. vbi quòd hoc capitulum ampliatū est
ad quoscumque hæredes extraneos: &
133 maximè si sit dictū † pro hæredibus qui-
buscumque (vt subdam etiam modo)
quò casu illa verba vniuersalia faciunt,
vt feudum trāseat ad extraneos. Soccin.
Curt. Dec. Albert. Brun. Camer. & Io.
Franc. de Ponte cons.2.num.170.& latius
post multos cons. 15. num. 13. vbi refert
com. * opinionem Surd. d. cons.108.nu.
14.Bald.in l. cum virum C. de fideicom-
miss. versic. aut est feudum hæreditariū,
& in l.1.quæst. 34. ff. de ret. diuis. Alex.
in l. si patroni ff. ad trebell. & in l. gallus
§.etiam ff. de liber. & posthum. Grat. cōs.
4. restringendo tamen illam dictionem,
quibuscumque, ad personas habiles, &
sic non ad clericū, vt posui supra in cap.
39. Regis Iacobi versic. & ob hanc Tom.
1. ¶ Et præcisè si in eis esset subsequela
134 † illa, & cui volueris, vel cui dederis (de
qua latè dixi hic me etiam citando infra
in d.cap.459. sub d.versic. benè loqueten-
tur Tom. 5. sub Rege Alph.) quia per
hæc verba, & quibus dederis, alteratur
natura feudi, vt demonstro infra in 11.
ampliatione nu. 185. & seq. Curt. Iun. d.
cons.108.nu.17. ex Bald. Alberic. Angel.
Alex. & alijs, non per submissionem ne-
cessitatis, sed per concursum voluntatis,
ex quò quę voluntati committuntur, iu-
ris necessitati non subijciuntur l. non
quicquid ff. de iudic. vbi Bald. Ang. &
alij vnde infert Surd. cons.462.nu.7.& 8.
vol.4. quòd quando feudum est conces-
sum alicui, cum ista clausula, & cui de-
derit, si nulli det, non dicitur vsus licen-
tia ex Riminald. cons. 176. per tot. Bart.
in l. qui Romæ §. duo fratres quæst.8. vbi
Ang. & Alex. ff. de verbor. obligat. Gabr.
cons.91.nu.8.vol.2. Natt. Cephal. & alij
per eum, idem Surd. cons.475.nu.8.eod.
vol.4. vbi quòd indubitata redditur iuris
conclusio, quòd quando feudum est cum
ista clausula, & quibus dederis, est sim-
pliciter hæreditarium ex Bald. Angel.
Alberic. Imol. Alex. Iason. Capic. Rip.
Natt. Clar. Rolland. Beccio, & Riminald.
& ait esse com. * opin. Sacca d. cons. 3.
num. 40. cum pluribus seq. eaque verba
faciunt transitum ad extraneos ex Bald.
Curt. Iun. Paris. Beroo, Didac. Crauett.
Syluan. Menocch. Simon. de Pret. Bur-
satt. Affl. Iacob. de S. Georgio, Cels.
Vgon. & alijs, & cons.551.eod.vol.4. vbi
etiam

etiam nu. 19. subdit hoc casu esse transitoriũ ad feminas agnatas ex Alciat. cons. 176. per tot Bero. cons. 65. num. 64. & 65. lib. 1. Soccin. Iun. Osasch. Ruyn. Gozadin. cum similibus, adeòut quando feudum
135 sit simpliciter hæreditarium † veniat in restitutionem fideicommissi l. cum virũ ff. de fideicommiss. dixi supra nu. 46. Alex. Iason. Iacob. Gozadin. Paris. Soccin. Iun. Syluan. Natt. Rolland. Phanut. Zanch. Osasch. Mantic. Grauett. Cephal. Menocch. Gayll. Peregrin. Bertazol. relati per ipsum Surd. vbi supra nu. 26. & licet
136 quando feudum † esset concessum cũ ista clausula, & cui dederis, intelligatur de iure communi feudorum, non in feudũ, sed liberè tamquam allodium, vt subdam modo, & tetigi supra num. 127. tamen de iure constitutionis Regni constitutionem diuæ memoriæ, subauditur istud, cui dederis, scilicet in feudum, ait post Andr. in cap. 1. de feud. nõ hab. propr. nat. feudi, Camer. in cap. imperialem fol. 29. ait Io. Franc. de Ponte cons. 2. nu. 4. & 5. contrarium tamen subdit postea nu. 167. vt ista verba aliquid operentur, vt nempe intelligantur, vt liberè habeat, vide Bald. de hac clausula, cui dederis in cap. 1. §. donare qualit. olim feud. poter. alien. Iason. in vsib. feudor. num. 46. & 47. ¶ Aut
137 per similia verba generalia, omnes † & quoscumque hæredes, & successores comprehendentia, vt declarat ibi Iason, col. fin. versic. feudum hæreditarium, & col. 26. & 17. sub nu 46. vbi latissimè, qui dicit quòd nõ retinet naturam feudi, Abb. cons. 3. in 3. dubio lib. 2. Alex. cons. 195. prospectis col. 3. lib 6. Dec. cons. 78. Curt. Iun. de feudis versic 4. signanter, Soccin. Iun. cons. 112. nu. 5. lib. 2. nam supradicta subsequela, vt dixi, immutat naturam feudi, & possit sine permissu domini alienari d. cap. 1. de feud. nõ habẽt. propr. nat. feudi, vbi cõmuniter feudistæ. Boniorn. vbi supra, versic. & quia ex Dec. cõs. 171. cons. 398. Franc. cons. 4. cons. 130. & in tract. feudor. part. 4. regul. 2. cõc ius. 5. vbi refert testando hanc esse com. * opin. in tantum vt possit dici merè allodium, vt dixi modo. ¶ Præsertim si feudi conces-
138 sio † esset pro te, & hæredibus successoribus quibuscumque, vt tetigi superius, nam illud adiunctum vniuersale facit transitum ad extraneos etiam hæredes Fulgos. in l. antiquitas C. de vsufr. Pern. d. cons. 7. Alex. & alij relati per Petr. de Gregor. part. 4. quæst. 5. nu. 13. Surd. cons. 151. vol. 2. sicut scripsi in d. cap. 536. Sacca loco citato d. cons. 3. nu. 46. & seq. vbi de magis * communi adeòut possit legari, donari, alienari, fieri substitutio, &c vt per Saccuras. in principio sui operis, & ita in Regno semper consoluerunt Nostrates, Pern. cons. 1. vbi loquitur, forma nõ repugnante, & cõs. 11. cons. 105 & in causa Tonnariæ Milatij, Prothonotar. disput. 11. qui loquitur de feudo Carcaci, & in causa Asari, Blasc. Lanza in causa Cammaratæ, & in causa Castellutij. Iacob. Bonanno in causa feudi Galasij, Christophor. de Benedict. in ead. causa Milatij, & supple supra in 7. specificatione, versic. & quòd possit. Prothonotar. Agliata in consil. Careni, idem Ferdinand. Boniorn. in allegatione D. Agathæ de Bonfiglio cum Don Hieronymo de Montecateno versic 3. d. lib. 1. feudal Bald. in l. 1. quæst 34. & 48. ff. de rer. diuis. & in d. cap. imperialem §. 1. de prohibit. feudi alien. per Federic. Iason. in prælud. feudor. nu. 46. & 49. Iacob. Aluarott. in cap. 1. §. etsi clienculus de alien. feudi, & ita post multos testando de communi * concludit Boniorn. vbi supra versic. sexto hæc dicta sunt, cui addo Surd. cons. 304. Alienationem nu. 4. lib. 3. & sub num. 29.
139 vbi dicit plus quòd licet clausula † pro te, & hæredibus tuis, & successoribus masculis ex tuo corpore legitimè descendentibus, dicatur ex pacto, & prouidentia, & per consequens excludant personã extraneã dixit Pern. cons. 4. col 4 in medio, & col. 8. vbi pulchrè, & omnino Io. Francisc. de Ponte d. cons. 3. nu. 62 & seq. tamen quando additur, successoribus, facit feudum hæreditarium, quia vnum dicit ipse esset superfluum, & ideo qui vellet succedere, deberet esse hæres secundum Andr. in cap. 1. in principio §. hoc quoque de success. feud. paterni, & in cap. 1. col. 2. an agnat. Grauett. cons. 157. nu. 5. Rolland. cons. 67. nu 24. vol. 2. Riminald. Iun. Natt. Menocch. Cephal. Bursatt. quos citat Surd. cons. 457. nu. 1.
140 lib. 4. & subdam modo, & quando est † hæreditarium nulla est differentia inter agnatum, & filium, vt ibidem, & Afflict. in d. cap. imperialem col. vlt. vbi quòd non releuat inuentarium tetigi superius in d. 9. specificatione, idem Afflict. in d. constit. vt de successionib. nu. 12 & decis. 192. de cõmuni * testatur Ferdinãd. Boniorn. in causa, Verbum chiusi, versic. 4. oportebat ex Alber. Brun. cõs. 24 Curt. Iun. cons. 3. num. 11. & cons. 138. & 155. Alex. cons. 28. in causa col. pen. lib. 5. & cons. 10. lib. 7. Blasc. Lanza in causa Mazoli fol. 21. & in feudo hæreditario quòd

non succedat, qui non est hæres ex testa-
mento, vel ab intestato; vt tetigi modo,
Curt. senior conf. 83. col. 6. Blas. de S. An-
gel. in cons. Augustæ in primo dubio, &
per Pern. d. cons. 4. col. 7. & 8. qui ponit
alias formas hæreditarias. † quòd vbi nul
141 la appareret concessio feudi † interpre-
tabitur quòd sit feudum simpliciter hæ-
reditarium, & sic in larga forma; & hoc
iure vtimur in M. C. dicit ipse, quem se-
quitur de Gregor. part. 3. quæst. 9. nu. 10.
11. & seq. & sequitur Aponte d. cons. 13.
nu. 10. & seq. vbi allegat Pernum, & quæ
dico infra in d. cap. 456. Regis Alph. ver-
sic. priuilegia. & versic. subsequenter
Tom. 5. ¶ Aduerte tamen quòd si pater
142 haberet filios durissimum † esset in ex-
traneos alienare absque causa, nec pro
casu licito, honesto, aut nulla vrgente
necessitate, idem Pern. in quartis nota-
bilibus fol. 39. col. 3. Curt. Iun. de feudis
part. 4. versic. & prædicta, Iason cons. 235.
col. pen. lib. 2. posset tamen si vellet vt di-
cam infra num. 205. sed post mortem filij
potest alium instituere, vt ei succedat,
dicam inferius nu. 149. & nu. 222.
Tanto fortius quia feudum hæredita-
143 rium † in regno non habet agnatos se-
cundum eundem Blas. de S. Angelo in
consil. incip. verum Dominus Bonsigno-
rus, nam nullum possunt dicti agnati præ-
tendere interesse, eò quia potest alienа-
ri, & ita eum refert, & sequitur Ferdin.
Boniorn. in Alleg. Comitatus Golisani
sub versic. secundum est, & per consequẽs
non puto veram opinionem Gannetij hic
fol. 15 nu. 62. & 63. vbi ait quòd feudum
hæreditarium etiã dicitur pacti, & pro-
uidentiæ principis, & allegat Andr. (quia
hoc nullo modo potest esse verum, nisi ijs
modis, quos demonstrabo infra in 6. re-
strictione) & potest esse locus exhæreda-
144 tioni † etiam in feudo pacti, & prouiden-
tiæ, quod citra ius, & nomen hæredis
haberi non potest, vt ait Petr. de Grego-
rio de concess. feudi part. 4. quæst. 7. n. 39.
40. 41. 42. de quo tamen valdè dubito
per ea, quæ dixi in d. cap. si aliquem nu.
113. vbi teneo quòd in feudo hæredita-
rio hoc potest esse verum, non autem in
alijs, quia exhæredatio est strictissimi iuris,
& subauditur de successione exhæredã-
tis, non aliorum, prout est quando
succeditur feudo ex pacto, & prouiden-
tia, nam succeditur primo acquisitori.
Similique modo iudicant infiniti Do-
ctores esse de iure primogenituræ, quod
secundum eos iure hæreditario defertur
145 † vt post Oldrad. Alber. Iuc. de Penna Ang.
char. Abb. Martin. Laudens. Paris. Tira-
quell. Alph. Xuarez, Gloss. Parisiens. Ci-
fuent Gugl. de Benedict. Gomez. Gregor.
Lopez, Simanch. & alios refert Molina
de primogen Hyspan. cap. 8. in princ.
lib. 1. licet ipse teneat contrarium, & be-
nè, quia maioratus non hæreditario, sed
sanguinis iure defertur, & multi de su-
pradictis Doctoribus tenent hanc partẽ,
tanto magis etiam dico quando feudum
146 esset empticiũ † quia potest in quoscum-
que extraneos, & remotiores transferri,
Surd. d. cons. 105. num. 10. & seq. lib. 1. ex
Bald. Odoffred. Natt. Alex. & Soccin.
(sicut in eo potest etiam succedere fe-
mina, vt dicam infra in 3. restrict. versic.
qua stante.)
Vnde, nascitur quòd tunc verum est
147 debere hæredem approbare † factum de-
functi d. l. cum à matre C. de rei vendic.
de qua tetigi superius in d. 5. specifica-
tione nu. 40. d. l. quæ à patre de restit. mi-
lit. l. si ab eo C. de liber. causa, Fideric.
Campixan. in d. allegatione pro vniuer-
sitate terræ Rametta, vbi etiam Ramũd.
de Ramundett. Soccin. Iun. cons. 112 nu.
4. vol. 2. Dec. cons. 185. in causa in princi-
pio Cannet. hic fol. 15. num. 62. & conse-
quenter teneri ad onera hæreditaria, vt
concludit Aponte d. cons. 13. num. 19. &
seq. & nu. 23. cum seq.
Fit etiam vt quando versamur in feu-
148 do paterno † & hæreditario non obstãte
quòd regulariter in feudis non sit locus
iuri accrescendi, vt memini dixisse in d.
cap. si aliquẽ nu. 122. ex Bonifac. de Rog-
ger. cons. 4. lib. 1. sic locus huic iuri accre-
scendi, Surd. d. cons. 457. nu. 3. per cap. 1.
de gradib. success. in feudis, cap. 1. de
duob. fratrib. de benefic. inuestit. Feudi-
sta in cap. 1. §. eo quia, qui feud. dar. poss.
Bart. Aret. Alex. Soccin. Curt. Senior,
Raynu. Paris. & de communi testatur
Port. cons. 19 nu. 4. relatus ab ipso Sur-
do, & addend quando dicta feuda essent
concessa à S. Pont. vel Imperatore, vt di-
xit idem Bonifac. de Rogger. loco citato
in fine.
149 Quoque fit vt si quis v. g. haberet filiũ †
& inuestiret aliquem, vt post eius mortẽ
habeat feudũ, & tempore mortis filium
non habeat, sitque desperatus habere,
non dicatur fieri hoc in fraudem fisci, ad
quem feudum erat ricasurum post eius
mortem, vt dixit Iacob. de Ardizon. in
sua summa in tit. si in fraudem detur
in feudum arg. l. si quis cum haberet fi.
quæ in fraud. cred. dit. Io. Franc. de Ponte
in d. cons. 2. nu. 18.

Item

150 Item fiet vt si veniretur † per succes-
sores vigore pacti de retrouendendo, te-
neatur successor isto casu quando feudũ
esset hæreditarium seruare omnia pacta,
prout dixi in feudo nouo vigore dicti
cap. 156. Regis Caroli vt supra citati,
sub nu. 84.
Vera hæc intelligo quando appareret
151 forma † simpliciter hæreditaria, vel non
essemus in hoc Regno tetigi superius nu.
158. ex his, quæ pono infra in d. cap.
456. Regis Alph. sub d. versic. priuilegia,
cum versic. subsequenti ibidẽ posito vbi
conclusi contra Petrum de Gregorio,
quòd in hoc regno forma non apparẽte,
in dubio intelligimus de feudo pacti, &
prouidentiæ, tã in feudis concessis, quam
concedendis, secus in alijs locis, & quæ
dico infra nu. 201.
152 Item intelligo quòd quoties dicitur †
& fit mentio hæredis, subauditur de de-
scendente masculo §. etsi clientulus de
alien. feudi §. profectò de lege Corradi,
Io. Franc. de Ponte d. cons. 3. nu. 57. 58. &
seq. Camer. in d. cap. imperialem in li-
tera h.
153 Quæ vera sunt, quando feudum † vt
dixi, esset simpliciter hæreditarium, &
non haberetur ex alio facto, nisi ex pro-
uisione testatoris, vbi verò haberetur ex
pacto, & prouidentia antiquorum, ac
gratia principis concedentis secus, vt
post Pileum, & Bulgar. refert Andr. de
Ysern. in cap. 1. col. 1. an agnat. Alex. cõs.
26. vol. 5. quod tantum est dicere, ac si nõ
fieri commemorationem de hæredibus
vt ait Molina loco citato d. cap. 8. nu. 5.
sed quod iure sanguinis deferatur, & hæc
vocantur feuda familiaria vt ait Bald.
in l. cum virum nu. 21. C. de fideicommis-
sis Iason, Soccin. & alij citati per eundẽ
Molina nu. 7. 8. 9. Berous cons. 68. nu. 75.
vol. 1. Thom. de Marin. de gener. & qua-
lit. feudor. nu. 7. & seq. Pinell. in l 1. num.
48. C. de bonis matern. Capic. in inue-
stit. fol. 241. verbo feudorum genera ver-
sic. ex pacto, & prouidentia, argum. l. fa-
miliaria ff. de relligios. & sumpt. funer.
quasi quod feudum familiare, & ex pa-
cto, & prouidentia simbolizent, & con-
uertantur vt per Petr. de Gregor. de con-
cess. feudi part. 2. quæst. 8. num. 6. tuncque
concurreret quodammodo societas prin-
cipis concedentis, & consortia Imperia-
lis liberalitatis l. vnic. C. si liber. imper.
sin. hæred. decess. lib. 10. & DD. vocant
154 feudum mixtum † quo casu non potest
alienari, quia esset præiudicare venien-
tibus ad feudalia, non ex pacto testato-
ris, sed antiquorum prouisione, Bart. in
l. iusiurandi §. si liberi ff. de oper. libert.
Ysernia in cap. 1. §. quid ergo col. fin. de
inuestit. de re alien. fact. & ita concludit
Dyn. Angel. & Paul. de Castr. in l. apud iu-
lianum §. si quis alicui ff. de legat. 1. & cõs.
93. in causa col. fin. lib. 2. in nouis, latè Ia-
son cons. 7. Vertitur controuersia col. 5.
& 6. lib. 3. & cons. 136. lib. 4. Alex. cons.
107. in causa Nicolai lib. 4. quos refert,
& sequitur Soccin. Iun. d. cons. 121. Abun-
de, col. 2. lib. 2. vbi in tantum hoc extẽdit,
vt nec etiam prosit cõsensus Regis iuxta
ea, quæ dicam inferius in 4. restrictione,
quo casu nullo modo feudum dicitur hæ-
reditarium, quod per consequens transi-
155 ret in liberos † non obstante quòd non
sint hæredes, vt dicam modo Bart. in d.
l. iusiurandi d. §. si liberti, Alex. cons. 19.
super eo col. 2. & cons. 26. ponderatis col.
4. & d. cons. 33. & cons. 18. in 2. dubio lib.
5. Dec. d. cons. 395. col. 3 Ysern. in cap. 1. §.
hoc quoque col. 2. de success. feudi, cap. 1.
in princip. An agnat, vel fil. & in d. cap. 1.
156 de success. feudi paterni, vt puta si † di-
ctum esset pro se, & liberis suis de quo
tangit hos sequendo Soccin. Iun. d. cons.
112. num 6. Cumia in cap. si aliquem in
prælud. nu. 146. Io. Thom. de Marin. de
gener. & qualit. feud. in princ. num. 7. Ri-
minald. Iun. cõs. 18. nu. 34. vol. 1. Loffred.
cons. 1. num. 10. & seq. Cacheran. decis.
161. nu. 1. Camerar. in cap. imperialem
§. præterea ducatus col. 11. versic. tertia
species, & ibi capit. fol. 33. Pern. cons. 3.
& 6. prope medium, vbi dicit esse etiam
communem formam in Regno (vide infra
nu. 161.) ex Andr. in tit. de prohib. feudi
alien. per Federic. §. præterea circa finẽ
col. 4. Fimia hic ex Bald. de success. feudi
§ hoc quoque, dicens quòd feudum con-
cessum tibi, & liberis; & sic ex pacto, &
157 prouidentia † etiam quòd esset nouum,
non poterat alienari in præiudicium fi-
liorum, & ita ait Ysern. in d. §. hoc quoq;
quòd tale feudum, pro te, & liberis de-
scendentibus est ex pacto, & prouiden-
tia secundum Pileum, & Bulgar. quia ta-
le feudum habebunt agnati, & si hæredes
non sint, vt tetigi modo l. cum patronus
ff. de legat. 2. l. si arrogator §. si pater ff.
de adopt. intantum vt quoties quis esset
de dictis descendentibus suis, sufficeret
ad successionem feudi prædicti se concipi
se viuo, licet non fuerit homo; quia non
dum eo viuente infusa erat anima ratio-
nalis l. etiam ff. de extraordin. criminib.
l. si quis aliquid §. qui abortionis ff. de
pæn. & per tradita à Bart. in l. cum quidã

Q §. suum

§. suum hæredem ff. de acquir. hæredit.
non obstante quòd ad diuersos tractatus
aliquãdo oporteret, vt esset homo, Andr.
de Ysernia in d. §. hoc. quoque sub nu. 9.
de success. feudi, & sic isti tales etiam di-
cuntur venire ex persona sua, ex quo nõ
tractatur de hæreditate, sed de genere,
addo prædictis Petr. de Gregor. d. quæst.
8. num. 7. Bursat. cons. 82. in princ. vol. 1.
158 ¶ Vel pro se † & hæredibus legitimis,
vt per eundem Cumiam nu. 7. & seq. nam
illud adiunctum, legitimis, facit vt ha-
bitus sit respectus solum ad liberos ex
Andr. de Ysern. in cap. 1. de alien. feudi pa
terni in princ. quem sequitur Dec. d. cõs.
395. & per Soccin. nu. 9. aliàs si non esset
illud adiunctum, foret simpliciter hære-
ditarium, vt dixi supra in hac 4. exten-
sione, Cyn. Ysern Bald. Cephal. & alij per
Surd. cons. 153. lib. 2. quicqnid dicat idẽ
Dec. cons. 185. in causa. ¶ Vel quando
159 esset dictum pro te, hæredibus † itaqnòd
viuatur iure franchorum, nam adhuc est
mixtum, & licet sit pacti, & prouidentiæ
(stante hac clausula vt post Ysern. &
Gnalter. & alios Nostrates in causa
Furnari, dixit de Gregorio vbi supra
nu. 8. Loffred. cõs. 1. nu. 19. cum similibus
in d. cap. si aliquem sub versic. quoniam,
idem de Gregor. d. part. 4. quæst. 3. nu. 1.
& seq. & vt subdam restrict. 4. sub versic.
præsertim, ac habetur sicut participium
in grammatica, nam partim sapit ex na-
tura feudi hæreditarij, & partim ex pa-
cto, & pronidentia vt dixi in d. versic.
quoniam vero, & consequenter, si par-
ticipat de vtroque, sumet denominatio-
nem à potentiori significatu, & sic erit
ex pacto, & prouidentia, scilicet vt id,
quod præponderat, magis attendatur
arg. l. quæritur ff. de statu homin. Soccin.
cons. 4. col. 2. & seq lib. 3. Petr. de Gregor.
vbi supra nu. 5. 6 7. 8. 9. cum plurib. se-
160 quentibus, etiam si esset dictum † pro te,
hęredibus, & successoribus, itaquòd viua-
tur iure franchorum, quia nihilominus
erit ex pacto, & prouidentia, vt dico in-
fra nu. 460. ex quo illud adiunctnm mu-
tat naturam verbi, vt post Pern ait idem-
met de Gregorio nu. 14. 15. 16. 17. & ibi
Dominus Don Gars. Mastrill. argumento
quando princeps facit gratiam alicui cũ
illo adiũcto, itaquòd ponat casum in cla-
ro, nam istud adiunctum immutat natu-
ram gratiæ) tamen requiritur qualitas
hæreditaria, Baptist. Platamon. in causa
Furnaris, Pern. in iustificationibus Bon-
uicini, & in quartis notabilib. Io. Aloys.
de Septimo in causa Palazoli, Ferdin.
Boniorn. in causa Laliæ, versic. quia, Blas-
cus in causa Frigintini, idem Pern. cons.
22. quòd illa latitudo pro te, & hæredi-
bus restringitur per illam adiectionem,
ita quòd viuatur iure franchorum, & sic
licet sit mixtum, attamen restringitur
ad illos hæredes, qui ex dicta clausula
iuris franchorum possunt dicta feuda ha-
bere, scilicet ad primogenitos, vt dixi in
d. cap. si aliquem sub d. versic. quoniam
in 2. prærogatiua, idẽ de Gregorio part.
4. q. 3. nu. 5. & seq. & quamuis sit mixtum,
attamen stante dicta clausula restringi-
tur ad hæredes sanguinis, & ad eos, &
non ad extraneos, Marin. Freccia, Me-
nocch Neuizan. Rolland. Clar. Cephal. &
alij relati per Surd. cons. 105. nu. 22. 23.
lib. 1. late Sacca d. cons. 3. num. 60. & seq.
vbi quoties in inuestitura fit mentio san-
guinis, tunc feudnm est ex prouidentia.
¶ Vel pro te, & hæredibus de tuo cor-
161 pore † legitimè descendentibus, & hæc
est communis forma in regno, vt ait Petr.
de Gregor. part. 3. quæst. 3. nu. 12. & 15.
vide supra nu. 156. nam quamuis dicatur
etiam ex pacto, & prouidentia, vt post
Ysern. in d. §. præterea ducatus, Blasc. de
S. Angel. Dec. cons. 185. & Moderni Siculi
in Allegat. Solanti Petr. de Gregor. d.
quæst. 8. nu. 13. & part. 3. quæst. 3. num. 5.
** nã adhuc est mixtũ, vt ex magis com. * *
opin. testatur idem Cumia in dictis præ-
ludijs nu. 293. cum plurib. sequentib. vbi
latè, & nu. 313. quo loci dicit esse hære-
ditarium, nisi cum dicta clausula additũ
sit, nempe ita quòd viuatur iure fran-
chorum, quia tunc intelligitur de hære-
dibus sanguinis Petr. de Gregor. vbi su-
162 pra nu. 15. 16. & 14. vbi ponit quatuor †
modis posse dici feudum ex pacto, & pro-
uidentia per ea, quæ dicam infra d. re-
strict. 4. versic. præsertim, idest quando
dicitur titio, & filio, & liberis suis, ita
quòd viuant iure franchorum, vt dicitur
in forma strictissima, secundo quando di-
citur simpliciter titio, & filijs, seu libe-
ris suis, & dicitur in strictiori forma,
tertio quando dicitur tirio, & hæredi-
bus suis de suo corpore legitimè descen-
dentibus, ita quòd viuatur iure fran-
chorum, & dicitur in magis stricta for-
ma, quarto, & vltimo quando dicitur
titio, & hæredibus suis de suo corpore
legitimè descendentibus, absque dicta
clausula, ita quòd viuatur &c. & dicitur
in stricta forma, vnde parcat mihi idem
de Gregorio d. part. 3. quæst. 3. sub nu. 8.
ibi, ergo tantum fuit dicere &c. vbi te-
net quòd tantum est dicere, tibi, & hæ-

redibus,

redibus, & ſic de iure communi feudorũ,
quia ſic erat forma, quantum tibi, & hæ-
redibus de tuo corpore legitimè deſcen-
dentibus ſecundum formam Regni Nea-
polis, & per ea, quæ dicam in ſeq. verſi-
culo, nam vt ait ipſe vtroquè caſu veniũt
hæredes ſanguinis, & per ea, quæ dixi
ſupra hoc non eſt verum, immo falſiſſi-
mum, nam primo modo veniunt etiam
hæredes extranei, vt per prædicta ſupe-
rius tacta; & nihilominus ſubaudias ꝙ
163 iſtæ formæ reſtrictiuæ † quia ſunt facti
debent probari, & non præſumũtur, niſi
probentur, idem de Gregorio poſt Yſern.
in d.p.3.quæſt.3.num.12.13. & ſeq. Iaſon
conſ.180.vol.2.col.4.

Et quicquid ſit hoc caſu in iſta intel-
ligentia, non obſtante quòd feudum ſit
164 mixtum † vt prædictũ eſt, oportet quòd
ſit hæres ſcilicet primi inueſtiti media-
tè, aut immediatè, Calderin.conſ.13.Pa-
riſ. Syluan. Rolland. Curt. Iun. Brun. &
alij allegati per Surd. conſ.108.nu.9.vol.
2. Alber.Brun.conſ.18. in cauſa vertente
col.4.& conſ.25. Cum quæritur, Affl. in
d.cap.1.col.4.& 5. an agnat.vel fil. Alex.
d.conſil.26 col. 4. Bene verum quòd non
obſtabit d.l.cum à matre C.de rei vendic.
& vide quæ in hoc dico infra reſtrict. 4.
limit.8. & ita declarat Soccin.loco citato
165 nu.11.vbi ſubdit † nu 12.13.& 14. quòd
valet iſto caſu confectio inuentarij (ſicut
dixi de hæreditario ſupra num.53.& 54.)
Bald.poſt Nicol de Mattarell. in l. qui ſe
patris verſic. item quæritur ſi vaſſallus,
C. vnd. legit. ſic egregiè diſtinguit Affl.
in d.cap.1.col.4.& 5. an agnat.vel fil.vbi
ponit exemplum de cõceſſione feudi pro
hæredibus maſculis, vel ex ſuo corpore
naſcituris, quia adhuc erit mixtũ, Pern.
conſ. 7. & 13. vbi pulchrè allegatus per
Surd.d.conſ.108.nu.10. Guerron. Piſon.
Camerar. & alij plures per eum citati
idem Pern.in iuſtificationibus Bonuicini,
quas ponit in dictis quartis notabilibus,
col.24.& cõſ.80.& conſ.6. vbi dicit quòd
licet poſſit fieri alienatio. eſt verum non
ad extraneum, ſed inter filios pro voto
diſponere, non ſequendo ordinem pri-
mogenituræ, ſecus tamen ſtante clauſula
iuris franchorum, vt dicam infra d. re-
ſtrictione 4. verſic. præſertim, num.397.
& recordor etiam alibi poſuiſſe, & illud
eſt, quod ſentit Petr. de Gregor. de con-
ceſſ.feudi part.2.q.10.nu.16. vbi videtur
tenere quòd debeat confici inuentarium,
etiam quando ſimus in feudis pacti, &
prouidentiæ, & nu. 4. & loquitur de feu-
dis mixtis, vt hic, quod patet quia dicit
adeundo hæreditatem, vnde ſequitur,
dicit ipſe, quòd ſi aliàs inuentarium nõ
facit, tenetur non ſolum vltra vires hæ-
reditarias, ſed etiam ſuper feudo, & feu-
dum poſſet alienari, ex Andr. in cap. 1.
qui ſucceſſor teneant. & Hubertin. Ar-
chiepiſcopo pro debito teſtatoris in hoc
video perplexitatem in eo quia ipſe dicit
d.nu.16. quòd poterit alienari per patrẽ,
ſi filius ſucceſſor in feudo non conficiat
inuentarium, hoc eſt ridiculum dicere,
nam præſupponit patrem mortuum, &
viuum, & infertur quòd poſſit fieri in-
uentarium de bonis viuentis, ideo dicas
quòd eſt corruptus, & vult dicere, poſſe
alienari per creditores &c. niſi dicas, dũ
viuebat pater, addo prædictis Iaſon. cõſ.
57.lib.1.Grammat. deciſ.103.nu.204.&
** ita poſt Alex. de magis comm. ** opin.
teſtatur idem Ferdinand. Boniorn. in
Alleg. Donnæ Lucretiæ Bonfiglio cum
D. Hieronymo de Brancifortibus verſic.
òctauo lib. 1.feudal.Baptiſt. Platamon.in
d. alleg. Furnaris, Prothonotarius in
cauſa Fluminis Dioniſij, Ioan. Aloyſ. de
Septimo in eadem cauſa Palazoli in pri-
mis, & ſecundis notis cum ſimilib. per
eundem Ferdinand. adductis in Alleg.
verbum cauli verſic. quinto etiam, quia
166 dicendo cum illa qualitate, maſculis †
faciunt feudum mixtum, non autem hæ-
reditarium, Rayner. de Forliuio in diſ-
putatione, incip. quidam habebat duos
filios, Bald.in l.Caius ff.ſolut.matr. & in
l.gallus §. etiam vbi Alex. ff. de liber. &
poſthum. & in l. liberti verſic. quid ergo
C.delib, Io. Andr. in addit. ad Specular.
in tit.de teſt. Dec.d.conſ.185.nu.3.quam
uis ſe inuoluat poſtea, & conſil.395. n.6.
Anton, Rub. conſ.83.conſ.110.conſ.164.
in 3.dubio, quicquid dicat ipſe in conſil.
18. Ludouic. Gozadin. conſ. 26. Crauett.
conſ.131.nu. 7. cum ſeq. quanto fortius
ſubdendo aliam qualitatem, de tuo cor-
pore legitime deſcendentibus, cap. 1. de
alien.feudi, cap.fin. ſi de feud. fuer. con-
trouerſ. nam tunc erit mixtum ſecũdum
* com. * opin. Siculorum in Regno, non
obſtãte quòd prima facie videantur ſen-
tijſſe aliter idem Io.Baptiſt.Platamon.in
d. alleg. Furnaris, Gerard. Agliata Pro-
thonotar.in alleg.comitatus Sclafani, &
Io. Aloyſ. de Sept. in Alleg.feudi Maga-
zoli, Viuicitus in alleg.tabulani, qui co-
nãtur ſubſtinere eſſe ſimpliciter hæredi-
tarium, quia illa opinio eſt Neapolita-
norum Affl.deciſ.140.195.& 240.quæ eſt
contraria noſtræ Siculorum, vt teſtatur
ipſe Ferdinand. in d. alleg. verbum cauli

versic.& licet, quàm nec putat veram in Regno Neapolis, Saccuraf. in 4. forma, Gualtern.de Patern. in apostill. hic. Immo dicit ipse Ferdinand. in alleg. Gibillinæ versic.forma autem, quòd talis for-
167 ma † pro te,& hæredibus de tuo corpore legitime descendentibus, de qua tetigi superius in versic antecedenti,est stricta, & feudum sub dicta forma est ex pacto,& prouidentia secundum Andr.in cap. imperialem § præterea ducatus de prohib. feudi alienat. per Federic. allegat etiam Pern.cons.2.3.4.& 6. prope medium vbi allegat Andr.in tit.de alien.feudi paterni, cap.1.in fine,qui dicit hanc esse communem formam in regno, & in cap. naturales si de feud.contr. fuer. idem Pern. cons.7.& 22. & Nicol.Special.idem Prothonotar. in alleg. Careni, vbi ait esse
* com. * opin.Et hoc iure vtimur in Regno, Blasc de S. Angelo in consil.Augustæ,Io, Aloys. de Sept. hic in 1. effectu in 2. for-
* ma, qui ait esse com. * opin. verissimā, & indubitatam, Petr. de Gregor. 6. p. quæst. 10. Cannet. nulla facta mentione de Boniorn. hic in §. sed magna fol. 51. nu.4.cum plurib.seq.Natt.cons.26.Aualle cons.67.nu.32.lib 1.Pinell. in l.1.n.58. C.de bon. matern. Cephal. cons.311.nū. 157.& cons.224.nu.57.& seq.Dec.d.cons.
168 185.& 365. vbi enim isto casu verbum † hæres comprehenderet etiam hæredem extraneum, vt posui supra nu. 50. & 54. stante hoc capit. illa alia verba, de suo corpore legitimè descēdentibus, restringunt significatum dicti verbi, hæredibus ad liberos solum, adeòut extranei non succedant, latè Pern d.cōs.2.etiam si simpliciter esset facta concessio feudi, nam veniunt filij masculi, & quæ dicit in Auth.sed si quis C. de secund. nupt. vnde parcat mihi in hoc proposito Dominus de Mastrillis ad Petr.de Gregor. part. 5. quæst. 5. vbi tenet quòd quando feudum est mixtum, scilicet pro se, & hæredibus de suo corpore legitimè descendentib. descendentes teneantur approbare factū defuncti, quodque possit hoc feudum cū hac forma liberè alienari vocatis aliquibus, & aliquibus exclusis ex Paris. Conarr.Cephal.Bursatt.& alijs, quia in hoc non concurro per supradicta, nam licet verum sit debere esse hæredem qui vult succedere, vt per eosdem, & in hoc cum eis concurro per supradicta, attamen nō obstabit d.l.cum d matre, prout ipsi volunt, & in hoc ab eis dissentio vt dixi superius addo Surd. d. cons.108.nu.10. vbi
169 ait quòd tunc est mixtum † quando non

succedunt extranei, sed agnati cum qualitate tamen hæreditaria, in reliquis vero remanet ex pacto, & prouidentia, & retinet naturam feudi, Surd.post multos nu.12.& 13. magisque restringit vno respectu quam clausula iuris franchorum, vt dicit Ferdinand.in d. causa Gibillinæ & tetigi in d. cap. si aliquem versic. non obstante Tom. 1. & quæ dicam infra restrict.6. versic. & ideo, quamuis ad hanc formam sic factam qui vult succedere nō possit citra ius, & nomen hæredis,confecto tamen inuentario recuperat, vt conciliat Cannet.vbi supra fol. 53. col. 1. & tetigi paulo superius.

Quæ vera sunt etiam maximè moriēte feudatario ab intestato iuxta formam d. capit.si aliquem, vt ibi dixi in 2. prærogatiua versic.intantum, nam tunc etiam
170 quòd feudum † esset sub dicta forma,pro te, & hæredib. de legitimo corpore &c. nihilominus semper succedit primogenitus, ex quo ex quadam consuetudine regni viuitur iure franchorum, nec est locus supradictæ gratificationi, vt ait Pern. d.cons 6 sub versic.puto tamen.Cum ista etiam clausula solent quandoquè concedi etiam ne dum feudalia, sed allodialia, vt ait Marin. Freccia de subfeudis author.5.num 9.

Ampliatur quinto vt esto quòd in feudi
171 alienatione fuisset concessa licētia † per Principem, & loquor ad cautelam (potest enim vassallus feudum antiquū etiā alienare de cōsensu domini,vt per Curt. Iun.cons.108.nu.16. per cap. 1. vbi com-
* muniter* feudistæ de alien.feudi paterni cap.imperialem de alien.prohib. per Federic.licet talis alienatio non præiudicet agnatis vt ipse ait) tamen oportet quòd agant iudicialiter via reuocatoria per capit. titius si de feud. fuer. controuers. quia non esset necessaria semper dicta alienatio præsumeretur facta virtute dictæ licentiæ præcedentis, vt in simili dicit Bald. de mandato in l.qui in aliena §.si is ff. de acquir. possess. Fælin. in cap. cum inde de constit. faciunt notata in l. quidam ff de rei vendic. Bart. & alij in l. triticū ff.de rei vendic.Ferdin. Boniorn. in d. causa Spaccafurni versic. secundo
172 alienatio, vbi subdit præsumi factam † secundum licentiæ formam præcedentis, Pern. cons. 12.col.13 cap.1. de feud. non habent.propr.natur.feudi, Iacob. de Ardizon. in summa part. 1. §. quib. modis acquir. col. 2. & consequenter concessa etiam licentia semper alienandi secundū consuetudinem Regni vt sint feuda alienabilia

nabilia vt hic, & ita ait Oldrad.cõf.159. ex præsenti themate col. 2. quem sequitur Alber.Brun.conf.81.qui dicunt quòd
173 vbi feuda possunt alienari † intelliguntur concessa secundùm consuetudinem patriæ, & in proposito dicit Gualter.de Patern. quòd si appareret consensus, & de forma nõ constaret, quòd vtique præsumptio erit pro naturalibus ipsius feudi, vt nempè de iure nulla forma apparente, & consequenter si non apparent accidentalia; idest pacta capit. 1. §. fin. tit.quid sit inuestit.l.fin.C.de iur.emphit. in princ.licet Pern. dicat quòd tunc præsumeretur hæreditarium pro te,& hæredibus tuis ita conf. 8. col. 4. ex Andr. de Ysern.in tit.quib.mod.feud.amit.col.4.
174 Ampliatur, & extenditur septimo † procedere vt dicta bona feudalia possint adiudicari per primum,& secundum decretum,vt dixi supra in cap.22.Regis Iacobi in 2. intellectu Tom. 1. & tetigi in consuetudin.Pan.cap.1.nu.37.capitulum namque hoc procedit etiam in alienatione iudiciali, & necessaria vt ibidem dixi,& sentije Affl.in constit Regni,contumacem nu.8. rubr. 97. de pœna contumacis lib. 1.vbi ait quòd tam in missione causa rei seruandæ, vt pono inferius nu. 182.pro ampliatione, & sic ex primo decreto, quàm etiam ex secundo decreto possunt bona feudalia adiudicari in subsidium, idem Affl. in constit. si quis post litem nu. 10. & 11.eod.tit.97. est verum quòd ibidem Affl.loquitur de iure communi feudorum, ac de iure constitutionum Regni, per quæ sine regio assensu erat prohibita etiam alienatio ex secundo decreto, & ita etiam loquitur latè Io. Franc de Ponte conf.5.per totum; quod non habet locum in casu nostro, intantũ vt aliter factum esset nullum ex his, quæ ipse allegat, solummodo erat permissa alienatio ex primo decreto, & missio ex primo decreto etiam sine regio assensu, quia fieri poterat, ratio erat, vt subdit ipse Affl. d.nu.11. ista possessio ex primo
175 † decreto ex causa contumaciæ vocabatur possessio asinina (vt dixi in consuet. Panor.d.cap.1.nu.37.) nam realiter non possidet. sed detinet, & consequenter nõ abdicat possessionem, nec vtile dominium,prout secundum decretum,tamen stante hoc nostro capitulo, vtroque modo valet secundùm decretum absquè regio assensu: quia sic videmus quòd adiudicari potest vsusfructus, & iura incorporalia ex his, quæ dicit ipse Affl. in d. constit. contumacem sub nu. 8. & tamen feudatarius vita durante non habet nisi vsumfructum,& nu.12 subdit indifferen-
176 ter quòd adiudicatio † fructuum feudi potest fieri per creditorem feudatarij, qui contraxit debita, nam quemadmodum fructus feudi possunt alienari,etiam sine regio assensu (vt dicam infra ampl. 40.) ita possunt adiudicari ex secundo decreto, vt subdit ipse nu. 13. quia potestas contrahentium, & iudicis, ac legis æquiparantur, & id quod possunt facere partes,potest facere iudex per secundum decretum ex Bald. in l. fin. C. de fideiussor.l.1.§.cum enim C. com.de legat. Alex. conf. 123. col. 3. Vol. 4. Luc. de Penn. in rubr. C.de decret. decur.lib. 10. & in l. 1. C.de impun locr.descript.eod.lib.10. intelligit tamen ipse Affl. nu. 14. vt sit dicta adiudicatio ad modicum tempus, idest vt pro modico tempore possit iudex interponere secundum decretum, & consignetur fructus creditori, istudque tempus modicum declarat non excedere tempus decem annorum, vel remittitur iudicis arbitrio, alias esset alienatio vt ipse subdit num.15.16. & seq. (& latius pono infra in cap. 116. Regis Caroli, vbi loquor an locando ad decem annos transeat vtile dominium, & competat laudimium ampl. 7. Tom.8.) Item & quòd sit in subsidium bonorum burgensaticorum vt tetigi modo, item & quòd remaneant
177 † tantum de fructibus, vt possit viuere infra dictum modicum tempus ille feudatarius arg l.maritum ff. solut.matr. & l.miles ff. de re iudic. item & quòd non diminuetur seruitium Regi, quæ omnia realiter non video esse hodie necessaria, nisi tantummodo duo, scilicet, in subsidium, & quòd præstetur seruitium, in reliquis, & perpetuò durante vita feudatarij facit fructus suos si creditum nõ esset ex causa legitima, nihilque ei relinquere debet, sed considera an habeant deductionem ne egeant ex dictis ll &posui infra in cap.29 propè principium (ex his per Affl.deductis potest in practicam deducere illud, quod quandoque obseruant Proreges, quòd satisfiat super fructibus,& annullant decreta excessiua, de quibus suo loco dicam, & pro modo videantur eruditissimæ decisiones, vna Domini Dom Garsiæ Mastrill. 33. & altera Domini Don Io. Francisci Castillo 14.) quæ omnia, vt dicit ipse Affl. possunt procedere contra hæredes feudata-
178 rij debitores † à quibus posset etiam adiudicari feudum,dummodo illud non habeant ex pacto, & prouidentia, quia tũc

non

non tenentur ad dicta debita, sed habebunt tunc feudum præcipuum, & non vt hæredes debitoris, nec tenentur soluere debita super fructibus ex Paul. de Castr. in l.apud iulianum §. si quis alicui ff. de legat. 1. Alex. conf. 28. vol. 5. cum concordantibus, quæ dixi supra in 5. specificatione, nu. 40. cum seq. idem Afll. nu. 18. 19. 20. vbi quòd successor in feudo hæreditario tenetur soluere debita patris. ¶ Etiam si adiudicaretur quota feudi, vide infra restrictione 1. in versic. nec obstat.

179 Præsertim procedit hæc ampliatio † si decreta fuerunt interposita pro onere feudi, hoc est pro dote de paragio, aut alijs causis legitimis, quia circūscripto hoc capitulo potest sic fieri dicta adiudicatio sine decreto Principis, vt dixi in d. cap. 22. Regis Iacobi in 2. intellectu, & per ea quæ subdam infra ampl. 31.

180 Cum hoc quidem vt soluatur † etiam decima fisco, ac si facta esset alienatio voluntaria, quia etiam in necessaria, quæ fit per iudicem virtute dictæ adiudicationis debetur, vt dicam in cap. 67. Regis Ioannis versic. quinto fit solutio Tom. 6.

An autem in tali secundo decreto de-
181 beat † esse sedes plena, & subsignati per omnes quatuor iudices, vide quæ posui infra in cap. 450. Regis Alphonsi versic. in alio etiam Tom. 5. & inferius, n. 467.

Ampliatur octauo habere locum etiā
182 † in possessione causa rei seruandæ, de qua dixi in d. consuet. Pan. cap. 1. nu. 37. & per prædictas rationes, & DD. quos adduxi in proxima superiori ampliatione, nu. 174.

183 Ampliatur nono etiam maximè † procedere de iure communi feudorum, per quòd clarissima est decisio posse dominū feudi concedere res steriles, & incultas cum reditu sine regio assensu, quodque dominus feudi res parum vtiles de dominio feudi potest concedere, vt plantentur, certaque portio fructuum inde domino annuatim reddatur, vt est videre supra in cap. 62. Regis Iacobi sub versic. moderandum d. Tom. 1. quia solet dici de modicis non curandum ex his, quæ supple infra eod. in cap. 43. limit. 2. versic. sublimita, nec ex hoc dicetur dismembratio feudi, videbimus infra, nu. 262.

Ampliatur decimo quod si ex vi huius
184 capituli † Regni sit concessa alienatio feudorum, ergo & præscriptio, & prout in sua materia dicam infra in cap. 57. Regis Martini post princ. Tom. 3. & infra num. 254.

Ampliatur vndecimo iddem esse in
185 feudis † non habentibus propriam naturam feudi, in quibus etsi verum sit quòd sint alienabilia, & absque consensu domini possunt alienari vt est text. in cap. 1. de feud. non habent. propr. natur. feudi, Gozadin. conf. 4. & de communi * opinione testatur Iason. in l. 3. col. 3. num. 7. C. de iur. emphit. ¶ exemplum est, vt puta quando esset dictum per illa verba, & cui dederis, de quibus aliqua dixi superius nu. 134. cum seq. in 4. ampl. vbi tetigi quòd alteratur tunc natura feudi, vt alienatio fieri possit, & testatio vt per Bald. in d. cap. 1. Alberic in l. fin. C. de iure emphit. Angel. in l cum essent §. 1. versic. item hic est casus ff. de seruit. rustic. prædior. & in l. qui Romæ §. duo fratres vbi Alex ff. de verbor. obligat. idem Alex. conf. 180. viso lib. 2. Dec. conf. 193. Pretenni nu. 3. Curt. Iun. in tract. de feudis 4. p. 2. regal. quæst. 5. nu. 141. fol. 40. Ferdinan. Boniorn. in Alleg. Montis Mellis lib. 1. feudal. incip. Decima non videtur
186 deberi, attamē † licet natura ipsa feudi alteretur, remanet feudum, & in alijs non expressis naturam feudi sortitur supple infra num. 465. d. cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. feudi, vbi licet propriam naturam feudi non habeat, iure tamen feudi censetur, Roman. conf. 70. Viso themate, Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua versic 85. Dec. d. conf. 193. nu. 5. & 6. vnde dixi infra in cap. 67. Regis inclyti Ioannis, versic. & nedum Tom. 6. quòd non solum decima debetur de rebus feudalibus alienatis habentibus propriam naturam feudi, verum etiam, & de feudis non habentibus propriam naturam feudi, vbi etiam dico quòd de illis feudis, in quibus nullus erat necessarius consensus circa alienationem ipsorum, debebitur decima, nec possit diuidi, vt ibidem adnotaui.

187 Ampliatur duodecimo † habere locū adhuc in alienatione nulla necessitate cogente, vt sentij, superius in versic. fauorabilis quippe, non obstantibus illis verbis positis in textu, ibi, eorum necessitatibus subuenire, quia id ponitur pro quadam causa impulsiua vt per Paul. de Castr. in l. 2. §. fin. ff de donat. & ita de Nostratibus concludit Cannet. hic. fol. 7. reprobando quosdam apostillantes antiquos contrarium tenentes, inter quos video Petr. in quartis notabilibus fol. 39. col. 3. vbi ait quòd hoc capit. est fundatū in casu licito, honesto, necessitate cogente, & vrgente aliqua probabili, & necessaria

necessaria causa (quamuis tamen cogitandum reliquerit) quia iam in hoc re-
188 spexit ius commune feudorum † dicendo quòd in casu necessitatis, vt puta famis, liceat vassallo feudum alienare sine domini consensu, vt dicit Affl. in tract. iur. prothonmis.col.6.& in cap.1.n.8.de alien. feudi, Tiraq de retr.lignag.§.26.gloss.1. nu.17.præsertim si esset talis necessitas, vt vassallus aliunde ex bonis suis allodialibus prouidere non posset, Menocch. cons.107.nu.49.vol.4. Neuizan.cons.10. nu.10.siquidem multi alij vnluerunt fuisse contrarium semper de iure communi feudorum non posse fieri alienationem sine domini consensu, etiam existente causa necessitatis famis, vt post Rolland. à Vall cons.56.nu.14.vol.4.Curt.Iun. de feudis part.4.rubr.ex quib causis n.107. recenset Intrigliol. de feudis art.5.num. 239. cum seq. centur. 2. & ideo vbi ius commune feudorum vetauit fieri alienationem in casu necessitatis, hoc capitulum ampliauit, vt posset liberè alienari, prouidendo eorum necessitatibus, & reuera esset inane disputare, an sit necessitas, vel ne, vel vrgens causa, quia nemo alienaret, nisi egeret, & consequenter si nulla causa subesset concernens onus feudi, quia valebit alienatio, vt latè concludit idem Cannet.fol.106. cum seq. §. & quia ista firma regula, beneuerū quòd possumus dicere multo fortius valere, & sic amplificatiuè, & implicatiuè, quando scilicet alienatio fieret propter necessitatem, & inopiam, nam tunc pareret alium effectum de iure communi feudorum, & est quòd etiā alienabatur absq;
189 domini assensu † non deliquebatur contra eum, prout regulariter delinquebatur, vt tetigi supra in principio huius capituli, & ita ait Affl. in cap. 1. si vassall. feud.priuet.quo casu viuente culpante de ipso iure feudorum, dominus feudū habebat, eo vero mortuo, agnati, vel filij succedebant, Affl.ibidem num.6. Soccin. cons.112.vol.2. cap. 1. §. hoc quoque de
** success.feudi dicens esse magis com. ** opin. Brun. & Imol. relati per Cumiam in d. cap. si aliquem in verbo mortis sub nu.33.& fuit opinio Pern.hic col.3.
190 Amplio decimotertio † vt possint fieri ne dum vna alienatio, donatio, permutatio &c. semel, sed pluries ex his, quæ videbimus infra in 2. restrict. nu.269. & sic de Nostratibus concludit Cannet. fol. 12.nu. 41. cum plurib seq.& fol.131.col. 1.in principio, ea ratione quòd sicut possunt allodialia pluries alienari, sic & feudalia, cum ad instar eorum sint redacta, quicquid dicat Sigismund. Losfred. cons. 7.motus per l.boues §.hoc sermone ff. de verbor.signif.
191 Amplia decimoquarto † ex mente huius regni capituli non solum procedere in alienatione feudorum simpliciter, sed & Comitatuū, Marchionatuū, Ducatuū dignitatem, & titulum habentium Ludouic. Sacca cons.2.nu.8. cum seq. & ita hic textus semper fuit interpetratus secundum Vbert.de Marin. quem sequitur Prothonotar.in Alleg.Sclafani, de quib. hic per Cannet.fol.36.col.1.& seq. Bald. d.cons. 275. vol. 2. Pern. cons. 4. col.7.in princ.(quamuis nō mihi placeat id, quod ipse subdit quòd possessio, & nomen Comitis ad primogenitum remanebit, & cæteri æqualiter redditus consequenter, quia hoc secundum non est verum) & in quartis notis col.pen.vbi refert quædam verba Adam dicentis ita esse interpetratum hoc capit. & declaratū * in quæstione Vicari per infantem Ioānem tunc Viceregem in hoc regno, & hoc quoties
192 † in larga forma essent concessa, vt per Pern. hic col. 3. quia si in stricta forma, esset secus, nec posset Marchionatus alienari in præiudicium filij, qui tunc capit potius à manu Regis, quam à manu paterris, & sic ex concessione, non ex successione Bald. in d.cap. 1. §. hoc quoque de success.feudi, Iacobin. loco citato nu. 6.licet velit impugnare rationem Baldi, sed non bene, quia Bald. non negat non posse dari Marchionatus ex successione, negat siquidem quod quoties filij sunt comprehensi in concessione, non dicuntur tunc succedere ex successione, & cōsequenter alienata dignitas, & titulus dicitur, vt subdam ampl.30.nu.215.suntquè verba clara textus hic in principio, ibi, Comites, & quilibet feuda tenens, & ibi, vt possint longius solito gaudere de dictis Comitatibus, Baronijs, & feudis, addo in pūcto Ferdinād.Bōiorn. in causa reluitionis castri ad mare de gulfo, vbi refert Vbert. & Gualter. de Patern. Agliat.in d.causa Sclafani, Io. Aloys. de Sept.in quæst.vtrum capitulum volentes, Blasc. Lanza. & alios hic versic. sed an istud capitulum, & licet dixerit de Comitibus, procedit etiam adhuc ad Marchiones, & Duces secūdum eundē Blasc. & Cannet. fol.153.col.2.cum similib.quæ dixi latius infra in d.cap.457. Regis Alphōsi Tom.5.quia sunt verba enūtiatiua, non dispositiua, vt ait ipse Pern.d.cons.4. Petr.de Greg.part.3.q.8.n.4.& ibi D.Mastrill.

ſtrill. ſatis enim ſit pro ratione quod ſint
feuda, vt in d.cap.457. poſui ſub verſic.
illa tamen, & ratio eſt pulchra, quã dat
Cannet.fol 37.nu.30.& ſeq.quòd veniant
etiam feuda Comitatus, & ſimilium, eò
quia corrigendo dictam conſtit. ſcire vo-
lumus cum concordantib. quas adduxi in
principio huius capituli, debeat per con-
ſequens ſubaudiri ſecundum terminos le-
gis correctæ, ſed ſic eſt quòd in dictis
conſtitutionibus prohibeatur etiam feu-
dorum comitatus alienatio, hic vero con-
ceſſum ergo &c.& hoc modo determinat
Io.Aloyſ.hic, Prothonotar.& Blaſc.in ver
ſic.ſed an iſtud habeat locũ (vide tamen
quæ in iſta ampliatione adduxi in d.cap.
193 457. Regis Alph.) Niſi adeſſet clauſula †
iuris franchorum, quam ſemper intelli-
guntur habere dicti comitatus, etiam in
vſibus feudorum §. præterea ducatus tit.
de prohi.feudi alien.per Fideric.Pern.hic
col. 3. tũc enim vadunt ad primogenitos,
vt ait Iacobin.de S.Georgio de feudis in
verbo, marchio in Italia fol.13.num.1.2.
& 4. vbi dicit quòd regulariter de feudis
marchionatuum nõ poteſt teſtari, niſi ex
tenore inueſtituræ appareret aliter, à qua
non eſt recedendum, vt ſubdam inferius
in 4.reſtrict.

Ideoque dixi cum titulo, quia quando-
194 que reperiuntur † aliqui comitatus abu-
ſiui, ſicut Abbatiæ, Cardinalatus, docto-
ratus, tutelæ, & ſimiles, vt ſcripſi in prag-
mat. vnica tit. de comitibus palatinis
Tom.1.pragmat.limit.4.

195 Amplio decimoquinto † etiam habere
locum hoc regni capitulum in alienatio-
ne iuris luendi ad ipſum feudum, de qua
materia dixi ſuo loco infra in d.cap.214.
Regis Caroli limit.3.Tom.8.

196 Ampliari decimoſexto † poteſt etiam
ad ſubfeuda, de quibus dixi ſupra in ca-
pit.45. Regis Iacobi verſic. an autem
Tom.1.& ſentit Io.Franc.de Ponte d.cõ
ſil.2.col.2.non obſtante quòd in textu hoc
dicatur, ibi, feuda tenentes à curia no-
ſtra, Bald. in l. voluntas C. de fideiuſſor.
Pern. in primus notabilibus col.10.& 11.
& ita de communi * opinione teſtatur
Ludouic. Sacca d. reſp.3.num. 393. cum
ſeq.tribus concurrentibus, nempe vt ſin-
cerè fiat, ac bona fide, & quòd ſubfeuda-
tarius ſit ſimilis conditionis ex Iul.Clar.
Curt. Iun. & alijs, etiam ſi alienatio fie-
ret per vaſſallum mediatum alicui etiam
vaſſallo mediato, quia iſto caſu nulla erit
neceſſaria licentia conſenſus poſterioris
197 domini, ratione † quia vt ait D.Maſtrill.
ad Petr. de Gregorio in tract. de iudic.
cauſar.feudal.apud primum vaſſallũ poſt
factam primam ſubinfeudationem non
remanet neque directum, nec vtile do-
minium, ſed ſolummodo quædam reli-
quiæ vtilis dominij, quæ tanquam mo-
dici momenti non attenduntur, vide quæ
refero infra in d.cap.116. Regis Caroli
ampl.2, Tom.8.& quę habentur in cap.6.
Regis Ferdin.Tom.7.

198 Amplio decimoſeptimo † vt multo for
tius poſsint dicta feuda ſubiugari, de hoc
ſcripſi infra ad Pragmat.Regis Alph.ſu-
per Bulla ampl.20.Tom.5.

199 Amplio decimo octauo † procedere
etiam in vaſſallo remittente ius pignoris
quod habet ſuper feudo, quia ſine aſſen-
ſu domini poteſt hoc facere ita Bart. de
Capua per tex.in l. ſi pater in verbo ſed
ſi pignori, vbi etiam Anell.de Bottis in
eorum adnotationib. Capic. deciſ. 196.
nu.7.& 22.Affl.deciſ.332.Tiraq.de legib.
connubialib.gloſſ.3.nu. 128. cum plurib.
ſeq & faciunt quæ dicã inferius ampl.23.

200 Ampliatur decimo nono † vt quem-
admodum poſsit fieri alienatio, & qui po-
teſt alienare ita poſsit fieri ſubſtitutio ita
ait Iacob.de Gregor. & Blaſc. Lanz. hic
ex Affl. in cap. 1. §. hoc quoque de ſuc-
ceſſ. feudi, Freaz. de ſubfeud. fol. 4. &
ſcripſi latius ſupra in ſeptima ſpecifica-
tione cum verſic. & quid poſsit, nu.62.

201 Amplio vigeſimo † hoc capit. proce-
dere etiam in feudo informi, & ſimpli-
citer præſcripto, ſic Blaſc Lanza hic ver-
ſic. ſed quid in feudo, vbi ait ita omnes
cõcordare quem videas, feuda enim præ-
ſcripta ſunt informia, vt ait Bald in l.li-
berti libertæque verſic. quæro de eo C.
de oper.libertor. ſuppleo infra, num.377.
l.1.C.de ſeruit.& aqu. Pern.conſ.8.col.4.
in princ.ideſt quoties nõ apparet forma,
& per conſequens præſumitur hæredita-
rium, & tranſitorium etiam ad quoſcun-
que extraneos, vt vidimus ſupra ampl.4.
nu.129.& ſeq. & nu.151. & ita poſt Adã
de Aſmundo, & Gualter. de patern. de-
terminat idem Pern.conſ.14. qui dicit ſic
fuiſſe iudicatum * poſt multas diſcepta-
tiones in cauſa Vicari per Regem Na-
uarræ tunc Viceregem in hoc Regno pro
ſereniſsimo Rege Ferdinando genitore
ſuo, & fuit in præſentia ipſius de Perno,
& in alia cauſa * inter Bartholomæum
de Iuenio, & Manfridum de Alagona, &
etiam in feudis antiquis vt ait idẽ Pern.
conſ.4.col.4. per totam vbi quòd ita ob-
ſeruat, & iudicat * M. R. C. in talibus
cauſis, & col. 7. vbi quòd tam in feudo
nouo, quã antiquo ex dictis ſupra ampl.1.
Amplia-

202 Ampliatur vigesimo primo vt etiam † agnatorum consensus videatur remissus, Gramm.decis.103.nu.23. vide posita per Cumiam in præludijs capit. si aliquem nu.223.& nu,305. & istud est quod sentit Becius consl 21. nu. 25. & consl.88.nu.46. Rolland.cons.61.num.14.& seq.lib.3.Cephal.cons.254 nu.32. Surd. cons.270.nu. 21.vol.2. qui dicũt quòd quoties est concessa licentia alienandi expressè, nulla requiritur aliorum oblatio, nec volũtas, vt verba aliquid operentur. arg. earum illationum, quas facio infra in capit.45. Regis Ferdin.ampl.1.Tom.7. & licet dicatur quòd princeps alterius iuri præiudicare nô possit l.2.§.meritò, de qua tetigi in declaratione super consuet. 26. fol.242.nu.7.& in cap.21.Regis Martini vers. hinc est Tom. 3 §. aliud auth. de æqualit. dot. gloss. in l. fin. ff. de constit. princ.Pern.hic col.2 §. si quis ff. ne quid in loco publ. tamen quando princeps facit generalem legem in Regno condendo ob publicam vtilitatem, potest priuatorũ iuri præ udicare, quoties contra certam personam non statuit l.2.§. exactis, & ibi Bald.ff de origin.iur.Bart. in l. fin. ff.de appell. Io. Aloys. de Septimo hic col.12 quem refert,& sequitur Cumia in d.capit. si aliquem in verbo subfeudatarium nu.13.cum seq.prætertim in feudis, de qu bus nos agimus, vbi nouam naturam semper dare potest, vt vidimus latissimè suo loco, & cum ex munificentia Regis originaliter proficiscantur, quasi de suis rebus disponere videatur cap.1.§ fin.quib.mod.feud.amitt. Andr. in prælud.feudor.gloss.2. in d. constit. vt de successionib. & per Cumiam vsque ad nu.19.& licet olim hoc cap. intelligebatur sine præiudicio prorsus agnatorum (prout determinauit * concilium Viceregium in quæstione Vicati inter Ioannem Valentini, & Gilibertũ Talamanca, vt refert Pern. hic col. 2. & 3. vbi dicit quòd non videtur dura, nec secura ista prouisio in præiudicium omnium,eo quia feuda sunt omnia directo iure ipsius principis, & a sua liberal tate, & concessione dependeant tamquam iure proprio, &
203 ideo potest legem † & ordinationem, quã vult imponere, cum in re sua quilibet sit moderator, & arbiter gloss.in tit.de success.nobil. in feudis, vbi quòd in feudis, modum, finemque præscribere eius est, qui beneficium tribuit (sed feudum est beneficium vt dixi supra in capit.proximo) l. incommodato §. sicut ff. commod. & consequenter beneficium principis latè interpetrandum §. in antiquissimo in princ. lib. feudorum, l. fin. ff. de constit. princip.&sic indistinctè intelligamus hoc capitulum, & princeps, subdit ipse Pern. col.4. voluit magis diligere eos, quibus feudum concessit, quàm eorum filios, quorum aut nulla sunt, aut nô erunt seruitia, & sic istud cap.respectu viuentium feudatariorum est introductum allegat Doctorem de Tau,nam à principio nulla erat concessio in feudis,ideoque nil mirum si res de facili redeat ad suam primordialem naturam *repetunt quoque proprios recursus, redditu que suo singula gaudent*] ac dando hanc patribus alienandi potestatem, filij necessitatẽ quandam habent præstandi patribus maiorẽ obedientiam,& dilectionem,nec est præsumendum quòd velint filios sine causa feudorum successione priuare,potiusque succurritur necessitati patrũ, qui feuda meruerunt, quàm filiorũ successioni, & sic siue velint, siue necessitentur, mos ei gerendus est authoritate præsentis capituli, ibique pulchrè per eum;& loqui videntur in primo acquisitore feudi, &
204 forma feudi non repugnaret † alias sicut per Curiam posset infringi, vt hic, sic & per agnatos.vt ipse subdit, & clari us demonstro infra nu.379 & 389.& nu 463.) attamen postea idem Rex Federicus per eius priuilegia, quæ in actis M. R.C.sunt registrata declarauit intentionem suam esse etiam in præiudicium agnatorum,vt ait Pern.d.cons. 8. col. 2. vbi quòd si non adest forma potest in omni feudo fieri alienatio tam nouo, quam antiquo absq; consensu agnatorum,qui enim vtitur iure suo, nemini facit iniuriã, Matth. cap. 20.ibi, amice non facio tibi iniuriam, nec dicitur fieri iniuria si tibi nolo dare rem meam, vel dem sub conditione, & modo, malequè iniuriam vocant finem liberalitatis, benequidem quòd possunt ipsi agnati recuperare, & admictuntur, vt per Fimiam hic ex Baldo in tit.qualit. olim feud.pater.alien.in fine.

Ampliatur vigesimo secundo, & pro-
205 cedere stantibus filijs † quibus sufficit relinqui legitima vt tetigi nu. 129. cum pluribus sequentibus supra in 4. a npliatione. Cumia in dictis præludijs nu.236. quamuis hoc, quod dicitur de legitima non sit verum, quia aliàs dareitur diuisio infeudalibus, quod esse non deb. t, vt demonstrabo inferius in 1. restrict. illat.1. & 2. restrictione illatione 7. & cum ea. aduertentia, de qua dixi supra nu. 142. vel nisi feudum esset datum, & concessũ

R in

in persona vtriusque cũ expressione nominis proprij ipsius filij, quo casu alienare nõ potest pater, vt tetigi infra in cap. 48. Regis Martini post princip. Tom. 3. & ita in indiuiduo dixit Blasc hic, quem sequitur Cumia in d. cap. si aliquem in verbo mortis nu. 51.

Ampliatur vigesimotertio procedere
206 † etiã in barone remittente seruitiũ militare, faciunt quæ dixi superius ampl. 18. & scripsi supra in cap. 39. Regis Iacobi in 9. intellectu Tom. 1.

207 Ampliatur vigesimoquarto etiã † procedere hoc capit. ab intestato vt ait Pern. hic, quia comprehenditur ex verbis in fine textus, sicq; audiuit ab illis antiquis iudicibus M.R.C. qui ita * iudicauerũt, & interpetrati fuerunt istud capitulũ, sed mitor qa ab intestato sumus in casu d.c. si aliquẽ qđ est c. 33. Regis Iacobi Tom. 1.

208 Ampliatur vigesimoquinto † maximè procedere quando feudalia dãtur in dotem, vt scripsi in cap. 22. Regis Iacobi à num. 11. cum plurib sequ. d. Tom. 1. addo Petr. de Gregor. de concess. feudi part. 2. quæst. 10. nu. 14. qui subdit quòd pro interusurio dotiũ constituẽdarũ, quam restituendarum potest alienari feudum, vt subdã infra ampl. 31. & ita in regno fuisse aliàs iudicatũ * per l. lucius ff. qui pot. in ping. hab. & p l. pignoribus C. de visur. dom. Mastrill. ad eundem Petr. de Greg. qui refert etiã ita fu sse decisum * Ann. 1583. per M.R.C. sed quomodo posset dici interusuriũ de dote constituenda, cum solummodo sit de restituẽda, dico q interusuriũ capitur pro capitale doti, & ideo circa istam ampliationem non procedũt ea. quæ dicunt Ysernia in cap. 1. §. donare, qualit. olim feud. pot. alien. & in cap. imperialẽ in 1. additione nu. 6. & seq. de prohib. feudi alien per Fedetic. ibiq; Camerarius versic. & primo ponamus regulam, Capic. & alij relati per Surd. d. cõs. 457. sub nu. 4. v. l. 4. quia ipsi locuntur de iure cõmuni feudorũ, per quod erat necessarius Regis, dominiquè assensus, & ita erat quodam statutum ibi in sua prouincia cõforme dictæ dispositioni iuris communis feudorũ, & per ea quæ subdã infra ampliat. 42. nu. 233. sed nos sumus in diuerso termino, & receditur per hoc Regni capitulũ à dispositione regulari Maximè procedunt prædicta quando feudũ
209 esset datũ in dotẽ † inæstimatũ, & sine pacto lucrandi, quia potest dari in dotẽ ipse Surd. nu. 43. per cap. 1. de inuestit. quã tit. accep. cap. 1. de eo qui sibi, & hæredib. Iacob. de Ardizon. in tit. quib. mod. feud.

amiſt in rubr. in dot. pro filia, Cyn. in l.
210 voluntas C. de fideicommis. vel † quando feudum esset fœmineum, quod indifferenter posset in dotem dari, Rolland. conf. 19. p tot. vol. 4. Surd. loco citato d. n. 43.

211 Ampliatur 26. † pſertim si cõcessio hac lege esset facta, vt possint feuda alienari vi de Menocc. d. cõs. 2. n. 126. & seq lib. 1. latè Surd. conf. 462. à n. 20. cũ seq lib. 4. ex Molin. de primogen. Hispan. Ant. de Alex. Loffred. Capic. Camer. Frecc. & alijs.

212 Ampliatur 27. † vt hæc omnia non sint adeo miraculosa, quia iã de iure feudorũ est permissa alienatio feudi absque licentia quantum ad partem, quod an sit verum, videas inferius in 1. restrictione.

Ampliatur 28. vt nec etiã sit necessa-
213 rius † ille consensus, de quo voluerũt feudistę in d. cõsti. imperialẽ circa principiũ, & sentit Ysern. in tit. quo tẽp. miles § sancimus sub n. 11. vbi dicit q quãdo vassallus consensit in minori tẽpore per iudicẽ minorato ad petẽdã inuestiturã, v. g infra annũ, & diẽ vt latè dixi infra in d. c. 45 2. Regis Alphonsi limit. 11. Tom 5 quòd sit necessarius consẽsus Regis, vel principis, & consequenter debent media us dominus consentire, dico q hoc non procedit stante isto capitulo Regni remittẽte consensum regis, vt latè vidimus.

214 Amplio 29. consecutiue † & dico iddẽ esse quando dominus vellet inuestire, vel facere concessionẽ de eodẽ feudo alij qa potest absque dicti vasalli consensu quãdo cõcessio esset facta in diẽ, vel sub conditione, & nõ aliter, vt dicã latius inferi in vers. restringitur 17. ecõuerso nu. 476.

215 Amplia 30 vt intelligatur † etiã alienatus titulus dignitatis, puta Baroniæ, Marchionatus, Ducatus, & c. ex adductis supra ampl. 14. & quæ dixi in d. cap. si aliquẽ in prima prærogatiua vers adiungo, & in cap. 34. nu. 18. eiusdẽ Regis Iacobi Tom. 1. & in puncto Io. Franc. de Ponte conf. 1. nu. 60. 61. & seq ex Frecc. Soccin. & Bald. quicquid sentiat idẽ Io. Franc. de Ponte conf. 5. in fine, vbi ait solũ Regem, & non Proregem posse assentire circa hęc feuda titulata, nã in hoc Regno non est verũ per ea, quæ scripsi in d. cap. si aliquẽ num. 51. & consequenter veniunt alienati etiã vasalli, præsertim si quantitas pretij concurreret, Bald. conf. 245. col. 1. vol. 3. Surd. conf 151 nu. 8. lib. 2.

216 Amplia 31. maximè † valere alienationem feudi, quando alienatio fieret ex causa legitima, & necessaria per ea. quæ declaro infra restrict. 4. limit 9. num. 418. quia tunc etiam quòd feudum sit ex pacto,

ex pacto, & prouidentia potest alienari vt tangam infra in 4. restrict. limit. 4. sentit expressè Affl. in d. constit. si quis post litem nu. 21. Et causæ legitimæ sunt ¶ Primo pro debito contracto propter feudum, & sic pro onere ipsius feudi, vt tetigi superius ampl. 7. versic. præsertim sic Andr. de Ysern. in cap. 1. an agnat. col. 2. & in cap. 1. §. quid ergo col. 2. de inuestit. de re alien. fact. Bald. in l. 2. C. comm. delegat. Petr. de Gregor. de cõcess. feudi part. 2. quæst. 10. num. 19. ¶ Secundo pro seruitij militaris onere dixi supra Tom. 1. in cap. 39. ampl. 6. Regis Iacobi, Affl. superius citatus in d. constit. si quis post litem nu. 21. ¶ Tertio pro debito inito per Regem, pro quo baro, vel feudatarius fideiussit Ysern. in d. §. quid ergo col. 2. de Gregor loco citato nu. 12. & sic pro adiuuando Rege, Affl. d. nu. 21. Marin. Freccia de subfeudis in capit. incip. plurib. modis nu. 75. versic. 25. limito, lib. 2. & anthorit. 29 nu. 7. fol. 221. Camer. in d. cap. imperialẽ litera S. ¶ Quarto pro dote de paragio, vt dixi in d. cap. si aliquem in 3. prærogatiua, & in cap. 117. Regis Caroli versic. adeout Tom. 8. vbi est materia, & licet Petr. de Gregor. in tract. de concess. feudi part. 8. q. 3. in principio dicat quòd onus non sit reale, sed personale, quia ad illam consequendam agitur conditione ex lege, quæ est actio personalis, & allegat Ysern. in d. constit. in aliquib. col. 3. versic. sed numquid, attamen mihi hoc videtur durum, quia quicquid sit, onus est, pro quo feudũ obnoxiũ est vt latè videre poteris in d. cap. 117. Regis Coroli, & quatenus agatur conditione ex lege, non ob id est simpliciter personalis actio excluso feudo, quoniam actio personalis de sui natura personam sequitur, vt dixi in d. cap. 39. Regis Iacobi in 3. intellectu, versic. oritur d. Tom. 1. vnde si hoc daremus in dote de paragio, non esset obligatum feudũ, neq; illud sequeretur, & per cõsequẽs nõ sequeretur tertiũ, ad quẽ peruentũ esset ipsum feudũ, stante ꝙ actio personalis de iure cõmuni non sequitur tertiũ possessorẽ, licet fallat in multis casibus ¶ Quinto pro onere dotis constituendæ, siue restituẽdæ, dixi superius ampl. 21. idẽ Affl. in d. constit. si quis post litẽ d. nu. 21. ¶ Sexto pro dodario vt scripsi in cap. 22 nu. 21. Regis Iacobi d. Tom. 1. addo eundem de Gregorio d. q. 10. nu. 15. ex Ysernia in cap. 1. §. donare qualit. olim feud pot. alien. cũ similib. Blasc. Lanza hic versic. sed an pro dodario, & versic. sed pulchra, Capic. in inuestit. feudor. versic. feuda pro dotario, tã si maritus fuerit mortuus morte naturali, quam ciuili, vel violenta, Affl. in constit. mulier. quæ dodariũ n. 9. Domini Neapolitani in cap. Regni Neapolis 163. de quibus testatur Io. Ant. Batius ad Affl. in annotationibus ad constit. Baiulos in litera F. tit. 73. de ferijs lib. 1. ¶ Septimo ponit in ordine ipse de Gregorio nu. 16. quando hæres non cõfecit inuentarium, de quo vide quæ posui superius ampl. 4. versic. & quicquid sit. ¶ Octauo ponit in ordine refutationẽ faudi vt latius dixi supra ampl. 2. ¶ Nono potest feudũ alienari pro onere vitę militię fratris vt dixi in d. c. 117. Regis Caroli versic. petũt. ¶ Decimo potest alienari pro patrocinio Aduocati super feudo, videbimus inferius in 3. restrictione num. 326. & 327. & nu. 328. ¶ Vndecimo quãdo darentur in concessionẽ feudales res steriles ad vsum massariæ, & plantandi vt latius dicam infra in cap. 43. limit. 2. versic. sublimita, & in cap. 62. nu. 9. & 10. Regis Iacobi d. Tom. 1. & supra ampl. 9. ¶ Duodecimo quando locarentur etiã ad longum tẽpus vide in d. cap. 43. loco citato. ¶ Decimotertio addit D. Mastrill. onus decimæ, de qua subdam inferius restrictione 14. remissiue ad cap. 67. Regis Ioannis Tom. 6.

217 Amplia 32. maximè in feudis ad franchum † allodium per ea, quæ dixi in d. c. 39. Regis Iacobi in 9. intelligẽtia Tom. 1.

218 Amplia 33. etiã, vt sicut per hoc capit. permictitur † alienatio absq; cõsensu, ita potest etiã aliquid fieri, per qđ sequatur ipsa alienatio, & per cõsequens potest in iudiciũ deduci res feudalis arg. à contrario eorũ, quæ post Bald. Soccin. Bart. Dec. Ruyn. Cephal. Crauett. Paris. & alios ait Surd. cons. 5. num. 40. 41. lib. 1.

Amplia 34. etiã procedere vt esto ꝙ nõ
219 sit necessarius † ab initio cõsensus, tamen si ex post fuerit secutus (nõ dico ꝙ sit de necessitate, sed quia esto ꝙ de facto subsecutus esset) conualidare, & concurrere cũ ipsa prima alienatione, & licet de iure cõmuni feudorũ si ab initio consensus nõ interuenisset nõ valeat postea subsecutus ex Io. Franc. de Ponte cons. 3. vsq; ad n. 14. & seq. & ꝑ ea, quæ sentit idẽ Surd. d. cons. 457. n. 5. vbi ꝙ assensus super cõtractu faciendo, nõ extenditur ad iã factũ ex Castrens. in l. si quis filio §. irritũ ff de ininst. rupt. testam. Alex. cons. 146. nu. 7. vol. 5. Affl. decis. 355. nu. 1. Ruyn. cons. 7. num. 4. vol. 2. Loffred. cons. 7. num. 35. cons. 9. num. 20. Camer. in cap. imperialem, Freccia de author. Baron. quæst. 11.

lib. 2. Iason, Capic. & alij relati per d. Surd. vbi supra nu.4.5. & 6. vbi quòd ita in Regno Neapolis seruari dicit, nempè, vt non conualidetur ex post alienatio, si absque consensu ab initio sit facta, etenim, vt dixi, fallunt hæc omnia, & non habent locum in hoc Regno Siciliæ, &
220 concludo quòd consensus † mox valeat, licet non fuerit de necessitate, nec à principio, nec ex post facto, immo contra ea, quæ dicunt citati Doctores sentit Andr. in cap. 1. in princip. de prohib. feudi alien. per Feder. vbi Iacob. Aluarott. & Dec.
221 cons. 144. nu. 1. non † obstante quòd partes alienauerint reseruato consensu, & non aliter, quia valet, nec vitiatur ob nō impetratum assensum, vt post Camer. fol. 55. in litera T. alt. Ludouic. Sacca d. resp. 3. nu. 329. cum seq. Gabriel. cons. 92. cum concord. vsque ad nu. 343.
222 Amplio 35. multo magis procedere † quando alienatio feudi fieret in filios, vide supra extesione 2. versic. intelligo vt ista refutatio nu 105. & nu. 142.
Amplio 36. procedere tam si vassallus
223 qui alienauit feudum viueret † quam etiam si mortuus esset, quia ersi ex dispositione iuris feudalis dominus mortuo vassallo, qui alienauit feudum, non possit præstare assensum, ratione quia medio tempore factum sit alterius, vnde consentiendo vni, dare non potest quod est alterius Ysern. in cap. 1 § donare qualit. olim feud. pater. alien. Affl. d. decis. 335. nu. 12. Aluarott. & idem Affl. in cap. imperialem quæst. 24. nu. 45. & col. 6. Paris. cons. 18. nu. 10. vol. 1. Bald. Præposit. Dec. Curt. Iun. & alij, & ita etiam post Natt. Rolland. Grammat. Cephal. Bursatt. Parid. de Pur. Marin. Frecc. Osasc. Menoch. Molin. & alios ait Surd. cons. 462. nu. 11. vol. 4. attamen istorum doctrina est vera in terminis iuris feudalis, sed cessat stāte hoc Regni capitulo.
224 Ampliatur 37. in augmento feudi † quod non est inuestientis, sed inuestiti, & consequenter fortius valet alienatio inscio Rege, vide quæ pono infra in d. cap. 452. Regis Alph. limit. 17. Tom. 5. & inferius restrictione 4. limit. 2.
Ampliatur 38. vt eum hodie sit dedu-
225 ctum † per hoc Regni capitulum, vt possit nempe fieri alienatio absque consensu, vt intelligatur, vt ad istum consensum præstandum cogatur dominus, sicut si in pactum esset deductū, ita sentit Io. Franc. de Ponte d. cons. 2. nu 9. & 10. & d. cons. 3. vbi ponit quòd de iure feudorū erat necessarius consensus (& sentij superius in principio nu 3.) ex Affl. in cap. feudū ex lege si de feud. def. contr. fuer. in 2. notab. nu. 10. & 29. latissimè Loffred. in cap. 1. §. donare qualit. olim feud. pater. alien. Capic. in cap. imperialem de prohib. feudi alien. per Federic. Camer. & alij per ipsū de Ponte, qui subdit nu. 11. quòd solummodo habebit considerare dominus an alienauerit fideli, vel infideli vassallo, vt ponam infra restrictione 3. illation. 8. nu. 357. ex eod. Affl. vbi supra col. 4 nam nō habebit causam denegandi dictum assensum vt per ipsum de Ponte nu. 12. 13. 14. & seq. ex Andr. de Ysern. eod. Affl. & pulchre idem Affl. in constit. si quis post litē, nu. 20. 21. 22. 23. d. rubr. 97. de pæn. con-
226 tumac. ex cuius verbis habes quòd licèt † assentire sit gratia, ad quam faciendam quis non sit astrictus de iure ex notat. in cap. gratia de rescript. in 6. Clement. gratiæ eod. tit. tamen intelligitur, vt prædictum est quando adesset iusta causa denegandi assensum, aliàs si non esset iusta causa, fieret iniuria argum. capit. bonæ il primo, de postul. prælat. vbi in postulatione, quæ est gratia, si non admittitur, fit iniuria, cum concordantib. Alberic. de Rosat. C. de nou. Codice facie col. vlt. prout in casu capituli nostri, quia si ipse Rex voluit quòd possint alienari absque consensu petendo, non habet iustam causam denegandi assensum, quatenus peteretur.
Amplia 39. fortius, multoque magis procedere in transactione, quia potest
227 vassallus facere trāsactionem de feudo † dimittendo illud penes possessorem absq; aliquo consensu ita Bald. in cap. 1. in fine de controuers. inuestit. & in hoc nullum dubiū est, quamuis de iure cōmuni feudorum non poterat vassallus feudum à se possessum transmittere absque assensu, & ita voluit Affl. decis. 138. Martin. Laudēs. Aluarott. Card. Alex. Aret. Iacob. Iaf. Tiraq. & alij per Surd. cons. 501. nu. 7. vol. 4. & sentit expresse Boniornus in causa D. Agathæ de Bonsiglio cum Don Hieronymo de Montecateno versic. secundo alienatio vbi iddem dicit de arbitrijs, quæ sunt prohibitæ, in feudis præsertim circa partes feudi vt dicam infra restr. 1. versic. nec obstat sub nu. 264. (sicut de emphiteusi dicam infra in d. cap. 116. Regis Caroli limit. 10. Tom. 8)
Amplia 40. maximè procedere in fru-
228 ctibus feudi † qui esto quòd videantur pars soli l. fructus pēdentes ff. de rei vendicat. l. fundi ff. de petit. hæredit. l. fin. §. fin. ff. de his quæ in fraud. credit. tamen possunt

possunt alienari, siue concedi ad tempus Bald. in l. voluntas col. 2. C. de fideiussor. etiam sine regio assensu ita ait latè Affl. in d. constit. si quis post litem à nu. 13. cũ plurib. seq. tit. 97. de pœn. contumac. ex Andr. de Ysern. in constit. constitutionem diuæ memoriæ col. fin. DD. in l. cõmodis ff. de re iudic. Angel. in l. pro hærede §. seruos hæreditarios ff. de acquir. hæredit. Io. de Imol. in l. si finita col. 4. ff. de damn. infect. Bart. Bald. & Alex. citati per ipsum Affl. qui dicunt quòd concedere fructus feudi non est alienatio d. nu. 13. ex Io. Fabr. instit. de action. §. item seruiana, Ant. de Alex. præceptor Afflicti in eius recollectis in l. si constante ff. solut. matr. Alex. cons. 18. vol. 5. sicut scripsi supra ampl. 7. quòd possunt adiudicari, & vide quæ tango inferius restrict. 1. limit. 2. nu. 261. & nu. 285. cum seq. & nu. 388.

Amplio 41. vt quemadmodum ex vi
229 istius † capituli non sit necessarius assensus regis in alienatione feudi, ita nec in appositione pacti v. g. quòd in casu pretij non soluti feudum sit obligatũ, esto quòd olim de iure communi feudorum requirebatur etiam assensus nouus, quasi sit noua obligatio, vt refert Surd. decis. 344. nu. 3. inter eius consilia volum 4. ex Affl. in constit. regni rubr. 5. nu. 16. lib. 3. per text. in l. 1. ff. de reb. eorum, idem Affl. Pinell. & alij citati, per ipsum Surd. quasi quòd de iure communi feudorũ licentia non extendatur de casu ad casum, nec de persona ad personam, quorum doctrina, vt verum fatear mihi displicet quia sufficit de dicto iure communi feudorum in alienatione, facere autem pactum quòd in casu pretij non soluti feudum sit hypo-
230 tecatum, & obligatum † inest tacitè de natura dictæ alienationis consecutiuè, vt ait Surd. nu. 33. 34. & cõsequenter nullus nouus assensus (etiam de iure communi feudorum loquor) esset necessarius; nec est tuta illa ratio, quam tradit idem Affl. in cap. imperialem n. 39. de prohib. feudi alien. per Federic. & per eundem Surd. nu. 4. qui dicunt quòd aliter fortè dominus non esset consensurus, si expressum fuisset quòd res ad vẽditorem reuersura esset, nam hæc scientia an feudum remaneat pœnes emptorem, vel redeat ad venditorem est incerta, & stat in pendenti, nempe si emptor non soluerit pretium, & quicquid sit non potest fieri præiudicium venditori, qui aliter non esset securus de pretij solutione, & tale pactum est naturale, vt realiter sentit idem Surd. nu. 11. 12. 13. & seq. ex quo semper videntur ex-
231 pressa ea † quæ sunt de natura contractus l. cum quid vbi Dec. & alij nu. 6. & seq. ff. si cert. petat. Crauett. in respons. pro genero nu. 308. Surd. num. 27. & 28. subdens nu. 24. & seq. præsertim procedere quãdo tale pactum esset appositum in eodem contractu incontinenti, & non ex interuallo ex Bald. Angel. Castrẽs. Iason. Curt. Iun. Tiraquell, Anchar. Affl. Soccin. Iun. Negus. Boerio, Pinell. Corbul. & alijs.

Amplio 42. consequenter vt quemadmodum non est necessarius per hoc cap. it. consensus in alienationem feudi, sic non
232 puto esse necessarium † in pacto de retrouendendo, quicquid esset de iure feudorum, per quod sicut erat necessarius consensus in alienatione, sic in dicto pacto de retrouendendo, vt infert idem Affl. in d. cap. imperialem, Paris. de Put. Pinellus, Marin. Freccia, Camerar. Alex. & Iason. citati per eundem Surd. nu. 5. quia neque hoc potest mihi in animo sedere, stante quòd pactum de retrouendendo iam fuit nominatum in d. alienatione, & dominus de eo scientiam habuit, & sic consensus extenditur ad omnia contenta in contractu, loquor de iure feudorũ, immo quando sit ipsa retrouenditio, fit ex necessitate, vnde non memini legisse, quòd ex hoc
233 sit necessarius consensus † quãdo aliquid fit ex necessitate, & ex resolutione eiusdem contractus, vt realiter optimè, ac benè audiuit Surdus à d. nu. 11. 12. 13. & seq. & nu. 20. 21. vbi ait quòd si dominus consensit rem feudalem, vel emphiteuticam ab vxore dari marito in dotẽ iuxta ea, quæ posui supra nu. 208. ampl. 25. nõ erit necessarius, quando soluto matrimonio res ipsa feudalis, vel emphiteotica redibit ad vxorem ex Roman. in l. vsusfructus nu. 13. ff. solut. matr. (cum similibus, quæ latè dico in materia emphiteusis infra in d. cap. regni 116. Regis Caroli limit. 11. Tom. 8.) Paris. de Put. Bald. Nouell. Freccia, Corbul. & alij citati per ipsum Surd. vbi docet de com. * opin. subdens quòd hæc fiunt ex iuris ministerio, non ex facto hominis, & consequenter
234 assensus † præstitus super contractu, non extenditur ad distractum, & contractus resoluitur non per viam extensionis, sed comprehensionis, in quo casu nullus est cõsensus necessarius Ysern. Camer. Surd. num. 30. 31. vbi quòd isto casu minus dignum trahit ad se digniorem contra regulam (de qua videbimus infra in cap. 37. Regis Ferdin. extensione 1. in fine Tom. 7.) & Affl. Camer. & alij loquuntur, quando distractus non fit ex natura rei;

quia

quia tunc requirebatur consensus de iure feudorum, vt post Parid. Bald. Nouell. & alios loquitur Surd. num.49. & seq. & propterea in pacto de retrouendendo nō est necessarius aliter consensus in reuenditione (vt dicam in d.cap. 126. limit. 11. & in d.cap. 214. ampl. 5. eiusdem Regis Caroli Tom.8.)

235 Amplio 43. multo magis valeret† alienationem feudi, quando ipsa alienatio tenderet in augmentum feudi, quia tunc etiam de iure feudorum tenet alienatio sine consensu domini, ita post Andr. de Ysern. in cap. imperialem col. 6. de prohib. feudi alien. per Federic. vbi Matth. de Affl. nu.55. & decis. 111. nu.5. Grāmat. Capic. Duenn. Becc. ait Io. Petr. Surd. cōs. 58 nu.23. lib.1.

Amplio 44. fortius quando alienatio

236 fieret domino † & si quis vendit feudum Regi, vel si vassallus det pignori domino suo feudum, non dicitur cadere à feudo, quia dominus recipiendo obligationem super feudo, illi consentire videtur, nec potest cotrauenire, Bald. in cap. imperialem nu. 1. versic. sed quid si vassallus de prohib. feudi alien. per Federic. vbi Affl. quæst. 28. num.16. per l. si consentire vbi Alberic. ff. de manumiss. num. 35. & seq. Alex. cons. 8. versic. sed ita est lib. 5. Io. Petr. Surd. cons.70. col.2. lib.1. vnus enim

237 alteri consentire videtur: sicut quando † duo emunt fundum sibi obligatū, ex quo alter alteri consentire videtur, ac remittere pignus: sicut pater cum filio agentes, nam videtur pater consentire; sicut de duobus fratribus vendentibus fundū, nam inuicē consentire videntur l. si fundus §. 1. ff. de pignor. sibique in fideicommisso præiudicare: sicut de duobus patronis simul præsentando, nam censentur cōsentire ordinationi ex Bart. Imol. Florian. Angel. Soccin. Bald. Corn. Tiraquell. Beroo, Negusant. Dec. Aleiat. & alijs ab ipso Surd. allegatis, nisi consensus esset simplex, & sine pacto, & renunciatione, nam non præiudicat in iure futuro, vt subdit ipse nu.4. & seq. qui loquitur in fideicommisso, & per ea, quæ subdam modo ampl.47.

Ampliatur 45. quando feuda non so-

238 lum semel, † sed bis fuissent alienata, quo casu perpetuò fiunt alienabilia, retinētq; primam illam qualitatem, quam assūpsit ex primis alienationibus sic Surd. d.cons.105. nu.12. lib.1. & n.13. post multos, quos citat ipse.

Amplia 46. maximè procedere quādo

239 † in locis extaret consuetudo inueterata, vt feuda quantumuis antiqua etiam ex pacto, & prouidentia possent alienari, quia tunc talia feuda possunt fendi naturam immutare, & fieri alienabilia, ita post Bald. cons. 185. vol.5. Cuman. Corn. Guid. Pap. Curt. Iun. Paris. Becc. Rip. Rolland. Natt. Præposit. Cephal. Dec. Menocch & alios relatos per eundem Surd. d.cons. 105, num.14.15. lib.1. vbi de hac consuetudine testatur in Monteferrato, in partibus Galliæ, Mantuæ, Ceuæ, Astēsi, & quasi sit generalis, vt tetigi supra post principium in versic. simile capitulum, num. 23.

240 Amplia 47 præsertim† si consensus fuisset tacitus. vt quia dominus fuerit præsens, nec contradixerit sicut est cōforme iuri feudorum vt per Dec. d.cons. 144. in princ. & per ea, quę tetigi modo ampl.44.

241 Restringitur igitur Primo procedere † dictam alienationem ex mente huius capituli, dummodo non adsit dismembratio feudorum, vt hic, ibi, feudum integrum, & sic non in parte, Soccin. Iun. cons. 126. nu.9. & seq. lib.2. argumēto eorum, quæ dicūt DD. de dismembratione Ecclesiæ, vt per Rot. decis. 229. Io. And. Cardin. Imol. Anchar. Paul. de Eleazar. Milis, & alij de quibus per Port. siue Gabrielem conclus. 43. ampl. 58. lib. 1. Ratio

242 est, ne præstatio seruitij cōfundatur Boniorn. hic per l. communi diuidundo, & ibi gloss ff. com. diuid. Dom Don Io. Frāc. de Castillo Regius Consiliarius eruditissimus, & Auditor Generalis in hoc Regno decis. 12. nu.26.27.28. ratione etiam

243 quia feudum est connexum † ex quo qui tangit vnam rem de feudo, totum feudū tangere videtur, sicut qui tangit auriculam hominis, totum hominē tangere videtur l. vulgaris ff. de furt. Matth. de Affl. in constit. Regni Præses prouinciæ, nu.4. tit.53. vt iustitiarij lib.1 (argumēto, quod dicitur de clerico, cuius etiam vestimenta si quis feiderit, esto quòd personam non tangat, totum tamen corpus tangere videtur ex latè adductis infra in cap. 37. limit. 2. versic. cum hoc, Regis Ferdinandi Tom. 7.) & subdit Affl. vbi supra quod qui certum feudi locum ingreditur animo possidendi, totum feudū possidere intelligitur per l. possideri ff. de aquir. poss. Milan. decis. 3. nu.236.

244 part. 1. vbi † quod capta possessione terræ, vel castri, dicitur capta possessio omnium feudorum coadiacentium num. 79. decis. 1. nam qui certum fundum, & locum seruientis transit, in toto fundo retinet seruitutē Affl. loco citato Bart. & Imol.

Imol.in l.3.circa finem ff. de acquir. poss. Iacob.Beluis. in l.Caius §.1. ff. de legat.2.Siluan. cons.57.num.7. Surd. cons. 135.nu.5.vol.1. Natt. cons.446.nu.1. intelligendo v. g. de castro, in quo essent cameræ, stabulum, hortus, &c. quæ simul iuncta constituerent vnum castrum, quia non est necesse ingredi singula corpora, sed intrando partem castri, totius castri possessionem adipiscitur, secus vbi, diuersæ sunt res, ac separatæ, vt sunt castrũ, & prædia, nam, vt acquiratur rerum possessio, non sufficeret castrum ingredi, sed erit necesse cuiuscumq; rei possessionem apprehendere, aliàs vnius rei apprehensio, possessionem alterius non includit vt post eundem Bart. Alex. Iason. Salicet. Natt. Speculat. & alios declarat Surd.nu.63.64.65.66.67. vbi reprehendit Zas. in tract. de feudis part.6.nu.20. Siluan.d.cons.58.nu.7. qui voluerunt quòd si feudum plures fundos sub se contineat, tamquam partes totius vniuersitatis. q; apprehensa vnius possessione, omniũ videatur apprehensa, nam male locuntur, sed erit necesse vt omnium apprehendatur possessio, quia in ijs, quæ non sunt eiusdem speciei cum re, de qua capitur possessio, sed sunt alterius speciei, & non concurrerẽt ad faciendum vnum totum, non sufficit de vno corpore possessionem capere, sed de alijs infinitos allegat ipse, ad quem recurras, igitur vt concludam
245 non debet esse dismẽbratio † & ita tran-
** feunt magis * * communiter scribentes, Ferdin. Boniorn. in d. allegatione Spaccafurni propè princip.in 1. quæst. versic. primo quia, Ramund. de Ramundett. in alleg. pro vniuersitate terræ Ramettæ contra Baronem Bauusi lib.1.diuersorũ, & pro Barone Passaniti contra ven. Monasterium S.Placidi Cataniæ num. 19. vbi ait non obstante principis dispensatione
246 † quæ in præiudicium agnatorum non valet, vt ipse subdit num. 20. ergo si non adest tale præiudiciũ valet talis dispensatio, vt sentit expressè idẽ Ferdin. Boniorn. in causa Montis Mellis 2. incip. decima, versic. quinto ita interpetratũ est, & per ea, quæ dicam infra in d. cap. 67. Regis incliti Ioannis versic. secundo adhuc Tom.6. vbi pono quòd per talẽ dispẽsationem solummodo debetur etiam decima, & per consequens non potest fieri alienatio partis, quia hoc capit. non permictit, sed prohibet, ratione quia esset communicabile tũc feudum, & vna pars remaueret alienanti, reliqua in alienatarium, quod fieri non potest per ea, quæ demonstro inferius in restrictione sequenti, sub versic. & propterea. Nec habet locum hic illa vulgata iuris regula, quod iddem iuris est de toto quo ad totũ
247 & de parte quoad partem l. quæ † de tota ff. de rei vendic. quia fallit in his, quæ aliquo modo sunt indiuidua, prout in feudis suppleo infra nu. 277. vt dicit ibidem Alberic. de Rosat. & ita ait Bart. in l. qui sine ff. de condit. sine caus. & in l. p fundũ in fine ff. de seruit. rustic. prædior. per l. in executione §. pro parte ff. de verbor. oblig. vbi idem Bart. Alberic. Angel. Raph. Fulgos. quo sequitur ibidem Iason. limit. 1. subdens ex Angelo pluries * decidisse in Ciuitate Perusij, quòd stante
248 statuto † vt habens pacem, vel concordiam cum offenso, soluendo certum quòd pro gabella ad aliam pœnam non teneatur, quòd vno nummo minus soluto, non prodest pax, quia obligatio gabellæ est in conditione, quæ est indiuidua, vt ibi per eum, Dec. in l. cuius effectus num. 3. ff. de regul iur. l. quandiu C. de doctr. pign. quo argumento vtitur simpliciter idem Ferdinand. quæst. 5. versic. secundo, & ista indiuiduitas erat etiam ante hoc capit. cũ de iure constitutionũ Regni (quæ in hoc loco remanent incorrectæ, vt concludit Ramund. Ramundett. loco citato) prohibebatur diminutio, & communicatio, constit. hac edictali cum concordantibus, Prothonotarius in quodam voto ante quartam disputationem, cum pro regula tradatur, feuda esse indiuidua Bald. cons. 270. lib. 2. quicquid sentiat Franc. Curt. in tract. feudor. part. 4. vbi quòd data potestate alienandi, an possit feudatarius alienare partẽ, & allegat Andr. in cap. imperialem col. 2. & ipsi potius locuntur dispensatiuè ex his, quæ subdam inferius in hac restrictione, in versic. nisi dicamus, aliter per supradicta totum contrarium apparet, Aluarott. in d. cap. imperialem, & Præposit. addo Cannet. hic fol. 155. & 156. qui ait quod aliorum opinio non procedit in hoc regno, Cumia in capit. si aliquem fol. 209 in verbo, eodem ordine, num. 4. & corrigitur in hoc proposito ius feudorum cap. 1. in princip. in d. tit. de alien. feudi, & cap. 1. §. 1. qualit. olim feud. pot. alien vbi erat licitum alienare, vel
249 dare ad liuellum † partem feudi sine consensu domini, & non plus, aliàs cadebat ab eius parte, vt ibi per Ysern. sicque illam partem perdebat, non totum, quicquid sit tamen, iam vt subdit ibidem, nec hoc potest de iure feudorũ fieri, quia est sublatum per constitutionem Lotharij, & sic

& sic transit Boniorn.hic,& vide inferius nu.263. ¶ Item do aliam rationem qua-
250 re non possit in partes † alienari, ne forte vilioris pretij vendatur, sic enim dicitur, quando pars venditur, & non tota, nam prædia vnita sunt maioris valoris, quam diuisa in partes, ita post Roman.Bald.Salicet.Menocch.conf.358.nu. 29 vol.4.
251 Adeout nec valeat retētio vsusfructus † iuxta posita in consuet. Panor cap. 1. sub nu.37.ex Petr.de Gregor.Boniorn Milo, & alijs ibi per me citatis cum similibus, quos addidi ad cap. 39. Regis Iacobi sub versic.sed quomodo Tom.1. Minad. conf. 15. Loffred. in paraphrasi feud. cap.1.§. etsi libellum multos cumulat Ludouic. Sacca d.resp. 3. in 26. dubio per totum à nu. 375. cum seq. & quæ tango infra nu. 297.& supple supra ampl.2.n.95. nisi loquamur de ea reseruatione per refutationem vt ibidem posui,ibi, etiam retento &c quia tunc non videtur vsusfructus formalis, sed casualis, Loffred. & alij supra citati.

Ex quibus infertur primo, quòd cum feudum debeat integrum, indiuisumquè
252 permanere, quòd nec † legitima possit detrahi, vt est videre infra restrict. 2. illatione 7.nu. 296. & tetigi supra nu. 105.

Secundo infero, vt in tantum dicatur debere esse integrum feudum alienatum
253 vt quoties fit alienatū in casibus, de quibus hic, consequenter veniat alienatio ipsa facta cum omnibus his, quæ sunt in fra fines ipsius feudi, quia sunt feudales, sicut est totum arg.d.l quæ de tota ff. de rei vendic.& ibi vide, & ex his, quæ dico latius infra in d.cap.67. incliti Regis Ioannis versic.secundo adeò procedunt, cū versic.ibidem sequenti Tom.6 maximè si fit alienatum cum iuribus, & pertinentijs, prout esse deberet de natura ipsius feudi alienati, vt regulariter fit in omnibus feudis Regni Siciliæ,nec aliter integrum diceretur contra mentem præsentis textus Pern. conf. 15.cum similib. per Petr. de Gregor. part.2.q.7. maximè nu. 5. post aliquos à se relatos, addo eundem Pern. in quartis notabilibus feudalibus in principio, de qua clausula, cum iuribus, & pertinentijs suis scripsi in d. cap.67.sub d.versic.secundo &c.

254 Tertio sequitur † quòd nec possit præscribi nisi totum, & integrum dixi supra ampl. 10.

255 Quarto sequitur † vt non possit in parte concedi ad emphiteosim ex his, quæ subdam in 3.limit.

256 Quinto sequitur vt nec valeat † impositio seruitutis, nam esset dismembrare, quòd absque dispensatione Regis non posset vt concludunt ijdem de Campixano. & Ramundett. in d.alleg.pro vniuersitate terræ Rametta, Perandreas de Grimaldis,& Iacobus de Iudice in alleg. contraria cap.1.§.quid ergo de inuestit. de re alien.fact. Loffred conf.25. col. vlt. Andr.de Yser.in tit.de proh. feudi alien. per lothar. nisi tantum in vita imponentis ait Gugl. de Pern in primis notabilibus col.4.versic. prætetea vbi aliqua adducit.

257 Sexto sequitur vt possit † fieri reintegratio ita supra in cap.27.tit. de reinteg. feudorū,vbi tetigi in fine,& quæ suppleo infra nu.392.saltim solutis benefactis,& melioramentis, idem Dom. Mastrill. d. decis. 105.

Septimo sequitur vt aliter facta alie-
258 natio in partes † posset etiam alienans reuocare Boniorn.hic per d.constit. constitutionem,& ex Oldrad.conf.139. in 2. dubio, quicquid dicat Paul. de Castr. in l.nō dubium C.de legib. qui voluit quòd dominus poterat dicere de nullitate.

Nisi dicamus(& potest esse prima limi-
259 tatio † quoad hanc restrictionem) quòd in dictis dismembrationibus esset facta dispensatio per Regem,quod potest fieri per ea,qua tetigi superius,& subdam inferius nu.320. & addo Campixan. modo citatum vltra Cānetium, vbi subdit ipse Campixan.maximè si esset elapsum mul-
260 tum tempus, vt puta 100.annorū. † quia per hanc temporis diuturnitatem præsumitur alienatio, & dismembratio feudi ex Affl decis.254 Dec. conf 152. & conf. 409. Barbat. conf.35.col.pen.lib.2. Rip. resp.7.col.5.lib.2.Crauett.de antiq.tempor.nu.27.Paris.de Put. de reinterg. feudor. fol. 126. col.4. intantum vt dixerit Campixan.vbi supra, quòd nec requiratur sciētia principis, nec sit necesse, sicut sentierunt etiam Perandreas de Grimald. & Iacob. de Iudice locis citatis, qui subdunt infeudalibus debere esse trāsactum tempus 100. ann. eo quia omnis præscriptio etiam longissima sit prohibita aduersus diuisionem, & dismembrationem feudi d. constit. constitutionem Dom.Mastrill.d.decis.105.& stante antiquitate temporis ex literis Regijs,& Viceregijs præsumitur apponere de sciētia principis latè Ramundetta loco citato ex Alex.conf.9.lib 3.Affl.decis.107.

161 Aut nisi dicamus, & est 2. limitatio † in fructibus, siue commoditatibus feudi, quæ

quæ pro parte possunt alienari vt decla-
rat Cumia in præludijs d.cap. si aliquem
nu.226.227. cum sequent.& quæ dixi su-
perius nu.228.
262 Vel tertio potest limitari † nisi loqua-
mur quo ad certas terras parum vtiles
tetigi supra ampliat.9.num.183. & infra
num. 298. quæ etiam si sint de feudo,
& infra fines feudi possunt locari, vel
concedi in perpetuum per ipsum feu-
datarium, vt plantentur, vel vincantur,
certaque feudi domino reddatur portio
siue in fructibus, siue in pecunia, etiam si
essent datæ ad terragium ex his, quæ di-
co latè infra eod.in cap.43.limit. 2. vers.
sublimita, vel quando essent datæ pro vsu
tantummodo, v. g. pro lignis capiendis,
pascuis &c.nam valet cõcessio etiam par-
tis, nec dicitur dismembratio, vt ibidem
posui remissiuè, & latè in cap. 31.Regis
Ioannis tom.6.

Nec obstat quatenus tibi videatur con-
trarium ex mẽte textus huius,ibi in prin-
cipio, seu quandam partem feudi, nam
loquitur non de alienante, sed de accipi-
263 ente ab ipso Rege † qui potest siquidem
infeudare partem, vel quotam feudi,non
sic in alienante, Blasc. Lanz. hic in 4.no-
tab. Cumia in dictis præludijs cap. si ali-
quem nu. 226. nam debet mox illam to-
tam partem (quæ vocatur quota, vt in
constit. statuimus tit.de offit mag. iustit.
ibi, & de quota parte ipsorum feudorum,
& sic tã respectu partis integralis, quàm
subiectiuè integrum perdurare debeat,
vt omnes hic concludunt, & Petr.de Gre-
gor.part.4.quæst.1.num. 12.& ista quota
264 vocatur marchatum in Regno † vt per
Cannet.fol.154.col.1.nu.27.) alienare, vt
subditur paulo inferius in textu, vbi, in-
tegrum, seu quotam partẽ feudi prædicti
referẽdo singula singulis,nẽpe ad haben-
tes feuda integra à Rege,vel partes & po-
stea alienãtes,arg.gloss.in §.sed naturalia
Instit.de iur.nat.gent.& ciuil.de qua me-
mini super consuet.Panor.cap.42. propè
principium,ideoque hic non potest feudi
pars alienari, quia illa alia pars, quæ re-
tineretur, iam adhuc esset feudum vt di-
cit Luc.de Penn.in l.3.in fine C. de agric.
& censit. lib.11. Andr. in d.cap.1.§. hoc
quoque num. 5. de success. feudi, Ferdin.
Boniorn.in causa Buccherij sub versic.se-
cundo, & est textus expressus infra in
cap.44. eod. constit. scire volumus, &
constit. constitutionem, quæ concordant
cum d.cap.44.prohibente ne certæ par-
tes feudorum alienentur, maximè tran-
sigendo, vel arbitrando; vt sentij ex
Boniorno supra ampl. 39. & sic alienatio
rerum particularium, vel certarum pos-
sessionum prohibetur d.cap.44. vbi Apo-
stillantes,& Lanza, ex Afflict.in cap. im-
perialem in 13.notab.Loffredd. cons. 39.
nu.30.& seq.Cumia in prælud.cap. præd.
si aliquem num.224.& num.225. qui me-
minit de d. cap. Regni 44. per quod ir-
ritæ declarantur similes alienationes,
& sic transit idem Bonior. hic & decla-
rat etiam Pern. d. cons. 1. feudalium
propè medium vbi ait quod per quotas
265 indiuisas † potest fieri diuisio, & hoc
modo saluari potest Petr. de Gregor. de
concess. feudi part. 8. quæst. 3. num.5.
vbi quod potest possideri quota, vel pars
feudi pro indiuiso, & in communi,& tan-
go inferius num.276.ita sentit hic etiam
Fimia, intelligendo nempe, quando par-
tem tantum habet, nãm illa tota potest
alienari, alias secus, ex Andr. de Yser.
in §. callidis de prohib. feudi alien. per
266 Federic.Sic etiam emolumenta † & com-
moditates diuidi possunt Molina de pri-
mogen. Hyspan. d. cap. 9. num. 6. ¶ Vel
vltra eos dico quòd posset possideri quo-
ta, vel pars feudi, si v. g. pro debito, &
onere feudi necessario iuxta ea, quæ dixi
supra ampl. 7. esset adiudicata, vel alie-
nata quota ipsa feudi;nam sicuti non pro-
hibetur alienari totum feudum pro causa
necessaria,& onere,cui esset obnoxium ip
sum feudum, vt ibidem vidimus, ita non
video differentiam in quota,& parte arg.
d.l.quæ de tota ff. de rei vend. etita vide-
tur se ipsum declarare paulo inferius ibi-
dem Petr.de Grego.n.6 dum loquitur de
illo, qui sibi adiudicauit per primum, &
secundum decretum feudum,quamuis tũ
salua eius pace, & aliorum, non videtur
bene loqui in eo particulari, quod subdit
de seruitio militari,vt non teneatur iste,
sed primus debitor,quinimmo dico quod
stat in electione Curiæ à quo exigere vult
ex his,quæ dixi in d.tom.1.cap.39.Regis
Iacobi in 3.intellectu versic.oritur.
Restringitur secundo procedere, vt
267 alienatio † prædicta fiat in vnam tan-
tum; eandemque personam; & in si-
ne textus dum dicitur ibi; feudo indi-
uiso; & integro perdurante; denotat
perseuerantiam in eodem statu cap. 2.
vt lit. non contest. ita Boniorn. in alle-
gat.feudi Laliæ versic. secundo principa-
liter eod.libr. 1. feudal. Per. dict. consil.
1. vbi ait hoc esse de iure siculorum va-
rio in hoc a iure longobardorum vt di-
xi in d. capit. si aliquem in 2. prærroga-
tiua sub versic. quoniam vero Tom. 1.

S (licet

(licet in reliquis secundū eos viuamus)
quem sequitur Cumia in d. cap. si aliquē
in verbo franchorum iure num. 5. & 9. &
cauetur ex verbis d. cap. si aliquem, ibi,
ille, qui tēpore mortis supererit defuncto
proximior, nō dixit illi, nec proximiores,
quasi vt vnus succedat, & non plures, idē
Pern. cons. 4. col. 2. prope finem, & col. 3.
in principio, & idem Pern. hic, qui dicit
quòd succedit primogenitus, vt scripsi in
d. cap. si aliquē in d. 2. prærogatiua vers.
& hinc videmus; quæ supradicta verba
denotāt vnitatem personæ, & alienatio-
nis vt declarat idem Boniorn. in d. alleg.
Spaccafurni quæst. 2. vers. secūdo &c. vbi
ait hoc esse fortissimum fundamentū hu-
ius nostri textus dicendo. n. vnā excludit
pluralitatem, & allegat Speculat. in tit. de
arbitr. §. sequitur versic. quid ergo, Io.
Franc. de Ponte cons. 3. n. 32. 33. & seq. ex
Andr in d. cap. imperialē. ¶ Præcisè ad-
268 dita illa dictione subsequenti, ibi † ean-
dem arg. eorum quæ dixi in consuet.
Panor. cap. 47. num. 40. & per Bald. in
l. quoties num. 3. C. de iure dot. Surd.
cons. 225. col. 1. lib. 2. & sic debet ha-
beri consideratio ad substantias, & qua-
litates rei idem Surd. cons. 246. num. 16.
eod. lib. 2. quæ tanto fortius vnitatem
substantiæ, actusque vnitatem includit
pernotata in l. nemo est qui nesciat,
vbi gloss. & DD. ff. de duob. reis, l. quod
nerua ff. depositi, l. si mater §. ean-
dem, & l. eandem, & l. cum quæritur ff.
de except. Aret. in l. 1. ff. de verbor. oblig.
Sigismund. Loffred. d. cons. 7. Cannet. fol.
14. sub nu. 54. & Fimia, multo fortius ad-
dita illa taxatiua, tantum, quę excludere
269 solet omnia, præter expressa † vt dixi su-
pra in cap. 3. Regis Iacobi, vers. & ex quo
Tom. 1. Et est verum dum dicitur hic,
in vnam tantum, eandemque personam,
procedere eodem tempore, secus verò
successiuè, quia possunt fieri plures alie-
nationes in vnam personam, vnus post
alium, Io. Aloysius de Septimo, Mon-
taltus, Hieronymus de Francisco, &
Blasc. Lanz. in alleg. feudi Cammaratæ,
& sic non negatur posse concipi plures
alienationes, vt dixi supra ampl. 13. nu.
190. quia hoc est, quod expedit Regi,
ne propter diuisionem, vel multitudi-
nem personarum minueretur seruitium:
Ad quod facit illud simile de fideicom-
270 misso † relicto familiæ ordine collectiuo,
nam decedente vno, non aliter omnes
admittuntur, sed successiuè vnus post
* alterum, vt de comm. * opin. testatur
Couarr. pract. quæst. cap. 38. versic. pri-
mum, & nihilominus semper dicetur
vnus gradus substitutionum. Paul. de
Castr cons. 410. visu facto col. 4. Socein.
Iun. cons. 129. lib. 3. Marian. Iuliana in
alleg. pro Elisabetta Tuzolino; & facit
etiā quod in simili voluit Rot. decis. 165.
271 vbi habens potestatem † substituendi vnū
collectorem tantum, intelligitur pro eo-
dem tempore, vt non possit plures con-
stituere, sed successiuè mortuo, vel reuo-
cato vno, aliū constituere, & dicit Fælin.
in cap. cū I. & A. col. fin. extr. de re. iudic.
quòd Clericus si prohibetur esse procu-
272 rator †, nisi in vna tantum causa, intelli-
gitur eodem tempore, ex quo successiuè
potest esse in pluribus, ita vt finita vna,
aliam possit assumere procurationem,
Cannet. vbi supra nu. 53. fol. 14. sicut le-
gitur de eo, qui licet duas non possit ha-
bere vxores, subauditur eodem tempo-
re, sed successiue potest multas capere;
273 prout etiam est de patre † qui tenuit
v. g. feudum pro se, & filijs suis, nam in-
telligitur ordine successiuo pro se in vi-
ta, & pro filijs post mortem, dixi supra
nu. 86. vt declarat idem Ferdinand. in d.
alleg Spaccafurni quæst. 3. versic. tertio
hic antonius, ex notatis in l. gallus §. &
quidam rectè ff. de liber. & posthum. DD.
in l. si mihi, & titio ff. de verbor. oblig.
Andr. in cap. 1. §. etsi libellus de alien.
* feudi paterni, vbi ait esse comm. * opin.
idem Boniorn. in alleg. feudi Noharæ,
Oliuerij, Aydonis, & Castellionis ver-
sic. secunda conclusio eod. lib. 1. feudal.
Bart. in l. ex facto §. si quis rogatus
num. 8. ff. ad trebell. & in terminis, de
quibus in hac loquimur, restrictione,
idem Ysern. in cap. 1. 20 agnat. & in cap.
1. §. hoc quoque de success. feudi, quot
274 enim sunt personæ † tot possunt esse alie-
nationes dixi supra num. 47. per ea, quæ
declarat Ferdinand. vbi supra in 2. quæst.
sub versic. ad secundum, vbi dicit quod
isto casu satisfit verbis huius textus, ibi,
in vnam tantum, eandemque personam,
& sic ne scindatur feudum, vt concludit
Cannet. fol. 14. nu. 53. faciunt notata in-
fra in cap. 398. Regis Alphonsi Tom. 5.
& licet Alberic. in l. fin. col. vlt. C. de iu-
risd. omn. iudic. dicat quòd in partibus
275 vltramontanis iurisdictiones † sint diui-
sæ, & vendatur merum, & mixtum im-
perium, tamen subdit se potius credere
hoc esse de facto, quam de iure (dico ta-
men latius de hoc particulari infra in
cap. 10. Regis Martini post princ. Tom. 3.
& clarius infra num. 307. & nu. 315. &
parcat mihi Petr. de Gregorio in tract.
de

de conceff. feudi part.8.quæft.3.nu.5.vbi
fentit quòd poſsit poſsideri quota, vel
276 pars feudi in communi † & pro indiuiſo
cum alio ex Luc.de Penna in l.vnic. in fi-
ne C. vt null.ex vica. pro alien. vica.ten.
lib. 11. ſubdens ipſe de Gregorio quòd
tunc ſit in electione Principis petere ſer-
uitium militare à quocumque voluerit
ex eis ex traditis in d. cap. 39. Regis Ia-
cobi in d.3.intellectu verſic.oritur,Tom.
1.nam fateor ſi quidem quòd poſsit ſi ve-
lit ita exigere dictum ſeruitium, vt ibidē
poſui, ſed quomodo plures poſsint poſsi-
dere quotam vel partem vnus, & alter
reſiduum feudi, hoc non poſſum capere,
quia non video vnitatem perſonæ per ſu-
pradicta, tum quia feudum debet inte-
grum alienari, vt vidimus in antecedēti
reſtrictione, & non per quotas; niſi dica-
mus quando illa quota, vel pars eſſet ſic
conceſſa ab initio ab ipſo Rege, ex tradi-
tis in d.proxima prima reſtrictione, ver-
ſic.nec obſtat nu.265.aut aliter, vt ibidē
& addo prædictis Io. Franc. de Ponte d.
conſ.3.à num.46. vſque ad nu. 53. vbi ex
Yſern. & Capic. Aluar. & Præpoſit. in d.
cap.imperialem, & Gloſſ. Pariſienſ.gloſſ.
277 4.§.2.nu.29.& ſeq.ait quòd feuda † ſunt
indiuiſibilia, & volens ſupra num.247.&
infra nu. 281. intantum vt aſſenſus ſim-
pliciter interpoſitus, intelligatur non
circa partem feudi, ſed totum, quicquid
eſſet de æquitate, nam de rigore, qui ſer
uatur in feudis (& eſt quinta limita-
tio ad ea quæ dixi in cap.45. num.39.40.
Regis Iacobi d.Tom.1.ex eodem de Pōte
dict.cōſ.3.nu.11.) ita ſubauditur ex Frec
cia quæſt.6.lib.2. reprobato Camer. in d.
cap. imperialem, ſubdens ipſe de Ponte
nu.52. quòd in Regno Neapolis eſt prag-
matica nouem capitum, per quam Pro-
regibus eſt prohibitum, & per clauſulas
Cancellariæ appoſitas ſemper ſubaudi-
tur in aſſenſibus, dummodo non inducea-
tur diuiſio feudorum, eorumque natura
in aliquo non mutata, vnde duram puto
circa hoc diſpenſationem, vt ſubdam in-
ferius in verſic. quæ illationes, d.n.320.
278 Et propterea infertur quòd nō poſsūt †
diuidi dicta feudalia d.cōſtit.cōſtitutionē
prout ſunt feuda Comitatus, Ducatus, &
Marchionatus, maximè ſi eſſent cū clau-
ſula iuris franchorū, vt ſcripſi in d.cap.ſi
aliquem ſub verſic. & hinc videmus, nec
omnes ſuccedent in eis, vnde merito non
habet locū cōſuetudo Panormitana, quæ
eſt cōmunis in Regno, ac generalis, cap.
43. vbi ſcripſi num. 1.& ſeq. & in d.cap.ſi
aliquem loco citato, per quā permictitur
cōmunicatio bonorum viri, & vxoris, nā
fallit in feudalibus ex adductis per me
ibidē, & tanto magis quia dicta conſue-
279 tudo † non habet locū inter Magnates vt
dixi in cōſuet.cap. 45. n.25. & in cap.28.
Regis Iacobi in fine d.Tom.1. addo in pū
cto Io.Franc.de Ponte conſ.8.& 9. vbi ita
fuiſſe iudicatū * refert, magnatibus n. &
primatibus viris multum iura cōmunia
deferunt vide aliqua per Ludouic. Sacc.
d.reſp.3.nu.350.Capic.deciſ.176.nu.17.
quod tantū eſt dicere ac ſi more franco-
rū, quia idē eſt ac ſi more magnatū, vel
procerū vt per ipsū de Ponte loco citato,
& ita etiam in conſ.19.nu.40.poſt Minad.
& alios, Surd.conſ.227.nu.10.&ſeq.lib.2.
vbi feuda maiora diuidi non poſſunt ex
multis, quos citat vnde eſt ꝙ etſi nō ap-
pareat expreſsè vxores eis dediſſe in dotē
omnia eorū bona, tamē fallit iſto caſu, vt
poſt Bald.& alios cōcludit Surd. conſ.94.
280 nu. 29. & ſeq.lib.1.vbi ꝙ ſi † omnibus bo-
nis vir dignus eſſe videatur, omnia bona
in dotē conſtituta viderētur, & prout la-
tius, & melius dico infra in c. 117. Regis
Caroli verſ.& conformis eſt Tom.8. Ra-
tio eſt quia tantūmodo per dictā conſue-
tudinē patrimonialia, nō autem feudalia
cōmunicātur, quia feuda ſūt potius Prin-
cipis, dixi ſupra n.202.& ſeq.tū quia feu-
dū ſit militia, & propterea nō cōmunica-
bile, multo fortius quādo dicta feuda eſ-
ſent cōceſſa ex regia munificētia, nā tunc
ſicut in allodialibus hoc modo conceſſis
nō habet locū participatio, vt dixi in cō-
ſuet.cap.44.limit.2. & per ea, quæ ponā
infra cap. 44. vbi eſſet propria materia
281 ¶ Etiam ſi feuda † eſſent hæreditaria vt
dicam inferius illatione 12. quicquid di-
cat Cumia, & alij citati per me in d.cap.ſi
aliquē. ¶ Tanto fortius in feudis titula-
tis, & dignitatū, vt ibidē poſui, quæ ſunt
indiuidua, etiā de iure feudorū cap. 1.§.
præterea de prohib.feudi alien.per Fede-
ric.Petr. de Gregor. part.4.quæſt.8.n.26.
nec recipiunt ſectionem cap.maiorib. de
præbend.l.1.ff.de offic.conſul.Bald.d.cōſ.
282 275.ſub nu.6.vol.2. ¶ Etiā ſi comes † ha-
beret plura caſtra diuiſa, & reſpectu ca-
ſtrorum eſſent ſeparatæ iuriſdictiones, vt
teſtatur Cumia in d.cap. ſi aliquem in
rubr. nu. 11. vbi reprobat Soccin. aliter
tenentem in conſ. 165. lib. 2. & poſt eum
Curt.Iun.de feud. part. 4. quæſt. 30.num.
123. & ſupple inferius in verſic. quæ il-
lationes.
Hanc eandē indiuiſibilitatē (& eſt ſecū-
283 dum illatio) operatur † dictū cap.ſi aliquē,
per quod ſucceditur ab inteſtato vt ibidē

posui, & ita ait Ferdin. Boniorn. in d. causa Laliæ versic. secūdò principaliter.
284 Infertur tertiò etiam procedere † vt ista indiuisibilitas consideretur circa possessionem, quia verbum positum hic in fine textus, ibi pro indiuiso perdurante, refertur ad possessionem l. 4. & l. communi diuidūdo § inter prædones ff. com. diuid Boniorn. in eadem causa Laliæ versic. secundò, & versic. tertiò, vbi ait quòd ratio prohibentis diuisionem feudi, ita respicit pariformiter translationem possessionis, sicuti translationem dominij ex Soccin. & alijs in l 1. §. viri. & vxoris nu. 10. ff. solut. matr. immo magis hæc ratio militat in possessore feudi prædicti, qui si illud possidet, tenetur seruire, & in puncto est d. cap. 44. infra eodem, ibi, certæ possessionis.
Infertur quarto, vt eadem indiuisibilitas
285 litas † sit circa perceptionem fructuum, quia hoc est etiam indiuiduū in Regno, non obstante quòd alibi sit diuiduū, vt in Lombardia testatur Barbat. cons. 67. Alberic. de Rosate in suo dictionario in verbo feudum, quicquid dicat Pern. cons. 1. & cons. 6. sub versic. puto tamen quia alibi retractauit errorem suū, prout in cōs. 4. col. 3. in principio, vbi se reuocat dicēs, quòd licet aliàs consuluissem in cons. 1. omnes æqualiter in feudo succedere, tamen primogenitum obtinere locum, & prout ibi per eum, & esset hæreticum aliter dicere in hoc Regno, vt per Boniorn. in d. causa laliæ versic. non obstat; nisi es-
286 sent à solo separati † quia isto modo non sunt domini, sed possunt ad hæredē etiam extraneum spectare, & per ea, quæ dixi sup. nu 228. l defuncta ff de vsufr. Ysern. in constit. post mortem, tit. de ann. mort. baron. & ibi Petr. de Monteforte Soccin. cons. 100 vers. si dhis non obstantibus lib. 1. Imol. in d. l. diuortio, Paris. cons. 40. num. 8 vol. 1. Berous cons. 133. nu. 9. vol. 2. Rolland. Crauett. & alij per Surd cons 84. nu 4. vol. 1. vbi refert illos fructus pendere nō dici, quando sunt percepti, & donec non sunt exacti, pendere dicantur, vt in seminato, censibus, reditibus, & similibus, & prout scripsi in d. consuet. Pan. 43 nūm 6. cum concordantib. ibidem, addo Canuet. hic fol. 166. nu. 31 & seq. quia sunt res mobiles vt ait Andr. de Ysern. in tit. quo tempor. miles, versf. si a tē sub n. 4. ante enim sunt partes fundi per d l. fructus. ff. de rei vendic. cum concordantib. per Bart. in l. falcid. ff ad l. falcid. vbi fallit in partu ancillæ, nam nō dicitur fructus pendens, nec facit eam pretiosiorem in se, sed cariorem, quia potest vendi carius; qua de causa est quòd
287 feudum non constituitur nisi in rebus soli, non in mobilibus (vt ipse Andr. ait, & in constit. post mortem tit. 25. de mort. Baron nunt.) nisi aliquoties vt in cap. fin. de feudi cognit. & ibi idem Ysern. & istud est, quod dicunt DD. quòd feudi concessio debet cōsistere in rebus immobilibus aut solo cohærentibus, vel quæ immobilium appellatione contineantur cap. 1. §. sciendum de feudi cognit. Molin. de primogen. Hyspan. cap. 10. nu. 3. lib 2. Mozz. de feudis rubr. de reb. quæ in feud. dar. poss. nu. 1. idem Ysern in cap. 1. §. si autem dixerit col. 1. quo tempor. mil. & in cap. 1. nu. 1. si pro feudo vassall. &c. veluti in reditibus annuis, & quid similibus, in quibus potest constitui feudalis concessio per ea, quæ dicam infra d. cap. 43. & sic si sunt res mobiles, & tamquam mobilia possunt ad quemlibet extraneū da-
288 ri; nisi † loquamur de illis rebus mobilibus, quæ sunt paratæ pro instructione feudi, quæ partes feudi esse videntur, vt ait Petr. de Monteforti in d. constit. post mortem per l. 2. C. de verb. signific. & ex notatis ab Andr. de Ysern. tit. de pac. tenend. §. si vero violator, Luc. de Penna in l. si quando C. de bon. vacant. lib. 10. vbi quòd pro pecudibus existentibus in feudo quæ sunt ad vsum rei feudalis in perpetuum, & non ad tempus, censentur res feudales, per l. cum quidam ff. de fund. instr. Iacob. de Beluisio, & Bald. in cap. 2. de feudi cognit. qui dicūt quòd licèt in bonis mobilibus non cōsistat feu-
289 dum, tamen fallit nisi dentur mobilia † quando datur, siue conceditur feudum cum dictis bonis mobilibus, tunc enim mobilia illa sunt de iure feudi, Matth. de Affl. in constit. Baiuli locorum sub nu. 9. tit. 63. de offit. baiulorum lib. 1. ¶ Vel etiam nisi essent pendentes, nihilominus
290 fuissent post Kalendas Martij. † vt dixi in d consuet. 43. nu. 6. quia tales fructus hoc modo dicitur esse in hæreditate, nec possunt dici feudales si v. g. feudatarius isto tempore moreretur sic de Nostratibus Blasc. Lanza hic in 5. Limitatione, quem sequitur Don Gilibert de Bononia in Allegat. pro Sigismundo Platamone per text. in cap. 1. §. hic finit lex vbi Andr. Præposit & Aluarott. & Affl. Soccin. in d. l. diuortio ff. solut. matr. Ruyn. cons. 19. vol. 1. Alex. de Neuo cons. 39. Ant. Xibecca in Allegat. pro Antonio de Grugnis contra Martinum del Nobile, & sic fructus, & commoditas diuidi potest, vt dicit

cit Cumia in d. cap. si aliquem, in rubr.
291 nu. 11. ¶ Vel nisi † dicamus quando feudum fuisset datum v.g. in pecunia, quod potest, vt scilicet de fructibus sit feudatarius secundum Andr. in tit. quæ sint regal. col 38. versic. item si donat. Bald. in l. 1. col. 5. C. de fruct. & lit. expens. quos sequitur Pernus in primis notabilibus col. 4. vbi etiam ait quòd feudum non constituitur regulariter, nisi in re immobili, aut in his, quæ computantur inter immobilia. ¶ Aut nisi loquamur de ijs fructibus, quos percipit, pater ratione patriæ potestatis, nam licet aliqui velint quòd
292 in feudalibus pater † non habeat vsumfructum, vt tetigi supra in cap. 32. Regis Iacobi nu. 55. 56. 57. & seq. Tom. 1. tamen intelligitur de vsufructu formali, per quē constituitur seruitus in feudo, & inducitur illius diuisio, quod est prohibitum, sed non de fructibus, & commoditate iure patriæ potestatis, & illi qui contrariū tenent post Andr. de Ysern. fundantur super obiecto non habente iuris, nec fa-
293 cti subsistentiam, & saltim iam habet † commoditatem vt conclusi in d. cap. 32. & ita ait pulchre Io. Franc. de Ponte d. cons. 19. à nu. 26. cū plurib. seq. quicquid dicat Surd. cons. 116. nu. 73. 74. & seq. vol. 2. & consequenter ex tali commoditate, quam habet in re dicitur legitimus administrator ex Bald. in l. 1. num. 7. C. de bon. matern. & Deo dante alibi supplebo, quicquid etiam post Iacob. de Belui. Nicol. de Neap. Yser. Aluarott. Curt. Iun. dixerit Ludou. Sacca. d. resp. 3. nu. 453. cū seq. & per ea, quæ dixi supra ampl. 2. vbi pono an pater ex refutatione possit sibi reseruare vsumfructum.

294 Infertur quinto † vt etiam aliter facta dicta alienatio diuidendo seruitiū propter pluralitatem personarum, possit nullitas allegari adhuc per ipsum alienantem per ea, quæ subdam inferius in 3. restrict. versic. vnde.

Infertur sexto, vt non obstante quòd feudum sit non habens propriam naturā feudi iuxta ea, quæ scripsi supra ampl.
295 11. nu. 185. adhuc non possit diuidi † neque secari, vt refert Cannet. hic fol. 39. nu. 2. & seq. Aluarott. in cap. 1. de prohib. feudi alien. per Federic. vbi Affl. Curt. Iun. part 4. quæst. 7. Freccia de subfeudis quæst. 6. lib. 1. quamuis idem Cannet. post alios ibidem teneat cōtrarium, nec benè iudicio meo, licet mox in fine se reducat ad primam opinionem, & per rationes, & authoritates ab eo adductas, & prout dicam infra in d. cap. 67. Regis Ioannis sub versic. & ne dum Tom. 6.

296 Infertur septimo, vt nec competat † filijs legitima super dictis feudis tetigi superius ampl. 12. nu. 205. & in 5. specificatione, & in d. cap. si aliquem in 2. prærogatiua nu. 87. Tom. 1. & ibi Cumia in d. rubrica sub nu. 12. & licet ipse videatur varius, vt videri potest ex adductis in d. ampl. 12. attamen ibi loquitur de alienatione, tamquam allodiali, quæ fit in extraneum, non de successione, quæ fit in primogenitum.

297 Infertur octauo, vt nec valeat † impositio vsusfructus ex adductis supra in restrict. prima versic. adeo vt, nu. 251.

Infertur nono, vt nec valeat alienatio
298 sola † feudi absque pertinentijs eius, sed debere totum castrum cum dictis pertinentijs alienari, aliàs esset diuisio, cum tales pertinentiæ iam sint feudales, vt latè dixi infra in d. cap. 67. Regis Ioannis sub versic. secundo adeout &c. Tom. 6. & supra in cap. 9. Regis Iacobi Tom. 1. sicquè in proposito dixit Cumia in d. cap. si aliquem in verbo in capite num. 21. nisi terræ parum vtiles, & excadentiæ concederentur ad effectum plantandi, vel ad vsum massariæ, & similium, vt dixi sup. nu. 183. & num. 262. cum redditione fructuum in decima, non autem in pecunia, nec in modica quantitate fructuum, ne fraus fieret, vt post Ysern. Affl. & Frecc. concludit ipse nu. 14. & per ea quæ dicam infra eod. in d. cap. 43. vnde si fraus cessaret, potest etiam per pecuniam æquiualentem valorem fructuum fieri solutio, vel nisi illæ pertinentiæ, quæ alienarentur, concederentur vt steriles, non in feudum, nam tunc erunt alterius naturæ, vt subdit ipse Freccia loco citato.

299 Infertur decimo, vt non obstante † quòd v.g. feudum esset alienatū duobus, & sic primus, & secundus inuestitus attamen solus primus, qui fuit inuestitus, erit potior, tamquam ille, cui prius tradita possessio, tum etiam propter pluralitatē personarum, quæ non cadunt in feudo, sicque illa prima inuestitio, & datio erit valida, alia secunda inualida, tum quia in feudorum promissionibus tenebitur illi, cui primo promisit l. quoties. & ibi omnes, & Prouinzal C. de rei vendicat. l. is à quo ff. de rei vendicat. etenim illa l. quoties habet etiam locum in feudis, in terminis voluit Andr. de Yseroia in tit. qui successor. teneant. versic. hoc intelligendum nu. 2. & seq. Iason in d. l. quoties limit. 12. quem refert, & sequitur Soccin. Iunior lib. 4. cons. 2. nu. 89. intantum vt

in isto

300 in isto particulari ;nec sufficiat † liberari dando interesse cap. si facta inuestitura si de feud.contr.fuer. & de controuers. inuestit. in princip. Ysernia loco citato, & nu.6.per cap.1. de non form. fidelit. etiā ratione quia vendendo, & alienando aut aliter permittendo primo, videtur se ex sua nobilitate illi obligasse ex debito, & consequenter valida erit prima, non secunda, quia promissa nobilium tanquam debita requirūtur l.nemo ff.de in integr. restit.cap.1.extr. de donation. (nisi promissum esset improbatum à iure,quia tūc non posset ad aliquid astringi l. quemadmodum C. de agric. & censit. l.1. ff.de liber. caus. l. post mortem ff. de adopt.) &
301 consequenter si pro facto habetur † ergo & pro completo,nam nihil est actum quin sit completum l.pen.C.ad syllan.l.si is qui quadringēta §.quedam ff.ad l.falcid.cum similib.per Ysern.nu.3.& ex hoc alibi dixi in cap.34.Regis Iacobi versic. qui autem tom.1. quòd feudum cōcedens transfert nobilitatem,& supra eod.in cap.27. in princip.immo,vt sequar,in tantum va-
302 luit secunda alienatio † in quantum nemo alius fuit antea præinuestitus, ergo si alius deinuestitus, non tenebit secunda alienatio l.1.§.huius rei ff de offit.eius& istud est,quod ait post Bal.Salic.Alex.Menocc.& Ias.Surd.cons.469.n.5.vol.4.Plot. de quo per eundem Surd.decis.344.n.42. eod.vol.4 vbi dicunt quod quando prima venditio fuit nulla, potest vendi duobus, vel quando non habuit effectum verum ꝙ dicit ipse Yser.in d.tit.qui successor.ten.n.3.& seq.cum nu.6.quod si inuestitura esset tradita secundo,iste secundus esset prior, tanquā ille,cui primo res esset tradita d.l. quoties,& d.cap.si facta, si de feud.contr. fuer.¶ Quomodo autem erit cautū huic secundo ementi feudum v.g.& soluenti,si alius est in possessione, cui prius fuit traditum, resolue ex dictis per eundē Ysern.
303 loco citato nu.4. vbi quòd aget contra † alienantem crimine stellionatus, & sic criminaliter, sicut qui rem vēderet duobus, & ad interesse ciuiliter, quamuis ibidem subdat, quòd hoc casu ad nihilū teneatur, ex quo ipsa alienatio sic facta est interdicta à iure, & consequenter ad nihilum teneretur, & posset reuocare quod promisit d. l. quemadmodum cum similib. in quo dicto dubito, nam feudalia redacta sunt ad instar allodialium, vt vidimus in principio, ergo remanemus in regulis, in quibus quis de iure obligaret, vel venderet rem duobus ad quid teneatur nisi ad d.crimen stellionatus, & ad interesse, & similia, & vide quæ suppleo in d.l.quoties, & suo loco dante Domino demonstrabo.

Infertur vndecimo, vt licet verum sit
304 posse feudatarium subinfeudare † per ea, quæ scripsi supra in capit. 35. Regis Iacobi versic.quatenus vero,& versic.videmus igitur, Tom. 1. nihilominus non intelligitur vt possit partem feudi dare, quia dismēbraretur, & ita sentijt Cumia in d.verbo in capite sub num.18.non obstante quòd cogitandum reliquerit.

Infertur duodecimo iddem esse quoad
305 feuda hæreditaria † quæ nec diuidi possunt, vt supra nu.281. licèt aliter supra, & infra nu.310. tactum sit, quia veritas est quòd non diuiduntur vt subdidi ex Petr.de Gregor.inferius citato in versic. quæ illationes nu.318. vbi dicit quòd licet sectio fieri non possit ex Abb. cons. 3. tamen potest fieri collatio, siue immutatio feudi hæreditarij iuxta æstimationē portionis conferendæ,vel imputandæ super feudo per eum, penes quem maior pars feudi remanebit, argumento seruitutis legatæ, de qua etiam quòd sit indi-
306 uidua † detrahitur falcidia, & sit solutio attēta æstimatione quartæ partis vt ipse subdit nu.43.per l.si is qui quadringenta §.quædam ff. ad l. falcid. Sacuraf. in suo compendio successionis feudorum in prima forma,Yser.in d.c.1.§.præterea ducatus,de prohib.feudi alie.per Feder.&in d. const.constitutionē, idem de Gregorio d. par.3,quæst.7.n.6.vbi hoc iddem reperitur.

307 Infertur decimotertio † vt stante quia hodie in hoc regno feuda omnia sint penitus integra, & indiuisa procedat non solum respectu partis integralis corporis dicti feudi, sed etiam respectu administrationis, vel exercitij iurisdictionis, vt nullo pacto diuidi, nec dismembrari possint,vt hic,& in d.constit.constitutionem, non obstante quòd de iure communi respectu ipsius administrationis vel exercitij iurisdictionis prædictæ possent diuidi alternis annis vt ponit Io. Baptist. de S. Blasio in consilio facto ad declarationem d §.præterea ducatus, Soccin.cons. 165. col. 7. & col.8. lib. 2. & ita ait Petr. de Gregor.part.4.quæst.8.nu.16.17. 18. vbi ait quod hæc hodie in Regno non procedunt, dat rationem,quia aliter pro indirecto feuda diminuerentur, sed vide quæ pono supra num. 275.& inferius in vers. quæ illationes, nu.315.& seq.

Infertur decimoquarto adeo esse feu-
308 dum indiuiduum † vt non obstante quod duo primogeniti nascantur eodem fœtu,

vnoque

vnoque impetu, non fit locus diuisioni in-
ter eos iuxta ea quę scripsi in d.cap. si ali-
quem in 2. prærogatiua nu. 157. 158. &
159. Tom. 1. sed sit locus gratificationi,
ex quo agitur de successione rei indiuisi-
bilis, & non multiplicabilis, sicut ponũt
exemplum DD. de præmio promisso pri-
mò ingrediendi aliquod castrum, vt ha-
beat talem dominam, vel matronam in
vxorem vel quid simile, nam vtique duo-
bus simul pariter ingredientibus, nõ po-
terit tale præmium diuidi, nec commu-
nicari duobus, sed vnus erit eius vir, sic-
que isto casu erit locus gratificationi, ita
post Alex. & alios in l. qui filiabus §. si
quis ita versic. extra glossam ff. de legat.
1. refert ipse de Gregorio d.quæst.8.n.18.
ratio est propter subiectum, vel præmiũ
309 indiuisibile, & licet DD. à simili ponant †
de brauio siue pallio, quia si venerint
ambo simul cursores quid faciendum ex
Bartol. in l. hoc articulo nu.8. & seq ff. de
hæredib. instit. & in d. l. qui filiabus d. §.
si quis ita n.2. Alex. ad Bart. in l. si fuerit
ff. de reb. dub Io. Ant. Bosell. ad stat. Par-
mæ fol. 9. in tit. de celebratione festiuita-
tis B. Virginis, nam si est diuisibile pro
diuidendum aliàs non. ¶ Et hæc sunt vl-
tra illos casus, in quibus sit locus grati-
ficationi, quos posui in consuet. 26. à nu.
38. vsque ad num. 42. inclusiuè, & in cap.
41. num. 33.

Quæ illationes demonstrant non posse
310 feudum diuidi † vt vidimus, nisi in feudo
hæreditario, vt tetigi superius sub ver-
sic. & propterea, nu.281. & nu. 305. & ita
intelligo Affl. in cap. omnes filij num.48.
col. 5. si de feud. def. mil. & Io. Franc. de
Ponte d.cons.2.n.16. qui licet dicat quòd
non habeat iustam causam denegandi
assensum dominus, quando vassallus vel-
let alienare in duos, vel tres, nam subau-
ditur de feudo informi, vel hæreditario,
quod de iure communi feudorum est di-
uisibile, & communicabile inter hære-
des, quia hoc facit lex quòd omnes sint
successores, sed quando feudum est inte-
grum, & indiuisum penes aliquem, tunc
diuisio non procedit, vt per eundem de
Ponte cons. 3. nu.45.46. & ita sentit Surd.
cõsil.517. sub nu.1. & 2. lib.4. quòd potest
311 Rex † siue Princeps duos inuestire de
feudo, quo casu erit locus iuri accrescen-
di inter ipsos, si modo ita in inuestitura
esset dictum, alias vnus moriens possit
alteri relinquere excluso consocio ex
Soccin. Iun. cons.73. nu.9. vol.1. cum simi-
lib. per ipsum Surd. & latius in cõsil. 108.
num. 17. lib. 1. vbi dum ait de vassallo ha-
bente plures filios, ad quos communiter
deuoluetur feudum, & non ad vnum in-
solidum ex Bald. Ioann. Raynald. Iacob.
de Ardizon. Angel. Zas. Clar. Soccin. Iun.
Iacob. Syluan. Hyppol. Riminal. Ysern.
Aluarott. Beccio. Natt. & alijs plurib. in-
telligit de feudo hæreditario, & informi,
quod potest transire etiam per portiones
hæreditarias, vt ipse subdit nu.22. 23. &
seq. est verum quod subdit ipse quod ali-
quando relinquitur institutus vnus filius
in re certa, aliusque vniuersaliter insti-
tuitur in toto hæreditatis corpore, vtique
institutus in re certa habebit feudum in-
312 solidum, quia feudum † non est regulari-
ter de corpore hæreditatis ea Bal. in cap.
1. nu.7. de success. feudi ita ipse Surd. nu.
21. ex Angel. Alex. & Afflict. ¶ vel nisi si-
313 mus in feudis inferioribus † non haben-
tibus annexam dignitatem; vel in fructi-
314 bus † vt tactum est in versic. & propterea,
& in 4. illatione ¶ vel nisi simus in exer-
315 citio iurisdictionis † quia hæc potest di-
uidi alternis annis, vel mensib. aut heb-
domadis administrando, & exercitium
huiusmodi faciendo, vel de bono, &
æquo inter se facta diuisione, vel de man-
dato superioris, per tradita super Rit.
cap.100.n.7. Tom.4. eos cogendo ad con-
cordandum, & diuidendum, ita declaro
quæ notaui superius nu.275. & num.307.
Angel. in l. 2. §. ex his ff de verb. oblig.
Innoc. in cap. prudentiam extr. de offic.
delegat. Abb. in cap. fin. de re iudic. Ia-
cob. modo citandus num. 5. & quæ tetigi
supra in 13. illatione, & ita dixit Curt.
Iun. in d. tract. de feudis part. 4. quæst. 30.
nu. 123. Riminald. cons. 95. nu. 46. vol. 1.
Bart. Angel. Alex. relati per Cumiam in
d. rubr. cap. si aliquem nu. 12. vbi testatur
de quatuor modis, quibus diuisio admi-
nistrationis, & exercitij fieri potest, vt
ibi per eum ex Curtio, Bart. in l. tutores
nu.6. ff. de adm. tutor. Surd. d. cons. 227.
nu.10. lib.2. & nu.12. & 25.26 Aret. Paris.
Purpurat. & alij per Ludouic. Sacca d.
resp. 3. nu.417. qui tamen articulus latis-
simè disputatur per Iacobin. de S. Geor-
gio in tit. Marchio, versic. dubitatur etiã
fol. 15. & seq. intelligendo de feudo hære-
316 ditario, aliàs in feudo deuoluto † non ex
vi successionis, sed concessionis ex pa-
cto, & prouidentia Principis vnus solus
administrat, quia sonat iurisdictio in no-
men dignitatis, quæ indiuisibilis est, vt
ibi per eum fol. 18. sub num. 3. tunc enim
iurisdictio dicitur inhærere personæ, non
territorio, vt ibi latè per eum, & subdit
nu. 4. quòd quãdo iurisdictio est cõmunis,
&

& alter commiſit delictum contra alterum non poſsit ab illo puniri, quia par in parem, &c. vt dicam infra cap. 82. verſ. niſi, & in quatuor eaſibus ibi notatis, quos vide, & conſequenter in talibus feu-
317 dis maioribus † iuriſdicio eſt indiuidua, & quilibet ex vaſſallis remanet dominus inſolidum Alex. conſ. 7. nu. 6. vol. 5. Bald. & Surd. d. nu. 12. & 25. & 26. & eſto quòd quandoque ſimul cum alijs longo tempore primogenitus actus faciat iuriſdictioles, non videtur tamen iuriſdictionem alijs communieaſſe, ſed ad exercitium iuriſdictionis videtur eos admiſiſſe ex quadam familiaritate fraterna (arg. eorum quæ dixi de iure familiaritatis infra in cap. Regni Regis Alph. ſuper Bulla poſt cap. 355. fallentia nona, tom 5. (Caſtrenſ. conſ. 179. in cauſa vol. 1. Ruyn. conſ. 54. nu. 13. vol. 1. Alciat Natt. Cephal. Tiraq. & alij per Surd. conſ. 260. num. 18. lib. 2. & in Regno vidimus exercitium iuriſdicionis prædictæ eſſe ſingulis menſibus modo vni, modo alteri domino aſsigna-
318 tum. Et quod immo feuda hæreditaria † non poſsint diuidi tenet in puncto Petr. de Grego. de conceſſ. feudi part. 2. quæſt. 10. num. 42. per hunc text. & per conſtit. conſtitutionem, dicens quod in Regno omnia feuda etiam hæreditaria ſunt indiuidua, ſed communicatio fit per partes erogãdas per eum, penes quem remanet maior pars feudi vt dixi ſuperius in d. 12. illatione, & iſtud etiam eſt quod ait Bald. d. conſ. 275. Quod pro regula ſub n. 6. col. 2. quòd Comitatus bene poteſt eſſe communicabilis, ſed non diuiſibilis, nec partibilis ¶ Vel niſi loquamur in ea di-
319 uiſione † quando vni datetur totum feudum integrum, alteri totum allodium, nam tunc valet, vt poſt Bald. & Aluarott. ait Iacobin. de S. Georgio de feudis in verbo Marchio nu. 7. fol. 14. intelligendo vt ibi per eum, dummodo non fiat in præ-
398 casu quando feudũ est ex † pacto, & prouidentia, succeditur, non vltimo morienti, quemadmodum esset si feudum foret hæreditarium, sed primo authori, Surd. d. consf. 120 n. 17. 18. 19. 30. lib. 1. ex Rubeo, Tiraq & alijs, & sic tetigi in d. cap. si aliquem in prima prærogatiua sub versic. præterea, sed habeat à cõcedẽte, d. cap. 1. & ibi gloss an agnat. Petr. de Grego. part. 4. quæst. 3. nu 2. & seq. & ita ait Cumia in d. cap. si aliquem, verbo; defuncto, nu. 3. ex Bald. in cap. 1. de successf. fratr. Tiraq. de retr. § 11. gloss. 1. nu. 19. lib. 1. Conarr. pract. qq. cap. 38. col. 3. cum concordãtib. pulcher text. in l. ius sepulchri C. de religiosf. & sumpt. d. l. familiaria ff. eod. Pern. d. consf. 6. & in primis notabilibus col. penult. qui dicit dictos textus esse notabiles circa materiam pacti, & prouidentiæ, Oldrad. cõs. 54. & per ea, quæ scribo infra in capit. 258. Regis Caroli Tom. 8. & ita

399 dicebat D. Vbertin. de Marinis. nã feuda † pacti. & prouidentiæ quia sui natura sunt inalienabilia, vt iam dixi, nec habẽtur à defuncto, sed ab ipso cõcedente, immo mortuo feudatario feudum isto casu non deuoluitur iure successionis, sed potius vi contractus, ex forma concessionis feudi, Clar. in §. feudum quæst. 9. Cephal. consf. 300. nu 39 lib. 3. Angel. consf. 110. Petr. de Gregor. part. 2. quæst. 10 nu. 42 & p. 4. q. 3. nu. 3. l. Archimedoram C. vt in possess. legat. idem Cephal. Dec. & alij citati per Surd. d. consf. 1 nu. 14. vol. 1. & consequen-

400 ter censentur † restitutioni subiecta vt dixi ex Perno latè d. consf. 7. in d. cap. si aliquem nu. 18. & infra num. 454. vbi subdit ipse Pern. col. 3. etiam si dictum esset in perpetuum, nam non alterat naturam, vt possit alienari ad extraneos, sed tantum ad hæredem sanguinis ex Bald. in l. etiam ff. solut. matr. idem Pern. consf. 11. per d. l. si habitatio §. sed sic ff. de vsu, & habit. cum concordantib. per eum, & pulchrè etiam in materia pacti, & prouidentiæ vide eundem Pern in d. 4. notabilibus, & ideo non obstante quòd non sint hæredes,

succedunt

succedunt descendentes tit. an agnat. Pil. & Bulgar. relati per Ysern. in tit. Imper. Lothar. nu. 2. Soccin. cons. 19. col. 6. vol. 1. qui consuluit in causa Afari, Petr. de Gregor. d. part. 2. q. 10. num. 26. 27. 28. 29. cum sequentib. vbi quòd potest esse solùmodo hæres in feudo, & sic in re certa, & non in alijs, non sic in feudo hæreditario, vt
401 conclusi supra: item quia feudum pacti † & prouidentiæ non venit in petitione hæreditatis, vt per eundẽ de Gregorio nu. 30. & seq. nec venit in restitutione fideicommissi num. 35. & 36. neque confertur cum alijs fratribus, nec imputatur in legitimam, nec falcidiam, neque trebellianicã n. 40. & seq. in 6. effectu, nec propter delictum patris perditur, vt scripsi supra in cap. 35. Regis Iacobi versic. crimen vero, Tom. 1. item quia non currit præscriptio, nisi eo modo, vt dicã in cap. 57. Regis Martini ampl. 1. & limit. 5. infra Tom. 3. nec potest filius ad hoc feudum legitimari, dixi in cap. 32. eiusdem Regis Iacobi declaratione prima, & an fiat ingressio in locum patris vide in d. cap. 18. Regis Philippi limit. 1. Tom. 9. vbi etiam quid in refutatione, & potest repudiari hæreditas, & accipi feudum, vt posui superius in 3. specificatione nu. 47. vbi etiã quod nec potest renuntiari per patrem in manibus Regis, quia non nocet filio, nisi esset hæreditarium vt ibidem, item infertur quia successores in dictis feudis pacti, & prouidentiæ non tenentur seruare omnia pacta, quando venirent vigore pacti de retrouendendo, sed solum pactũ circa depositationes pecuniarũ pro feudi reluitione dixi in d. cap. 114. eiusdem Regis Caroli ampl. 4. iuncto cap. 256 Tom. 8. & vide omnino quæ suppleo infra in 6. restrictione, quæ ad hanc reduci posset.

402 Limito tamen hanc † quartam restrictionem quo ad ea, quæ dixi de præiudicio successorum non procedere quoties adesset eorum consensus, quia tunc præiudicium generatur ex se ipsis ita se contentantibus cap. licet de vot. ibi, adimpleturum esse promisisti, posui in d. cap. si aliquẽ nu. 165. Anton. Padilla in d. auth. hoc amplius nu. 18. gloss. Parisiens. d. tit. 1. §. 8 num. 10 gloss. 3. Gugl. de Benedict. Couarr. & alij per Molinam d. cap. 9. nu. 5. & maximè si cõsensisset primogenitus, vt ait Andr. de Ysernia in d. §. hoc quoq; nu. 8. & in d. const. constitutionem, sicque tunc nouis conditionibus in feudo appositis applaudere tenentur l. quoties ab omnibus C. de fideicommiss. & ibi Bart. Bald. Ias. & alij, de quibus per Molinam d. cap. 8. nu. 26. & seq. vbi dicit quòd talis consensus præiudicat consentientibus, Doctores in l. filiusfamilias §. diui ff. de legat. 1. & ibi Crott. & Loazes, Tiraq. Fulgos. Corn. & alij per eum citati, ibiq; etiam limitat alijs modis, qui non faciũt pro nostra materia: Beneuerum quòd consensus solus consentientis sibi præiudicat, non autem alijs agnatis, qui licet
403 viuo consentiente † vt prædixi supra in versic. neque, nu. 390. non possint reuocare, attamen illo mortuo sic l. 2. C. de liber. & eor. liber. l. cum pater §. libertus ff. delegat. 2. quia quod datur priori, posteriori denegari nõ debet l. assiduis in fine C. qui pot. in pignor. habeant. Ysern. in §. & olim nu. 6. de success. feudi, vnde sequitur quòd filijs nascituris, vt puta conceptis tantum, etiam si eis non fuisset infusa anima rationalis, & sic non obstante quòd non fuerit homo, vt hoc exposui supra in 4. ampliatione sub versic. quæ vera sunt, & agnatis non fit præiudicium, sed tantum de illis, qui erant præsentes tempore consensus; vt infert ipse Andr. de Ysern loco citato nu. 9. ideoque mortuo consentiente, alius agnatus, qui veniret post illum, reuocabit d. l. 2. C. de lib & eor. liber. & si primus non consentit reuocaret, si ipse non reuocat, reuocabit secundus, postquam deuenisset successio ad eum, si non consensit, & eadem ratione tertius, sicque de singulis d. §. libertus, vnde mortuo datore, resoluitur ius acceptoris. Ysern. nu. 5. adeo vt non fiat præiudicium successori, argum. vsufructuarij ad feudatarium, nam valet vt dicã infra
404 cap. 43. limit. 1. & idem dico de rege † consentiente, qui si feudatarius mutat formam, & ampliat, siue restringit, & ipse Rex consentit, & dat licentiam valet, v. g. acceptando nouum vassallum ad alia seruitia, & conditiones, & hoc casu resoluto iure venditoris, non censetur resolutum ius emptoris nu. 11. 12. & seq ex Bernard. de Medico in 2 forma, & alijs nostratibus hic, idem de Gregor. d. part. 3. quæst. 6. per tot, & præcisè nu. 7. Affl. decis. 111. Oldr. cons. 237 & per ea, quæ dixi in d. cap. 456. d. versic. ad principem, & hoc ad sui præiudicium, non agnatorum, vide infra nu. 456. addo pulchrè quæ dicit Io. Petr. Surd. d. cons. 1. nu 80. cum seq. vol. 1. sentit quòd tandiu durat ius subinfeudati; donec durat ius subinfeudantis ex Ysern. Aluar. Curt. Iun. Rolland. Clar.
405 Ceph. & alijs. Nisi consensus † esset adhibitus quo ad ius de futuro, & superueniens ex noua causa, quia nõ præiudicat,

vide Bald. Rip. Bart. & alios citatos per
Surd conf.224.nu.5.lib.2.
406 Limito 2. non procedere, quando † vltimus possessor ex bonis suis aliquid addiderit in feudo, vel maioratu, tetigi supra nu.224. potest enim feudatarius meliorare, non deteriorare, vt scripsi in cap. 62. Regis Iacobi propè principium Tom. 1. & tunc quæcumque vincula, ac conditiones poterit tam feudo, quàm bonis suis adijcere, & consequenter successor, aut debet in feudo nouiter addita relinquere, vel ipsas conditiones, & grauamina admittere, vt in d. cap. 62. Regis Iacobi, & per ea, quæ subdam inferius limit.8.num.412.cum seq nisi ex deuolutione aperiatur domino feudum, nã non puto teneri ad melioramenta, vt dixi supra in cap. 35. versic. quatenus eiusdem Regis Iacobi Tom. 10. vel nisi dicta melioramenta nascerentur ex proprio ipso feudo, vt puta in terragijs augmentatis per ea, quæ dicam infra in d. capit. 43. limit. 2.

Limito 3. vt quamuis non possit alte-
407 rare formam † primi institutoris, poterit tamen dubiam illorum dispositionem interpetrari in suo testamento successor ita post multos ipse Molina nu.38.
408 Limito 4. nisi alienatio huius † feudi pacti, & prouidentiæ esset ex causa legitima, ita scripsi supra ampl, 31. vbi enumero causas legitimas.
409 Limito 5. nisi essemus in feudis † nouis pacti, & prouidentiæ, quia potest per primum institutorem alienari, vide supra extensione prima.
410 Limito 6. nisi essemus † in feudo ad franchum allodium, etenim tunc posset feudatarius ad libitum suum mutare formã, vide quæ dixi supra remissiuè ampl. 32.

Limito 7. nisi fieret ex tali alienatio-
411 ne † conditio melior successorum, pono infra in d. cap. 456. Regis Alph. sub d. versic. ad principem Tom.5.
412 Limito 8. nisi feudatarius alienans † reliquerit tantundem super bonis mobilibus successori, nam valet hoc casu mutatio formæ in eius præiudicium hæc bona acceptantem per ea, quæ tetigi superius limit.2.nu.406. quia cessat ratio interesse iuris quæsiti super feudo, sic intelligo Petr. de Gregor. qui obscurè loquitur d. part.3.quæst.6.nu.16.& quæst.9.num.14. ex Angel.cons.184.Ias.in l.3.versic.vigesimo secundo, & vltimo C. de iur. emph. Curt. Iun, in tract. de feudis part. 4. sub tit. an testator, cum concordantib, sic etiã subaudit D. de Mastrillis ibidem vbi dum ait quod facto inuentario successor non
413 poterit † reuocare feudum, etiam pacti, & prouidentiæ alienatum, si hæreditas est æquiualens prætio feudi ex Blasc. Lanz. hic, qui refert sic fuisse decisum * in causa feudi Camatricij, & dixi supra nu. 54. & 55. Vinc. de Franc. decis 83. num. 4. & seq. qui dicit ita semper decisum * tempore suo, A petr. quæst. 14. nu. 230. & seq. Molin. lib.4. cap.1. nu. 23. & ibi reprobat D. Mastrill. Cannet. fol. 102. & Io. Aloys. de Sept. hic, & Grammat. decis 93. quia intelligo ipso successore hærede acceptante dictum grauamen in sui præiudicium, & licet posset dici in hoc quod hæres contenditur approbare factum defuncti per ea, quæ dixi supra ampl. 4. verlic. & quicquid sit, & posset dici etiam, agas, &
414 ago † nempe quia possum reuocare feudum, & tu potes agere contra me ad tantundem, vt per Alberic. in l.fin. § in computatione C. de iur. delib. Pinell. in l. 1. part.3. nu.8. C. de bon. matern. Gabr. cons. 125. tamen, vt ait idem D. de Mastrill. ex Gregor. Lopez. in l. 24. tit. 13. part. 5. in
415 verbo, Entonzes, iste circuitus esset † inutilis. & vitandus in casibus à iure expressis, & in practica non obtineretur, ac non esse admittendum, Molina vbi supra nu. 29. Vinc. de Franchis decis. 153. num. 17. Prouinzal. in l. dominus ff. de condit. in deb. vbi testatur sic seruari in M.R C. Cacheran, decis. 123. & plures illationes facit idem Prouinzal. in l. cum fundus § seruus ff. de relig. & sump. fun. & quæ posui in d. l. dominus multos cumulat Surd. cons. 248. num. 18. lib. 2 & licet ipse ipse D. de Mastrillis in hoc cogitandum reliquerit, teneo tamen firmiter quod aut debet bona allodialia relinquere, vel grauamina admittere ex eod. Molin. in superiori limit. 2. citato, & casu quo dicta bona addita non possent per se subsistere, sed essent annexa feudo ex indiuiduitate, tunc saltim datur actio ad eorum extimationem, ex quo illo casu feudale efficitur Io. Franc. de Ponte cons. 11. nu.8. & seq.

Limito 9. nisi grauamina essent impo-
416 sita † super bonis hæreditarijs l. 2. & ibi Bart. gloss. & alij C. ad Trebell. l. 12. C. si cert. pet. Peralt. in l. 3 § qui fideicommissam ff. de hæredib. instit. num. 129. Molin. d. cap. 10. in princ. & n. 28. Aut nisi debita
417 essent facta per primum acquisitorem quẽ ipse vocat primũ institutorem maioratus quia tunc indifferenter tenetur successor facta discussione super bonis liberis, aut de fructibus, & illis deficientibus super bonis

bonis vinculatis ex Ant. Padill. in d. l. vnum ex familia §. si de falcidia ff. de legat. 2. ipse Molin. n. 4. præterquam dictus primus institutor institueret maioratum cum clausula irreuocabili nu. 11. vel nisi, loquendo præter primum acquisitorem adesset licentia regia super dictis hypotecis factis; Vel nisi dicta debita essent
418 facta in euidentem vtilitatem † aut necessitatem feudi, & successoris num. 15. post multos, quos ibi allegat, & nu. 20. quia ex causa necessaria potest maioratus obligari per l. peto §. prædium ff. de legat. 2. cum concordantib. per eum, & per ea, quæ dixi supra ampl. 31. maxime si vtilitas duraret etiam vsq; ad tempus successoris in feudo, nam tunc æquum videtur, vt soluere pro rata teneatur num. 24. vel quia v. g. fuerunt reempti reditus pro quibus erat obnoxium feudum, vel si pro eodem debito, quo erat obligatum nouis creditoribus pro eodem met debito feudum obligasset, nam hoc solum debetur per quemcumq; successorẽ in eo per l. pater filiũ ff. de legat. 3. pulchrè ipse Molina n. 25. & 26. & sic pro ex soluendo debito necessario, decis. Pedam. 167. Crauet. Amed. de Pont. Io. Bapt. Surd. & alij, quos citat Io. Petr. Surd. consil. 215. n. 30. lib. 2. & per ea quæ dixi supra in c. 3. Regis Iacobi n. 4. tom. 1. Ludouic. Sacca d. resp. 3. n. 257. 258. 259. & latè dixi in causa Don Mariani Sufinno contra D. Melchionam Valdi-
419 na, & Bologna. Vel nisi loquamur † ex quadam honestate, siue decentia, & vrbanitate, prout obseruant Reges Hispaniæ, qui soluunt debita Regum prædecessorum ex voluntate contractorum, immo tenentur ex l. 4. tit. 15. part. 2. & ibi D. Hyspani, & voluit Oldrad. consf. 94. col. fin. vbi quod verecundum est Regibus vti beneficio inuentarij, Tiraq. de primogen. quæst. 35. nu. 25. 26. Ludou. Sacc. d. resp. 3. nu. 309. licet de rigore liberi sint ab huiusmodi
420 obligationibus; Vel nisi † debita essent pro necessaria substentatione personæ vltimi possessoris, vel nisi essemus in funeris impensa, vel in debitis paruis, vt has limitationes apportat Molin. à nu. 30. vsq; ad finem.

Limitio x. nisi princeps generaliter sta-
421 tueret nè primogenitus † succederet, & sic potest generaliter reseruare sibi facultatem dispensandi, secundum facti exigentiam, & hæc reseruatio præiudicabit etiam primogenitis Bossi. tit. de for. compet. num. 49. Crauett. conf. 135. num. 30. Bron. conf. 2. num. 46. Surd. consil. 210. columna finali, lib. 2.

Restringitur quinto non habere locum dictam alienationem quando esset facta
422 in ecclesias † ecclesiasticasq; personas, ita cauetur ex hoc textu, ibi, præterquam in ecclesias; Bart. in l. filius §. diuus 2. & 3. quæst. ff. de legat. 1. ex quo alienatio tunc non valeret per ea, quæ posui supra in proxima restrict. versic. vnde vt concludam, itaquè determinat Ferdin Boniorn. in d. causa de Bonfiglio cum D. Hieronimo de Montecateno, versic. secundo alienatio, Cannet. hic fol. 181. & seq. & Boniorn. post Gugliel. de Bened. & Afflict.
423 etiam si feudum esset † ecclesiasticum, vt puta quia sic primordialiter per Regem fuisset concessum, quo casu si vellet alienare, non posset in ecclesiam, sed reseruatis requisitis, vt hic, ex quo cõsuetudines feudorum comprehendunt adhuc feuda ecclesiastica fol. 183. & suppleo infra in cap. 37. Regis Catholici Ferdin. lim. 6. tom. 7. ratio quia conditio domini efficeretur deterior vt subdam illatione 2. nu. 437. cum ipsa Ecclesia numquam moria-
424 tur † ex Iacob. de Gregor. Lanz. & alijs hic, & posui in consuet. Panor. cap. 17. nu. 15 per capit. si gratiosè de rescript. in 6. Alex. conf. 120. sub num. 4. lib. 1. & in l. in annalibus C. de legat. cap. 1. de grad. succes. tetigi supra in cap. 24. sub versic. dubito, & per ea. quæ ait Bart. in l. cum titio nu. 1. ff. ad l. falcid. & modo amplio, vltra dicta in ipsa consuetudine, ad Mona-
425 sterium, quia realiter est ecclesia † cap. 1. de alien. feudi, & ibi Liparul. & per Bar. in l. hæreditas ex die ff. de hæredib. instit. nu. 2. & ibi Additio in litera D. Affl. decis. 324 nu. 1. Ysern. in d. tit de alien. feudi nu. 3. quia iam nunquam ad dominum reuerteretur, & sic de Sede Apostolica, quæ numquam moritur, ideoque fortasse ad alios valet alienatio, nam spes esset vt reuerteretur quandoque feudum ad dominum, vnde qui in vno grauatur in alio releuetur, at secus in Ecclesia, quæ numquam definit esse hæres, eademque est, quæ à centum annis, & à seculo retro fuit l. proponebatur ff. de iudic. cum concordantib. per Ysern. & ideo ipsa Ecclesia in hoc non quærelatur, ex quo cum ipsa
426 sit auctrix † & cultrix iustitiæ, in alijs debet seruare iustitiam aliorum, vt perpetuum damnum domino feudi non inferat accipiendo in feudum, sicque ipsa non potest nisi semper omne bonum appetere quodque seruat in persona aliorum, debet seruare in sua, & istud est quod ipsa S. Mater Ecclesia omnibus prodest, nedũ nulli noceat cap. deniq; 14. quæst. 5. addo

De-

Dominum D. Garſ. Maſtrill. ad Petr. de
Gregor. in eius eruditiſſimis adnotatio-
nibus part. 2. quæſt. 7. vbi iddem eſſe ait
in Regno Neapolis, in quo eſt etiam pro-
hibitum per regiam pragmat. quam vo-
cant de nouem capitibus, quæ diſponit in
primo capite, vt nulla alienatio valeat de
feudo in Eccleſiam, vel vniuerſitatem, ita
vt ſubdat ipſe D. de Maſtrillis quòd quic
427 quid in eis in hoc caſu contrahatur † nul-
lum ſit, ex quo contra legem fit, adeout
nec Rex teneatur dare conſenſum, Bon-
iorn. poſt Afil. vbi ſupra.

Vnde infero quòd vaſſallo effecto mo-
nacho, nec feudum tranſit ad ipſum Mo-
428 naſterium † ſcripſi in d. cap. ſi aliquem in
3. prærogatiua propè finem ſub verſic. in-
telligo etiam, cum ſit idem effectus in in-
capace religione, vt ſubdam inferius nu.
431. qui eſt poſt mortem naturalem, nam
æquipollere dixi ibidem in prima præro-
gatiua ſub verſic. non obſtante, quicquid
ſenſerit Cumia in verbo mortis num. 13.
quòd de alienatione neceſſaria valeat,
quæ eſt ipſe introitus in Monaſterium, nã
hoc eſt ridiculum dicere, & hoc modo po-
teſt eſſe caſus quòd valeat ſtatutũ exclu-
429 dens a ſucceſſione † ingredientem Mona-
ſterium, etſi in allodialibus non valeat, vt
latè per Alderan. Maſcard. concluſ. 1. nu.
14. 15. poſt Dec. Paul. de Caſtr. Angel. Ro-
man. Matheſilian. Abb. Fælin. Soccin. &
alios. ¶ Præcipuè facta profeſſione, quia
tunc ſicut nec in allodialibus eſſet locus
ſucceſſioni per ea, quæ poſui in d. cap. ſi
aliquem nu. 329. & voluit ſentire Luc. de
Penn. in l. certa forma C. de iur. fiſci lib.
10. vbi licet prima facie dicat quòd mo-
nachus parentibus ſuis ſuccedat, & cæte-
ris agnatis, & cognatis ſuccedat per l. fin.
§. ſi vero C. de Epiſc. & Cler. Archid. 18. q.
430 1. & c. 1. ead. & ibi notatur, tamen ſubdit †
quando habere poſſet aliquid in cõmuni,
quia in his, qui ſunt ordine mendicantiũ,
ait non poſſe tenere talia bona, niſi ſaltim
vendant pro eorum neceſſitatibus, nã etſi
ordo ipſa bona non poſſit tenere, vendere
tamen pro eius neceſſitatibus poteſt per
l. cum in fundo § ipſius ff. de iur. dot. vi-
uere quidem voluit cap. inter cætera extr.
de off. ordin. nam etſi tales monachi ſerui
dicantur, iam poteſt petere vnde viuat
ſeruus l. ſeruos ff. de alend. lib. cum infi-
nitis per eum, qui ait hanc ſententiã eſſe
humaniorem, & æquiorem, & licet Ho-
ſtienſ. in cap. in præſentia de probat. dicat
quòd aduertant monachi quo iure hoc fa-
ciant, ex quo iam pretium ſuccedit loco
rei, vt dixi ſupra in d. cap. 24. verſic. ratio,
quamuis ipſe Luc. de Penna ſubdat quòd
dicta pecunia, quæ conſiſtit in vtendo, con
ſumitur §. conſtituitur inſt. de vſufr. alias
talis lex diceretur inopia ab omni cle-
mentia, & pietate remota, tamen non
placet hæc doctina Lucæ de Penna, quia
realiter in fratribus mendicantibus hoc
non procedit, & ſupple quæ dixi in d. cap.
ſi aliquem nu. 332. cum ſeq. ſic in feudali-
bus, cum non ſit diuerſa retinendi ratio.
431 Dicuntur enim mortui † ſaltim morte ci-
uili facta dicta profeſſione, adeout ſtatim
proximior in dicto feudo ſuccedere dica-
tur, cum ſit idem effectus in incapace re-
ligione, qui eſt mortis naturalis Cano-
niſtæ in d. cap. in præſentia de probation.
tetigi modo nu. 428. & ita importare dixi
in d. cap. ſi aliquẽ in prima prærogatiua,
ſub verſic. non obſtante, ſuccedere proxi-
miorem, ſicut ab initio monachus factus
eſt incapax ſucceſſionis, eodem modo
quando habet feudum, & religionem in-
greditur, feudum ipſum amittit, & pro-
ximioribus agnatis defertur, vnumque
operatur actus deferendi feudum, & aliud
deferendi ex his, quæ dixi in d. cap. ſi ali-
quem ſub verſic. intelligo 7. Boniorn. hic
poſt Bald. Yſern. & Iacob. de Beluiſ. Ratio
eſt quo ad dictum Monaſterium, eo quia
432 cum feudum de ſui natura † præſtet fide-
litatis iuramentum continens illa ſex, de
quibus dixi infra in cap. 12. incliti Regis
Ioannis Tom. 6. non poſſunt omnia per
ipſum exequi, vt ait Fælin. in d. cap. in præ
ſentia poſt Aret. & Andr. Barbat. in rubr.
extr. de feudis col. 2. Afil. deciſ. 320. nu. 9.
& ſeq. vbi ſubdunt quòd quoties eſt ele-
cta induſtria perſonæ, non poteſt ſeruitiũ
433 præſtari per alios † prout eſt in feudis,
alias ſecus, nam poſſet per ſubſtitutum, &
tetigi ſupra, nu. 353, & conſequenter etiã
per Monaſterium vt poſt Inn. Io. Andr.
Speculat. & Carauit. recordor in d. cap. ſi
aliquem ſcripſiſſe, & infra in cap. 19. Re-
gis Alph. in 2. capite Tom. 4. vbi facio
mẽtionem de aliquibus induſtriarum per-
ſonis, & ita intelligitur Cardinalis Flo-
rent. conſ. 34. Afil. deciſ. 129. & poſt hos
Petr. de Gregorio part. 8. quæſt. 3. in fine,
qui dicunt quod quãdo feudatarius tran-
ſit ad Monaſterium, eo caſu ſuccedit Mo-
naſterium in feudo, ſecus quando ſerui-
tium non eſſet reale, ſed perſonale, latè
Tapia in tract. de religioſ. reb. in verbo,
ſua, cap. 14. fol. 481.

Et Clericus, qui fortaſſe vellet cape-
re ordines, debet prius in manibus domi-
434 ni † feudum reſignare ita dixi in d. cap. ſi
aliquem in 3. prærogatiua ſub verſ. item
licet

licet, ratione quia, ex quo teneretur ad
seruitium, & per consequens non posset
præstare per substitutum, vt latè posui
supra in cap. 38. Regis Iacobi versic. & ob
hanc causam tom. 1. secus si staret cum
prima tonsura, vel in minorib. Bon-
iorn. hic.

Sic legitur de Rege ipso, qui si efficia-
435 tur monachus, non transferat regnum †
in Monasterium etiam viuente Rege vt
dicit Bald. in l. Deo nobis col. 6. C. de Epis.
& Cler. quem refert Afflict. decis. 265. num.
37. Immo loquendo de eius filio Regis
vnico, si ingrediatur Monasterium pec-
caret, nec mereretur apud Deum, potius
enim deberet studere filiorum procrea-
tioni, ac generationi, quam ingressui Mo-
nasterij arg. l. si pater §. in arrogationibus
ff. de adopt. vbi hoc dicit idem Baldus, &
quod est fortius Papa posset dispensare, &
436 ne regnum pereat † vt capiat vxorem, Ca-
nonistæ in capit. cum ad monasterium de
stat. monachor. Io. Andr. in regula semel
Deo, & in regula, actus legitimi de re-
gul. iur. in 6 in mercurialibus, Archidiac.
in cap. sunt quidam 25. q. 1. D. Thom. 2. 2.
quæst 86. quæst. 1. art. 3. Cardinal S. Xisti
in tract. de potest. Papæ quæst. 35. & per
Cardinal. Zabarell in Clement. 1. opp. 1.
extr. de cõsanguinit. & affin. sicut dicimus
quod potest etiam Papa facere, & dispen-
sare vt quis capiat vxorem, & duret
matrimonium ad tempus, puta quod mo-
nachus possit habere vxorem vsq; ad pro-
creationem sobolis ne stirps nobilis pere-
at, & vltra non duret, vt notanter dicit
Io. Andr. in d. capit. actus legitimi idem
Bald. in l. si tibi la prima ff. de adopt. Iaso.
in l. si arrogator col. 2. ff. de adopt. Abb.
in cap. ex publico de conuers. coniugat.
Nicol. Boer. in tract. de stat. & vita here-
mitarum sub nu. 10. (quamuis ipse nimis
largè, & fluxè loquatur in hoc, & non be-
nè iudicio meo) quæ sunt notanda mira-
biliter, ex quo est contra regulam, quod
quos Deus coniunxit, homo non separet,
nam hic fit separatio, & puto stante con-
sensu sic ab initio inito inter coniuges
ex causa necessaria.

Vnde etiam infero 2. quod supradicta
ratio, de qua tetigi superius num. 423.
nempe quod conditio domini efficeretur
437 deterior † operatur non solum circa alie-
nationem bonorum feudalium in eccle-
sias translatorum, vt hic, verum etiam
quoad alia prædia, rustica, siue vrbana,
quia si de illis esset facta alienatio quo-
quomodo in ecclesias, siue per aliquas vl-
timas voluntates translatio per aliquem
burgensem demanij regij, aut per aliquẽ
vassallum feuda tenentes, tunc vtiq; te-
neantur, & debeant Prælati ecclesiarum
dictarum, vel præpositi, alijq; rectores
prædia ipsa infra annum, hebdomadam,
mensem, & diem (ad similitudinem eo-
rum, quæ dico de inuestitura infra in cap.
11. Regis Ioannis tom. 6) a tempore alie-
nationis iam dictæ vendere, seu concede-
re alijs vassallis, vt mirabiliter dicitur su-
pra in cap. 14. vbi suppleas.

438 Infero etiam 3. vt nec pro anima † re-
linqui possit ipsum feudum v. g. legando
ipsi ecclesiæ pro remissione peccatorum,
& in hoc concordat cum iure communi,
per quod disponitur, vt non valeat alie-
natio feudi, etiam pro anima ita Surd.
cons. 303. nu. 3. lib. 3. cap. 1. de proh b. feu-
di alien. per Federic. Curt. Iun. in tract. de
feud. p. 4. in 1. regul. quæst. pen. Capic. de-
cis. 64. in causa Franeschini Io. Fab. in §.
non solum instit. de legat. & tangit hic
Boniorn. an debeatur saltim æstimatio ex
dictis authoritatibus capit. 1. §. donare
qualit olim feud. pot. alien. Petr. de Gre-
gorio part 4. quæst. 1. nu. 16. Pern. latè in
primis notabilib. col. 7. ergo si ad ad alias
personas esset factum legatum, non nego
per ea, quæ dixi supra in 5. & 6. specifica-
tione nu. 38. & 56.

Infero 4. quòd si esset concessum, siue
venditum feudum alicui in sacris consti-
439 tuto † pro se, & hæredibus suis, intelliga-
tur de agnatis. quoniam filios habere nõ
potest, ita post Camer. & Iul. Clar. ait Io.
Franc. de Ponte d. cons. 15. nu. 18.

Limito tamen hanc quintã restrictio-
nem pluribus modis in hac vnica limita-
tione contentis, & dico, præterquam di-
cto monasterio esset donatum feudum
440 per Regem † quia ipsum videtur habili-
tasse ad id, vt dicunt Alberic. de Rosat. in
l. quisquis C. de Episc. & Cleric. Franc. de
Aret. in d. capit. in præsentia de probat.
Alex. d. cons. 100. lib. 1. Bald. in cap. quæ
in ecclesiarum de constit. quo casu posset
etiam seruire per substitutum in dicto
feudo, vt scripsi supra in cap. 39. Regis Ia-
cobi versic. nisi loquamur tom. 1. Vel quo-
ties feudum esset franchum, quia transi-
441 bit etiam in ecclesiam ita Dec. cons. 269.
col. 2. in fine Ruyn. cons. 18. lib. 1. nu. 16. &
post Bald. & Felin. testatur Cephal. d. cõs.
1. n. 20. 21. vbi ait rũc dici feudũ franchũ,
quando esset v. g. translata omnis propri-
etas ex Alex. cons. 9. lib. 1. cum similib. ab
eo allegatis: Vel nisi feudum esset in pro-
442 prium † vt puta quia haberet seruitium,
nedum personale, verum etiam reale, quo
casu

casu iura excludentia Clericos non comprehendunt hoc feudum improprium sic Ruyn. vbi supra num. 17. quem sequitur Cephal. loco citato num. 23. & 24. cum similibus quæ adduxi supra in d. cap. 39. Regis Iacobi sub versic. quod in tantum vbi subdidi in 9. intellectu quod potest mutari forma: Aut nisi loquamur de Il-
443 lustrissimis Cardinalibus † ac de Reuerendissimis Episcopis, etenim quia videtur quod isti tales tamquam personæ notabiles non comprehenduntur sub generalitate prohibitionis factæ de Clericis; sic dicit Iason cons. 117. nu. 2. lib. 4. vbi quod iura feudorum prohibentia clericos, non procedunt in Cardinalibus propter eorũ excellentiam, in tantum vt nec etiam iurare fidelitatem astringantur ex traditis per eũdem Cephal d. cons. 1. in vers. quinto quicquid sit, sed dicam suo loco. Vel
444 nisi feudũ esset hæreditarium † quia transibit ad monasterium, & ad Clericum, etiam habentem quatuor ordines Cumia in d. verbo mortis nu. 10. Bald. in cap. naturales col. 2. in tit. si de feud. def. mil. vbi quod potest etiam constituto in sacris, & feudum hoc casu hab. bit agnatos Franc. A Ponte d. cõs. 2. n. 168. Vel nisi feudũ esset
445 transitoriũ † ad feminas, quia etiam monialis succederet, Alex. cons. 10 col. 2. lib. 5. cum concordantibus. Vel nisi ipsæ per-
446 sonæ Ecclesiasticæ habuerint † feudales res de perse, idest de rebus Ecclesiæ, nam puto posse alias similes personas inuestire, & dare in feudum, vt scribit Andr. de Ysernia in tit. quemadmod. feud. ad fil. pertin. §. si dominus, & quæ dico infra n. 450. Item nisi monachus fuisset, ex dispen-
447 satione † factus comes, quia isto casu potest adhuc succedere aperto feudo postquam factus est comes ita determinat Bald. d. cons. 275. nu. 7. vol. 2. vbi sic indubitanter tenere ait tamquam postliminio reuersus, vel in integrum restitutus, & ad succedendum habilitatus, immo subdit quod tanquam nouo homini est gratia restituta, & habilitas aperta ex multis iuribus abeo allegatis: Vel nisi loquamur
448 de feudo transibile † ad clericos vt tetigi superius nu. 442. & 444 qui posset seruire per substitutos, vt puta quia esset sic admissum ex Innoc. in d. cap. in præsentia de probation. & in cap. inter dilectos de fid. instrum. Vel nisi princeps ipse præstitisset assensum in talibus alienationibus feuda-
449 lium ad ecclesias † quod tamen raro fit per principem, vel saltim cum difficultate per ea, quæ dicit Affl. in cap. imperialem quæst. 16. num. 43. & post eum Surd. cons. 5. n. 75. lib. 1. idcoq; subdit ipse quod Vicarius Principis debet se abstinere à tali assensu præstando, quia non est solitus Princeps præstare, argum. eorum, quæ dixi supra in capit. antecedenti, & illud est, quod ait idem Andr. de Ysernia in consti. Regni, Iustitiarij nomen, tit. 44. de offic. iustitiariatus. libr. 1. vbi quod potest feudum, & Castrum habere Ecclesia, & eidem acquiri ex munificentia Principis ex iuribus abeo allegatis: Vel nisi essemus in-
450 feudis concessis à S. Pontifice † vel personis Ecclesiasticis, quia non est verisimile quod velint suum clericorum genus excludere, cap. duo sunt genera 12. q. 1. Iason d. cõs. 117. col. 2. vol. 4. Rolland. & Dec. de quibus per eundem Surd. cons. 140. nu. 30. 31. vol. 1. ratione quia in habentibus simbolum facilis est transitus, vt tetigi supra in 3. restrictione sub versic. qua ftante ideoneitate; & eorum quæ dixi supra num. 446.

Restringitur sexto secus esse in feudo
451 antiquo † ex pacto, & prouidentia (& hic suppleo, & sequor, quæ posui supra in 4. restrictione, sub versic. præsertim, & potest esse eadẽ restrictio) repugnaret enim tunc forma per ea, quæ ibidem dixi, & exemplum est v. g quando longo tempore fuit possessum per familiam, & ab antecessoribus acquisitum, vt post multos Surd. cons. 4. num. 1. & seq. vol. 1. hinc esse dixit
452 quod tale feudum non veniet inconfiscationem bonorum in præiuditium descendentium vocatorum in ea inuestitura, quod tamen secus est quando esset nouum vt tetigi supra extensione 1. Item Surd. cons. 472. nu. 7. vol. 4. ex Clar. in § feudum quæst. 84. Rolland. cons. 78. vol. 4 Peregr. de iur. fisci nu. 107. lib. 5. post multos à se
453 relatos. esto quod feudum fuisset domino deuolutum, alteriquè postea in ipsa inuestitura vocato fuisset concessum, nam adhuc feudum antiquum permanet, vt dicit gloss. Bald Andr. de Ysernia, Præposit. Alex. & Matth. de Affl. in cap. 1. de vassall. decrep. ætat. quos sequitur Io. Petr. Surd. cons. 474. num. 4. & seq. vol. 4. & tetigi in cap. 35. Regis Iacobi num. 77. tom. 1 post Bal. Abb. Iason Iacob. de Beluis. & Aluar.
454 suddens ipse Surd. num. 5. ex eod. Præpos. quod quando vassallus renunciat feudum in manibus domini (quod potest fieri, vt vidimus supra in 5. specificatione) hoc pacto, vt concedat vni ex agnatis, non desinat esse paternum, nec antiquum, acsi in
455 contractu esset appositum illud pactum, v. g. quod reputaretur tãquam antiquum, nam tunc non obstante quacumque deuolutione,

452 lutione, tenor † antiquæ inuestituræ esset
inspiciendus, & feudum permanet anti-
quum, vt subdit ipse Surd. in fine ex Bald.
in l. 1. in 2. lectura quæst. 15. num. 11. ff. de
rer. diuis. & in l. 1. C. qua nd. non pet. pare.
Ysern. in d. cap. 1. de vassall. decrep. ætat.
Curt. sen. conf. 49. nom. 89. ratione quia
quando constituitur nouum feudum, &
adduntur hæc verba (quòd conceditur
iure antiqui feudi, & paterni, & non ali-
ter &c.) assumit eius naturam à mortuo
* vassallo, & hanc esse com. * opin. refert
ipse Surd. ex Iason. in prælud. feud. sub nu.
90. & cons. 1. versic. secũdo principaliter,
& cons. 24. & 136. col. 4. vol. 3. Clar. in §.
feudum quæst. 8. versic. sed occurrit etiã
* de com * opin. testans Crauett. de antiq;
tempor. in 5. part. sect. 11. nu. 16. Tiraq. de
retr. consangu. §. 32. gloss. 1. num. 41. cum
alijs ab ipso adductis, secus si simpliciter
renuntiaretur sine aliqua cõditione, quia
de iure feudorũm desineret esse antiquũ,
non autem iure canonico, vt dicit ipse
Surd. per cap. ex parte de feudis, cap. nu-
per de reb. eccles. non alien. cap. per lite-
ras de donat. ideoque, si non desineret vo-
cari feudum antiquum, omnes vocati in
inuestitura succederent d. cap. 1. de vass.
decrep. ætat. ibique Afflict. in 1. notab. &
quamuis accipiatur noua inuestitura, non
ob id efficitur nouum feudum, vt dicam
infra in cap. 272. Regis Alph. in 16. limit.
tom. 5. Igitur, vt me reducam in hac 6. re-
strictione, dico quod cessat hoc regni ca-
453 pitulum in feudo antiquo pacti † & pro-
uidentiæ, nam huiusmodi feudum alie-
natum per vassallum sine consensu domi-
ni, non ipsi domino aperitur, sed filijs,
aut agnatis, vt sic ipsi saltim post mor-
tem alienantis valeant recuperare vt te-
tigi supra n. 390. cum seq. Ferdin. Bonior.
in causa D. Beatricis de Siracusis, d. ca. 1.
§. hoc quoque vbi gloss. Iacob. de Beluis.
Andr. de Ysern. Bald. & Præposit. de suc-
cess. feudi, Cannnet. fol. 101. nu. 7. Imol. in
* cap. 2. de feud. & est magis * com. opinio,
vt per Iacob. S. Georgio in tract. de feudis
versic. & cum pact. de non alien. col. 7.
versic. sed quæro, Curt. Iun. in tract. de
feud. in 4. concl. 5. part. princip. Alex. cons.
30. col. 4. lib. 6. Curt. Sen. cons. 48. col. 21.
* quos sequitur de magis * com. opin. te-
stando, Soccin. Iun. cons. 1. 12. Abunde nu.
2. lib. 1. Bald. post Nicol. de Mata. in l. qui
se patris C. vnd legit. versic. item quæri-
tur si vassallus, cap. titius vbi Andr. & alij
si de feud. fuer. controu. cap. 1. vbi omnes,
de alien. feudi patern. cap. 1. an agnat. cap.
§. quid ergo, de inuestit. de re alien. fact.
tauo

vbi habetur quod tanquam subiectum re-
454 stitutioni † alienari non potest, vt tetigi
supra nu. 400. Bonior. in causa Gibellinæ
versic. ergo filius, Io. Aloys. hic in 2. forma
arguitur enim de feudo ad res subiectas
restitutioni ad decisiones causarum feu-
dalium, vt dixi infra in cap. 116. Regis
Caroli ampl. 1. tom. 8. & in consu. Panor.
cap. 43. nu. 8. isto n. gradu feudum grada-
tim defertur, vt primo proximiori, & po-
stea sequenti in alio gradu, & primo pa-
tri, & eo mortuo, filio, l. cum ita §. in fi-
deicomisso ff. de lega. 2. l. gallus §. quidam
rectè ff. de lib. & posth. l. peto §. vlt. ff. ad
Treb. & facit supra d. capit. si aliquem,
idem Ferdin in causa D. Agathæ de Bon-
figlio cum D Hieronimo de Montecattno
versic. ex quo, & versic. & si alienatio,
Cannet. fol. 77. & 78. Ysern. in cap. 1 §. do-
nare vbi Affl. col. 7. qualit. olim feud. po-
ter. alien. quos sequitur idem Ferdin. in
supradicta causa Spaccafurni quæst. 3. &
4. versic. ad allegata incontrarium, & ver-
sic. respondetur ad primum, quia de isto
non potest pater disponere, nec alienare,
cum succedatur semper primo acquisito-
ri, etiam si ambulauerit per mille ma-
455 nus † sicut manus iniectio, idem Ysern. in
d. cap. si vassallus, si de feud. fuer. controu.
Angel d. cons. 110. subdens col. pen. quòd
in feudis antiquis non venit quis tamquã
ex linea collaterali, sed ex natura primi
principij, idest stipitis, Cannet. hic fol. 6.
nu. 16. regiusque consensus nõ potest præ-
iudicare arg. d. l. nec auus C. de emancip.
liber. Pern. d. cons. 6. Affl. in cap. 1. col. an-
tepen. de natur. feudi, & per consequens,
cum sit inalienabile, non potest, nec de-
bet filius priuari, Blasc. Lanz. in causa
Cammaratæ, vbi quòd quando dispositio
venit ad eum casum, à quo non potest in-
cipere, extinguitur, l. paulus §. etsi pla-
ceat ff. de verbor. oblig. quemadmodum
est feudum antiquum, quod stante forma,
vt iam vidimus, non potest alienari, gloss.
in d. constit. vt de successionibus, essetque
disponere in præiudicium agnatorum,
quod fieri non potest, cum sint compre-
hensi in inuestitura, ad quos quandoque
feudum est reuersurum, nec ius quæsitum
ex prima inuestitura eis tolli potest se-
* cundum com * opin. Curt. Iun. cons. 170.
col. 3. Dec. cons. 103. Bald. cons. 28. lib. 1. &
in nouis cons. 215. lib. 2. quo casu etiam
feminæ veniunt in defectu seruata forma
dicti capit. si aliquem; & quando feudum
est antiquum, ne dum feudatarius solus,
456 sed nec Rex † & feudatarius simul possent
alienare in præiudicium successorum sine

X eorum

eorum consensu vt vidimus supra num. 404. Ferdin. Boniorn. in d. causa Nobaræ Aydonis, Castellionis, & Oliuerij, vers. ad sextum, & in causa pro Donna Beatrice de Syracusis, vbi ait quod hoc Regni capitulum intelligitur sine præiudicio tertij, cap. 1. vbi Andr. Aluarott. & Præposit. an agnati, & alienatio sequens, quatenus contraria est primæ inuestituræ, tamq; erronea reijcitur ex Bald. d. cons. 215. Paris. cons 23 nu 65 & seq. lib. 1. Soccin. Iun. cons. 76. lib. 1. Paul. de Castr. cons. cons. 176. nu. 3. lib. 1. Dec. cons. 498 nu. 17. & seq. Gloss. Parisiens. super consuet. §. 35.

457 nu. 10 & pactum prouidentiæ operatur † vt in vita censeatur datum titio, & post mortem filij eius, ac descendentes admittantur, totq; censeantur feuda siue concessiones vt tetigi supra nu. 47. quot personæ, Andr. in d. cap. imperialem §. præterea ducatus, de prohib. feudi alien. & in cap. 1 § si vassallus col. 8. quę sit prim. caus. benef. amiss. & in cap. 1. § quid ergo col. 2. de inuestit. de re alien. fact. Saccuraf. in 3. forma. Boniorn. in caus. Baroniæ Murgi col. 1. & ob id dispositio testamentaria aliter facta non valet, cum conferatur in tempus, quo feudum est alterius, & potest vendicari, maxime stante inuentario, vt dixi supra in 5. specificatione, versic. nec releuat quando enim vendicatur feudum

458 pacti, & prouidentiæ † vendicatur iure proprio, quia ipsi defertur ex vi pacti secundum Andr. in cap. 1. §. & quia vidimus col. 1. de his, qui feud. dar. poss. & in d. ca. 1. §. donare nu. 8. qualit. olim feud. poter. alien. Calderin. cons. 13. de feudis, Bald. in l. cum antiquioribus C. de iur. deliber. cum concordantib. adductis per Ferdin. Bonior. in d. causa de Branciforribus contra Comitem Mazareni versic. nec inuentarium, & in d. causa D. Agathæ de Bonfiglio cum D. Hieronimo de Montecateno versic. & si alienatio, & quo ad mortuum perinde est, & si nunquam fuisset suum feudum alienatum, secundum eundem Andr. in cap. 1. col. 1. de eo qui sibi, & hæredib suis, sed statim transit dominium, itaut inter mortem vassalli, & ius filij, vel agnati successoris minimè detur medium Bald. in d. cap. 1. §. hoc quoq; de success. feudi, Ruyn cons. 25. num. 16. lib. 1. & iure quodam mortalitatis de vno transit in alium, idem Bald. in cap. 1. § denique col. 1. quæ sit prim. caus. benef. amiss. non per transmissionem, sed ex propria persona sublato anteriori de medio, Io. Aloys. de Septimo in d. cap. si aliquem fol. penult. & successio non dicit propriè in feudo pacti, & prouidentiæ, vt declarat Abb. cons 3 lib. 2. Bald. Nouell. in consil. Sclafani cum similibus adductis per eundem Ferdinand vbi supra, qui subdit quod hoc capit. volentes non tollit ius agnatorum venientium ex pacto, & prouidentia, lexque, pactum, & prouidentia ita operãtur, vt transmittant feuda, & ipsorum dominium in descendentes, & agnatos collaterales, dantq; rei vendicationem per ordinem his, qui gradatim succedere debent, si feuda sunt per feudatarios alienata, ac si nõ essent alienata d. §. hoc quoque Fimia, & Cannet. hic fol. 7. nu. 21. & fol. 15 & fol. 33. nu. 2. & 3. & fol. 108. col. 2. num. 25. pactum namq; & prouidentia operantur post mortem, ac defert gradatim vni post alium d. l. cum ita §. in fideicommisso ff. de legat. 2. l. fin. C. de verbor. signif. & nisi moriatur primus, non defertur ius secundo, nec agere poterit, nec reuocare, vt dicit idem Andr. in d. §. hoc quoq; Alber. Brun. cons. 4. col. 2. & per consequens nec currit præscriptio isti tali vt dicam infra in d. cap. 57. Regis Martini in 5. intellectu Tom. 3.

459 Hac ratione propterea vocatur pacti † & prouidentiæ, quia tale feudum habetur ab ipsa principali prouidentia, tum ex inuestitura, tum constitutione Regni, & non ab vltimo moriente vt per Cannet. hic fol. 57. nu. 34. & exemplificat fol. 70. col. 2. nu. 5. in feudis dignitatũ, in quibus semper adest, etiam tacitè dicta clausula pacti & prouidentiæ, de quo particulari vide quæ posui infra in d. cap. 437. Regis Alph. sub verbo illa tamen, tom. 5. non obstante inuestitura facta forcasse per principem de feudis ad perniciem alterius, quia non trahetur ad eum, qui ad feudum ius habet, Castrens. cons. 72. lib. 2. Crauett. cõs. 353. n. 8. vol. 3. nec præsumitur quod princeps vellet præiudicare alicui sine causa.

Et ideo si feudum esset concessum pro se, & suis hæredibus de suo corpore de-

460 scendentibus † ex quo est pacti, & prouidentiæ, idem iudicatur secundum Andr. in d. cap. imperialem §. præterea col. 4. de prohib. feudi alien. per Federic. in quo nec habet locum hoc capit. volentes, Bonior. in d. causa Baroniæ Murgi, & tetigi superius in 4 ampl. num. 161. & versic. & quicquid sit, idem Boniorn. in d. causa pro D. Beatrice contra Comitem Mazareni, versic. confirmatur.

Etiam si feudum esset paternum, nam

461 si in eo adesset dicta clausula † pacti, & prouidentiæ, nullo modo permitteretur alienatio, & limitatur iste textus secundum

dum receptissimam omnium scribentium opinionem hic, & in varijs consilijs, & ita ait Boniorn. in causa Gibillinæ, versic. & hæc baronia. qui dicit esse hoc indubitatum, & in d. causa de Syracusis in principio.

462 Iddem est in feudo cum clausula † iuris franchorum, quia talis clausula efficit feudum pacti, & prouidentiæ dixi supra in d. cap. si aliquem in 2. prærogatiua versic & quoniam. tom 1.

Restringitur septimo aliter esse si su-
463 per dictis bonis feudalibus, † nouis, vel hereditarijs expressè extaret testatoris prohibitio, ne alienentur, quia tunc non possunt alienari, nisi fauore dotis, Auth. res quæ, vbi omnes Moderni, & Prouinzalis, C. com. delegat. & licet hic dicatur, ibi, & quolibet alienationis titulo, attamen in generali dispositione non veniunt, ea quæ non potuisset disponens specialiter disponere, nec impossibilia disponenti, Bart. in l. si quis sub conditione ff. de condit. instit. Bald. in l. fin. §. si in computatione in fine C. de iur. delib. Barbat. in rubr. C. qui adm col. 3. Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ nu. 65. de constit. quia actus agentiũ à potestate regulantur Ferdin. Bon orn. in causa Laliæ versic. & an potuisset.

464 Restringitur, & limitatur octauo † secus esse in casu quo v. g. fieret concessio feudi per Principem post dispositionem huius capituli regni, cuius Principis, Regisque dispositio dictaret ne feudũ alienetur sine sua licentia, quia tunc alienari non posset, & reduceretur ad terminos dictarum constitutionum, quas in initio huius textus adduxi, dicentium ne feuda alienentur, & ita sentit Cannet. simpliciter fol 38. col. 2. per rationes, & iura ab eo allegata, & latissimè reassumpsit fol. 2 40. §. quæro subsequenter per totum, vbi non video ad propositum, nec eius opinio videtur mihi vera, stante quia in multis capitulis semper petitur obseruari omnia capitula Regni, exstare in viridi obseruantia, vt latè dixi supra in cap. 96. sed cõsidera an possit Rex postea cum aliquo particulari sic præiudicare.

465 Restringo nono, & intelligo † quòd licet immutata sit per hunc textum natura feudorum, vt tetigi superius post principium, attamẽ procedit quoties in aliquo ipsa mutatur, in reliquis remanet illæsa ita cõmuniter * Apostillantes hic ex Bal. in prælud. feud. Paul. de Castr. cons. 162. & per Dec. in cap. cæterum n. 8. de iudic. & ita hic tenet Ant. de Mont'alto, & volui supra nu. 185.

Restringitur decimo secus esse quoad
466 alienationem proprietatis ipsius feudi † quia hæc facultas concessa, vt posui supra nu. 22. non videtur vnquam per Regem, nec per dispositionem huius nostri textus, siquidem hoc capit. volentes dat tantum facultatem alienandi, & transferendi ius vtilis dominij, non autem de translatione directi, vt ex Bald. cons. 325. super articulo vol. 1. Cumia in d. cap. si aliquem in verbo, seruitij cõsueti nu. 97. Pern. cons. 4. quidam Serenissimus &c. Andr. de Ysern. in tit. qui success. teneant. nu. 5. in fine vbi quod concedens feudum tradit vtilem infeudando, adeout nec retineat vsumfructum cum concordantib. quæ posui in cap. 9. Regis Iacobi nu. 4. & nu. 62. Tom. 1. vbi subdidi conclusionem quòd bona demanialia non possunt alienari, & latè reassumpsi infra in cap. 1. & 2. Regis Martini versic at quia vidimus Tom 3. vbi suppleo circa hanc restrictionem, & tetigi supra nu. 373. & 374.

Restringitur vndecimo secus esse quã-
467 do agitur in iudicio † nam ex quo dicitur alienatio, vtique est necessarius ille interuentus Iudicum quatuor cum Præside, qui succedit loco consensus, nec est correctum ius cõmune feudorum in hoc per istud capitulum, ita scripsi infra in cap. 540. Regis Alphonsi sub versic. ratio, Tom. 5. tetigi supra nu. 181.

468 Restringitur duodecimo habere locũ † & procedere quòd licet ex isto capitulo sit concessa facultas alienandi, non tamẽ ex hoc prohibentur agnati, vt si velint feudum redimere, non possint, quinimmo sic, vt posui supra nu. 204. cum ibi citatis, & concludunt Boniorn. de Gregorio, & Lãz. hic, ex Bald in cap. 1. §. porrò qualit. olim feud. pot. alien. Brun. in suo repertorio in verbo feudum col. 3. & ita voluerunt nostrates in causa feudi dela Sala, Pern. d. cons. 6. vbi dicitur quòd agnatorũ consensus requirendus est, quamuis per hoc capitulum regius remissus sit consensus, & maximè si v. g. feudum sit commune cum fratre, nam habens simile feudũ, non potest partem suã vendere extraneo, sicque est locus prælationi saltim, & limitatur in hoc l. in re mandata C. mãd. quia licet in re sua sit moderator, & arbiter, tamen fallit isto casu, vt ait Bald. in l. 1. in fine C. qui testam. fac. poss. Cotra in verbo, frater, quos refert, & sequitur Anell. de Bottis in adnotationib. ad d. l. in re mandata, addo Goffred. cons. 9. Martin. Laudens. in cap. 1. §. fin. quæ fuit prima causa benef. amict.

469 Restringo 13. nihilominus procederet†
& valere dictam alienationem feudorũ,
dummodo Rex nolit pro se, vt sunt verba
clara textus nostri, ibi, ita tamen, cum
versic. ibidem subsequenti, quia si vult
dicta feuda alienata præfertur alijs em-
ptoribus, ideoque stat in sui potestate ap-
probare personam, nam si ipse soluit pre-
tium minus decima sibi competente, as-
sumit feuda ipsa, vt ait Pern. hic, & Bon-
iorn. qui sentit, quòd hoc modo semper
est necessarius consensus, Cannet. fol. 15.
nu. 60. & per hoc dicitur Rex prospexisse
sibi, & hæredibus suis ex facultate præla-
tionis per eodem prætio conuento d. cap.
1. §. porro, qualit. olim feud. pot. alien. &
hoc infra mensem, de quo vide eundem
Cannet. fol. 197. col. 2. vbi etiam legas an
agnatus præferatur domino, & considera
eius dicta, & fol. 200 & seq. (arg. eorum
quæ dixi in consuet. Panor. cap. 26. nu. 28.
vbi emphiteuta expectat dominum per
bimestre, addo Bart. in l. codicillis §. insti-
tuto in fine ff. de legat. 2.) & quòd sit li-
citum Regi si prose vult habere, volunt
etiam Nostrates hic, dummodo alteri non
470 cedat † ex Guid. Papæ decis. 411. dixi in
cap. ritus 194. in fine tom. 4. cum notatis
ibidem, beneuerum quòd in Principe non
præsumitur quod faciat in præiudicium
aliorum; nec fraudem; & consequenter
potest alteri cedere, vel vendere vt senti-
unt Aduocantes hic ex Butr. in cap. cæte-
rum de iudic. & hoc iddem sentit hic Fi-
mia, qui dicit quod stante infrascripta
471 clausula † saluis iuribus. &c. de qua dico
inferius nu. 477. subauditur etiam de di-
recto dominio saluo; & illæso ex Bald. in
cap. 1. quib. mod. feud. amitt. & facit l. si
quis vers. cum autem C. de pact. int. empt.
& vendit. vbi in effectu colligitur mens
consensus circa alienationes etiam feudo-
rũ, dummodo talis consensus non discre-
pet à pacto apposito inter ipsos contra-
hentes; per quem textum fuit multoties
determinatum † in Regno Neapolis, &
præcisè in causa Principissæ Sulmonis, vt
dicit ibi Anell. de Bottis, referens quod si
aliquis impetrat regium assensum à Cu-
ria in concessione facta à Barone sibi in
feudum cũ pacto quòd cognoscat à Ba-
rone, & in assensu regio est dictum quòd
recognoscatur in capite à Regia Curia
ex traditis supra in capit. 35. sub versic.
feudum vero, tom. 1. nam talis assensus
nihil operatur, vt per Barbat. in cap. 1.
col. 36 de reb. eccles. non alien. & ibi Ad-
dit. ¶ Nisi dicas, & loquamur in casu quo
contractus ipsarum rerum feudalium es-
sent initi, ac celebrati cum ipso met Re-
ge, etenim in ijs non requiritur alius con-
sensus Capic. decis. 156. nu. 11. & colligi-
tur ex gloss. in l. donationes in verbo san-
cimus C. de donat. int. vir. & vxor ¶ Eo-
dem modo videmus circa consensum præ-
472 standum in eo † qui emit castra in limi-
tibus Regni, quæ non potest illa tenere,
nisi princeps consenserit, adeout nec etiã
proximior de genere venditoris possit
vti iure retractus ex Gugl. de Benedict.
quem allegaui supra in cap. 3. Regis Iaco-
bi propè principium d. tom. 1. Andr. de
Ysern. in §. & olim de success. feudi, quia
ibi tractando de fratre alienante feudum
vel dimidiam, dicit quod dominus potest
reuocare, & reducere soluendo, & resti-
tuendo pretium emptori, & in hoc præ-
fertur agnatis tit. qualit. olim feud. pot.
alien.
Restringitur 14. etiam vt facta dicta
473 alienatione debeatur † decima tareni fis-
co, de quo dicã latius infra in cap. Regni
67. Regis incliti Ioannis versic. vt ergo, &
versic. quæ decima tom. 6. cum versiculis
subsequentibus, vbi est materia, ibi recur-
ras, quia latius dixi.
Restringitur 15. vt nihilominus debeat
474 præstari † solitum iuramentum fidelita-
tis; vt hic habetur in textu, & dicam la-
tius infra in d. cap. 452. Regis Alph. tom.
5 & in d. cap. 12. Regis Ioannis d. tom. 6.
nam & si in alienationibus feudorum non
sit necessaria licentia, tamen quoad aliud
est necessaria eius confirmatio Io. Aloys.
de Septimo in d. alleg. spolij Malettæ lib.
9. Pern. hic, qui subdit quod aliqui in-
cauti de his non curant, & sic de similibus
alijs restrictionibus concludas.
Restringitur 16. consequenter vt debe-
475 ant etiam præstari † seruitia Regi ita hic
in fine textus, ibi, seruitijs, & dixi latius
supra in d. cap. 39. Regis Iacobi tom. 1. &
iam posui supra.
Restringitur 17. è conuerso secus esse
quando dominus vellet purè alienare, in-
uestire, vel concedere in feudum illud
476 feudum, quod vassallus à se tenet † quia
non potest facere sine consensu ipsius vas-
salli, vide supra nu. 300. nec est deroga-
tum circa hoc, ita est textus in §. si quis
fecerit tit. quo temp. mil. vbi Andr. de
Ysern. qui ait quod nec valeret talis con-
cessio, & est ratio, nam istud capit. iam
reseruat iura alterius, vt subdam inferius
in vltima parte textus nostri, & in indi-
uiduo voluit Dec. d. cons. 144. per tot. &
meritò dixi purè, quia in diem, vel sub
conditione potest alienare absq; eius con-
sensu

feudo, v.g. quãdo moriretur vassallus sine legitimo successore, sic ipse Ysernia, & tetigi remissiuè supra ampl. 29. & isto casu mortuo dicto vassallo tenetur dominus nisi esset Prælatus vel persona ecclesiastica, vt ait ipse, & recordor alibi de hoc posuisse; ideoquè quando pure alienaret, nullo pacto valeret concessio rei alienæ, etiam si postea dominus venditor efficeretur dominus, nam isto casu non confirmatur venditio, & est speciale circa feudalia cap. moribus si de feud. contr. fuer. secus de iure communi in rebus non feudalibus, quia effecto domino confirmatur venditio l. si rem alienam ff. de act. empti cum similib. & dixi supra in d. cap. 33. Regis Iacobi vers. quatenus vero tom. 1.

Ex vltima parte textus nostri in his proximis restrictionibus operatur multum illa clausula, quæ in fine huius capituli est posita, ibi, in his tamen, & quibuscumque alienationibus terrarum
477 feudalium, & quotæ feudorum seruitijs † & integris iuribus nostræ Curiæ semper saluis &c. de qua clausula fit mentio etiã supra nu. 471. & in d. cap. 22. Regis Iacobi in fine versic. aduerte, & in cap. 59. eiusdem Regis post princip. Tom. 1. quasi dicatur quòd quemadmodum quando de iure communi feudorum petebatur assensus, non intelligebatur ob id domino præiudicium generatum, nec aliquid de suo concessisse, vt per Andr. de Ysern. in cap. imperialem nu. 11. de prohib. feudi alien. per Federic. per l qui tabernas ff. de cõtr. empt. idem Ysern. in cap. 1. §. sed nec est alia nu. 38. quæ sit prim. caus. ben. amict. de quibus per Io. Franc. de Ponte d. cons. 3. nu. 1. 3. 4. & seq. vsque ad num. 14. sic in isto casu circa terminos præsentis regni capituli, in quo nullum præiudicium generatur regiæ Curiæ, & fisco, & nunquã prima inuestitura alterata præsumitur, vt latè, & pulchrè per eum à nu. 65. cum seq & præcisè num. 70. 71. sic infra in cap. 387. Regis Alph. in fine Tom. 5. & ita per Decretum, & statutum Mediolani, incip. prouidere volentes, est determinatum, vt nempe semper sit illæsum ius Cameræ, in constit. sub tit. de signat. §. & quòd in omnibus, vt post multos ait Ludouic. Sacea d. responso 1. nu. 231. vsq; ad nu. 235. cum seq. Bursatt. cons. 350. nu. 10. cum similibus per Saccam allegatis, & iterum d. respons. 3 nu. 185. 186. Afflict. in cap. 1. qui success. teneant. quæ clausulæ non dicuntur appositæ in executiuis, sed in dispositione, vt per Io. Franc. de Pont. d. cons. 3. nu. 78. & seq. ex Dec. cons. 305. col. fin. gloss. & Canonistæ in clement. t. de probat. vbi quòd dispositio principalis sic intelligitur.

478 Et sic est etiam de iuribus alterius † vt latè posui supra in d. cap. 22. Regis Iacobi versic. aduerte, & versic. illud iddẽ, & suppleo infra in d. cap. 393. Regis Alph. declar. 1. & d. cap. 387. Tom. 5. & facit ca. 24. supra eodẽ, cõcordat in simili cap. 20. Regis Martini, ibi, iuribus alterius semper saluis vbi suppleo Tom. 3 quæ iura Rex vult esse salua, & per consequens non fuisse ipsius intentionis, nec Proregis stante dicta clausula aliquid noui inducere, nec præiudicare secundogenitis, nec alijs habentibus ius, sed saluum conseruare, vt dixi in d. cap. 22. versic. illud iddem, Regis Iacobi, & transit hic Boniorn & in d. §. donare, ex quo nec per statutum potest tolli ius tertij, saltim inspecta Principis honestate, vt post multos Surd. cõs. 203. n 44. 45. lib. 2. nisi ex causa, vt ait Alex. cons. 42. col. 7 vol. 1. & cons. 106 col. 4. lib. 2. & cons. 189. eod. Afflict. in prælud. constit. Regni, quæst. 3 sub nu. 2. subaudias tamen, vt intelligatur præter expressa, vt per Ysern. loco citato, Soccin. cons. 43. vol. 4. Dec. cons. 185. Bald. Freccia, & alij per Io. Franc. de Ponte d. cons. 15. nu. 7. & 8. Ias. Grammat. & alij per Ludouic. Sacca d. resp. 3. n. 186. & prout dixi supra in 4. restrictione, & per hæc impono finem huic tam celebri capitulo ad laudem S. Trinitatis.

M. Muta.

De modo seruiendi pro feudis. Cap. XXIX.

COmites, Barones, & Feudatarios ipsos benignitate solita prosequi disponentes, volumus quòd si quando nos extra Regnum cum exercitu nostro contigerit feliciter proficisci, nullus Comitum, Baronum, & Feudatariorum ipsorum cogatur inuitus extra Regnum se conferre nobiscum, & exercitu memorato.

to. Si vero intra Regnum ad alias partes Regni, pro acquisitione reliquæ partis Regni ipsius, seu defensione terræ nostræ ditioni subiectæ, nos conferre oporteat, teneatur quilibet prædictorum Comitum, Baronum, & Feudatariorum, se cum exercitu nostro in nostri comitiua conferre, & in prædicto exercitu spatio trium mensium, numerandorũ à die, quo de domo sua recesserit, suis sumptibus in nostro seruitio commorari. Circa cuius temporis lapsum, si eos elegerimus in ipso exercitu retinere, stipendia competentia, & conuenientia, secundum quod habuerint comitiuam, mandabimus eis integraliter elargiri. Sin autem concedemus eis licentiam redeundi, itaquòd ab exercitu infra tale tempus recedant, pro solitis dietis proficiscentis in fine prædictorum trium mensium ad domos proprias sint reuersi, distantia locorum quorumlibet propensata. Si verò contingat nos personaliter non transire ad partes ipsas residuæ partis Regni, sed alium loco nostri transmictere, nullus Comes, Baro, seu Feudatarius teneatur personaliter post lapsum trium mensium moram trahere in seruitiũ exercitus antedicti, quantumcumque sibi per nostram Curiam donaretur, sed redeant iuxta modificationem termini supradicti. Et etiam quòd nullus Comes, Baro, & Feudatarius cogatur, aut teneatur aliquid soluere pro adducimento, sed personaliter ire in exercitu teneantur modo prædicto, nisi necessitatis articulo, vel quauis alia iusta causa forsitan impeditus aliquo loco sui sufficientem, & idoneũ mictere teneantur, vel adducimentum soluere, sibi electione seruata.

SVMMARIVM.

Feudatarij sunt quasi milites n. 1. & habent priuilegium deductione egeant n. 2. & 3.

Milites habent priuilegium deductione egeant nu. 2.

Feudatarij solent ponere eorum bona in Deputatione pro satisfaciendo creditoribus. & quomodo, nu 3.

Barones quo casu possint ponere bona, in Deputatione. ibid.

Seruitium militare quando fit, infra quantum temporis spacium debeant barones venire, nu. 4.

Seruitium militare quando fit nullus Baro, vel Feudatarius debeat capere in suum vassallum eum, qui esset obligatus seruire Regia Curia sub seruitio, nu. 5.

Seruitiũ militare quando fit. solet ordinari gens armorum cum salario. nu 6.

Seruitium militare non præscribitur, n. 7.

Seruitium militare fit etiam si adesset timor belli, nu 8.

Belli timor est peior ipso bello, ibid.

Episcopi. & Abbates ratione feudorum tenentur ire ad exercitũ cũ ipso Rege n. 9.

Seruitium militare debet adhuc per prælatos præstari, ibid.

Seruitio pro militari potest etiam promicti pæna conuentionalis, nu 10.

Seruitium militare dum fit, tenetur vassalli proprijs expensis sequi dominum in bell., nu 11.

Operarius conductus tenetur cum suis instrumentis operari, & illa rupta reficere, ibid.

Scriptor debet vti suo proprio atramento, & calamo, ibid.

Seruitiũ militare si non præstatur, an perdatur feudum, & an executio pænæ transeat ad heredes, nu. 12 & 19.

Seruitium militare dum fit, debet haberi conside-

consideratio itineris, & expensarum, nu. 13 & seq.
Officiales debent studere quanto minus possunt partes damnificare, ibid.
Citatio partium non debet fieri in vno loco vt compareant ad locum distantem cum possint ad propinquum. ibid.
Barones non debent trahere vassallos à remotis partibus pro iustitiam, vel aliquid faciendo, nu. 14.
Vassalli non debent affligi longis itineribus excitationibus, ibid.
Damnum dicitur sentire ne dum quando suum ammittit, sed etiam quando commodum non potest habere, nu. 15.
Seruitium militare sifit infra regnum, vel extra regnum quid seruabitur nu. 16.
Seruitium militare dum fit, & Feudatarij sunt pauperes, non tenentur sequi Regem si fructus baroniæ non sufficiunt, num. 17.
Seruitium militare si est reale, & non personale, non tenentur vassalli sequi dominum, nu. 18.
Feudum si non ascendit ad vnciass viginti, possunt plures Feudatarij pro seruitio militari se coadunare, ibid.
Seruitio pro militari nullus Siculus debet extrahi à regno, nu. 20.
Seruitio à militari nullus debet illicentiatus recedere, nu. 21.



De seruitij militaris materia satis sime ad saturitatē scripsi supra in cap. 39. Regis Iacobi Tom. 1. vbi in principio nu. 3. sic dictum posui, quia
1 Feudatarij † sunt quasi milites, & vt plurimum ita vocantur in libus feodorum secundum Andr. in cap. 1. §. sed nec est alia, quæ fit prim. caus. benef. amitt. & in cap. 1. §. similiter, de capit. Corradi, & in cap. 1. in fine quis dicatur dux, 1. imperialem §. firmiter de prohib. feudi alien. per Federic. vnde est
2 quòd habent priuilegium deducto † ne egeāt iuxta text. in l. miles ff. de re iudic. & argum. eorum, quæ ait Bald. in l. si maritum ff. solut. matr. & in l. 2. C. quod cum eo, vbi quòd si iudex condemnet eū, qui habet priuilegium d. l. miles, videtur condemnatus saluo dicto priuilegio, vt ibi latius per eum, quicquid senserit Io. de Imola in l. commodis ff. de re iudic. pulchrè Afflic. in constit. Regni, si quis post litem nu. 4. rubr. 97. de pœn. concumac. lib. 1. tetigi in d. capit. præcedenti, ampl.
3 7. & hinc est quòd hodie videmus ordinariè quòd bona ponuntur † in Deputatione ad effectum soluendi creditoribus deductis alimentis pro substentatione vitæ Feudatarij. Et facit cap. 1. Regis Petri II. hoc eodem Tom. ibi, seruitio vnius equi armati, & iterum paulo infra in ipsomet capitulo in versic. præsertim quoque.
4 Assistentia prædicti seruitij † militaris intantum extendebatur, vt quoties Feudatarij erant absentes, & non venissent infra illud bimestre, semestre, vel annum, de quo infra in cap. 30. perdebant feuda, vt ibi habes, quod tamē non procedit, quia iam sufficit mittere substitutum, vel alios vt memini dixisse in d. cap. 39. Regis Iacobi, & tranfit hic Bon iord. & Ardizon. Affl. & Ysern.
5 Item intantum operatur, vt nullus Comes † vel Baro, aut alius Feudatarius præsumat ibi capere in suum vassallum illum, qui esset obligatus seruire Regiæ Curiæ sub seruitio infrascripti equi armati seu alforati, aut quocumque alio seruitio sub pœna vnc. 50. a Comitibus exigenda, & vnc. 25. à Baronibus applicanda fisco, sic habes in d. cap. 5. Regis Petri II. nisi ipsi familiares essent exēpti, & excepti à seruitio, & fuissent titulo militari decorati à dictis Comitibus, & Baronibus, quod tamen non debent facere, nisi de licentia Regiæ celsitudinis, submittere nempe sibi, & eorum iurisdictioni, & seruitijs.
6 Solet etiam pro adiutorio dicti seruitij † militaris ordinari gens armorum cum salario, quorum caput principale fit ipse Rex, & prout dixi infra in cap. 6. Regis Martini Tom. 3.
7 Plus dicimus quod nec cadit præscriptio † vt videbimus infra in cap. 57. Regis eiusdem Martini faltentia 1. d. Tom. 3.
8 Esto quod solum adesset timor belli † vt dixi in d. cap. 39. Regis Iacobi n. 148. addo Petr. de Anchor. cons. 88. Boer. decis. 28. & 178. nu. 23. quia, Peior est bello, timor ipsi belli.
9 Idem concludunt Doctores esse in Episcopis † & Abbatibus, quos ratione feudorum Reges, & principes possunt mittere ad exercitum, vel cum ipso Rege in exercitu existente moram facere, & ita esse de iure communi testatur Lancillott. Corrad. cap. 1. de Rege §. 3. de Magnitudine Regis nu. 9. lib. 1. post Petr. de Antibol. in tract. de munerib. part 3. num. 97. quos refert, & sequitur Anton. Xibecca de

de Regio iure patronat.nu. 61. & argum.
corum,quæ dicam infra in cap.452.Regis
Alphonsi Tom.5.

Potest etiam per vassallos circa dictum
10 † seruitium promitti pœna conuentiona-
lis, tuncque si esset promissum certum,
ac determinatum seruitium soluendum
in tempore determinato sub certa pœna,
& dominus ei aliquid promiserit, si do-
minus venit contra pactum, non tenetur
ad similem pœnam, ad quam tenetur vas-
sallus si contrauenit ex Bald. in capit. 1.
qualit.domin.prop.priuet. vbi ait dictum
capitulum procedere, & habere locum
solummodo in pœna legali, & non con-
uentionali Afflict.decis.265.nu.15.

11 Adeo vt ipsi vassalli propria impensa †
sequi dominum in bello teneantur, que-
madmodum operarius conductus opera-
tur cum suis instrumētis, & si sunt destru-
cta reficit suo sumptu, sic scriptor vtitur
proprio atramento, suoque calamo vt in-
fert post Iason.& Bald.Surd.cons.254.nu.
22.lib.2.

Declara vt non ob id quòd v.g non red-
12 ditur † nec fit seruitium, quod perdatur
feudum, immo non, ratione quia lex vl-
terius non transit., nec disponit, vt post
Andr.de Ysern.in cap.1.de feud.sin.culp.
non amitt.& in cap.1.§.sed nec est alia,
quæ fit prim.caus.benefic.amitt. Io.Fran.
de Ponte cons.2.nu.3.(ex his, quæ po-
sui infra in cap.393.Regis Alph.vers.de-
clara quarto tom.5.) sed contrarium est
verius per d.§.1.Boniorn.hic ex Bald.in
cap.1.§.si quis miles, de feud.sin.culp.
amitt.Fælin.in cap.Rodulphus nu.35.de
rescript.Anan.cons.60.tit.de feud.Gal-
der.cons.4.Barbat.in cap.sacerdos de of-
fic.ordin.col.10.Archid.in cap.in folita
11.quæst.1.& recordor dixisse in d.cap.39.
Regis Iacobi n.76.cū seq.adeo vt executio
pœnæ transeat ad heredes, & contra eos
Boniornus hic ex Soccin.cons.66.lib.3.
Andr.& Afflict.in d.cap.1.§.porrò, Paul.de
Castro cons.138.in antiquis, Iacobin.de
feudis, versic.& promiserunt nu.50.d.cos
vbi Boniornus C.de mod.mulct.& vide
etiam inferius, nu.19.

13 Declara secundo vt in seruitij milita-
ris præstatione debeat haberi respectus
& consideratio itineris, & expensarum
(argum.eorum, quæ dico in simili de par-
lamento faciendo infra in cap.12.Regis
inuicti Ioannis post principium tom.6.)
per ea, quæ ait Matth.de Afflict.in const.Re-
gni, Iustitiarij nu.4.tit.qualit.Iustitiarij
lib.1.vbi infert ad iustitiarios & alios of-
ficiales, qui quādo agūt causas inter sub-
ditos Regis, debeant studere quanto mi-
nus possint, partes dannificare tam in iti-
neribus quam in expensis, & per hoc non
debent citare prouinciales existentes in
loco distanti, vt compareant ad locum re-
motum, quod facit pro illis visitatoribus,
qui cum possint citare partes, coram se
existentes in loco, postea recedentes il-
linc, citari eas faciunt ad locum distan-
tem, quod esse non debet, ex quo nimis
partes grauantur, cum possint ad eorum
præsentiā conuocari per ea, quæ ait Ma-
rian.Socin.in tract.de visit.quæst.4.facit
cap.statutum §.insuper de rescript.lib.6.
auth.de instr.caut.& fide, §.vt autem l.
mediterraneæ C.de ann.& tribut.lib.12.
cum simil.ib.citatis per ipsum Afflict.vbi af-
fert in simili capitulum Regni Neapolis
Regis Caroli II.qui vult quod in locis vi-
cinis, & non remotis committantur ser-
14 uitia Curiæ, inferens ad Barones † qui
habent ex priuilegio merum, & mixtum
imperium, & trahunt vassallos suos à re-
motis partibus, quando volunt facere in-
ter eos compositionem, quod non licet,
quia ex hoc dicuntur vassalli affligi vt ait
Ysern & Afflict.vbi supra, intelligēdo extra
loca propinqua, & proxima (ex traditis
infra in cap.10.Regis Martini declara 3.
tom.3.) ratione quia aliquis dicitur dan-
15 num sentire † ne dum quando quod suum
est amittit l.3.ff.de dann.inf.sed etiam
quando cōmodum non potest habere ex
Luc.de Penna in l.fin.C.de bon.vacant.
lib.10.& per l.si damnum ff.ne quid in
loco publico, cap.ad apostolicæ de re iu-
dic.arg.l.3.C.locati, l.si aliquis C.de su-
scept.& archar.Ind.iudices C.de dignit.Hob.
in cap.1.§.quicunque de pac.tenend.& in
l.imperatorum ad l.rebell.cap.fin.de ac-
cusat.Soccin.in d.cons.222.vers.sexto illa
conclusio, Quæ supra dicta intelligo extra
16 regnum † quia tunc procedunt hæc, vt di-
xi in d.cap.39.Regis Iacobi num.99.cum
seq. nam intra regnum non nego, quod
possit fieri in terras vel alia parte regni,
prout Principi placuerit, vt ibidem num.
169.stante quòd totum regnum est sub
iurisdictione ipsius, non sic in baronibus,
qui habent limitatam iurisdictionem, vt
in d.cap.10.scripsi.

Declara tertio quod si feudatarij, Co-
mites, Barones, &c.essent pauperes, adeo
vt fructus feudi non sufficient ad expen-
17 sas † non tenentur sequi Regem vt dicit
Dyn.in l.mouia §.vxore ff.de ann.leg.quē
referri, & sequitur Bart.ibi in fine, conclu-
dens fidem imperij non teneri sequi Im-
peratorem, si fructus feudi non sufficie-
rent

sent §. fin. de pac. tenend. idem Bart. in l. Imperator ff. ad Trebell. Bal. in l. qui manumittuntur C. de oper libert. Alexan. in puncto ad Bart. in d. §. vxore, vbi ait in eius annotatione loquens de hoc Regno, nota pro Baronibus Siculis, vt non teneantur sequi Regem, si fructus Baroniæ non suppetunt, & est vna de necessitatibus quæ excusant, la. obin. loco citato. col. 9.

18 Declara quarto iddem † esse quando seruitium non esset personale, sed reale, quia tunc non tenentur vassalli sequi Baronem feudumque iudicabitur tunc tamquam improprium, vt multos cumulat Io. Petr. Surd conf 501 nu. 2. & seq. vol. 4. & quæ scripsi supra in cap. proximo, restrict. 3. versi qua stante, & infra in cap. 12. Regis incliti Ioannis limit. 4. tom 6. & facit hic. ibi, adducimentum 2. seruitium in pecunia, v. g. quando feudum non ascendit ad vnc. 20. quia possunt se plures feudatarij coadunare, Paternio hic ex Andr. in cap. 1. §. similiter de cap. Corr.

19 An vxor propter culpam mariti † Ecclesia Prælati, pupillus tutoris &c. ob seruitium non præstitum perdant feudum tetigi superius n. 13. & vide And. in d. cap. 1. § fin. de capit. Corradi, Boniorn. in d. cap. 39. Regis Iacobi.

20 Quibus dictis noto † primo ex isto textu quod nullus Siculus etiam feudatarius potest extrahi à Regno pro seruitio militari, posui infra in cap. 442. Regis Alph. ampl. 5 tom 5.

21 Noto secundo quòd nemo † debet à seruitio illicentiatus recedere, habes infra in eodem tom. Regis Alph. cap. 513. vers. dum autem.

V.I.D. M. Muta.

De successione feudorum. Cap. XXX.

CONstitutionem editam per prædictum Dominum Regem Iacobum fratrem nostrum super successione feudorum, lucidè præsenti edicto nostræ celsitudinis declarantes, statuimus, vt in feudis, etiam si auita, vel paterna nō fuerunt, vel de nouo quæsita, collaterales ab intestato succedant, & inter eos ordo succedendi, ætatis, & sexus prærogatiua seruetur, deficientibus tamen successoribus legitimis ex linea descendentibus.

SVMMARIVM.

Cap. si aliquem ampliatur procedere etiam in feudis de nouo quæsitis, nu. 1.
Cap. si aliquem limitatur habere locum in successione ab intestato nu. 2. 3.
Statutum excludens masculos propter feminas intelligitur ab intestato, nu. 3.
Feudorum ex dispositione non attendebatur dispositio ex testamento, nu. 4.



1 DIXI iam latissimè in cap. si aliquem, quod est capit. 33. Regis Iacobi tom. 1. hic tantummodo tangam de ista ampliatione facta per hunc textum † vt procedat prædictum capitulum 33. tam si feuda sint noua quàm antiqua, quia hoc non considerauit, sed vtrobique obtinet hoc pragmaticale capitulum, vt ait Pern. conf. 11. col. 2. per verba dicti capituli 33 ibi, tam super feudis antiquis, & prout ib. dem dixi in prima prærogatiua, versic. & iddem vbi idem Pern. in fine per ea verba illic posita, concedendis, & per hoc capitulum, quod declarando, & ampliando DD. dicunt, vt procedat etiam in feudis de nouo quæsitis, idem Pern. conf 8. quem sequitur Petr. de Gregorio faciens mentionem de hoc contextu in tract. de conceff. feudi part. 4. quæst. 1. nu. 20. & transit hic etiam Fimia, subdens ex hoc apparere esse correctum illud, quod tradit Andr. de Yfern. in tit. de grad success in feud § vers. finali, & ita etiam transit hic Bonror.

2 Et sicut dictum capit. 33. ampliatur, sic limitatur procedere † in successione ab intestato, ita important illa verba ibidem

posita, mori contingat nullo legitimo hærede relicto, & est lucidius declaratum per istum textum, sic nostrates, vbi Cumia ibi, in verbo, mori contingat fol. 98. & 99. vbi subdit post Petr. de Gregorio
3 in d. part. 4. quæst. 11. quod statutum † excludens feminas propter masculos intelligi debet ab intestato, non autem ex testamento ex Bald. & alijs ibi per Cumiam allegatis, & hoc modo etiam intellexit Gugl. de Perno ibidem, qui ait quod declaratur per hanc Constitutionem, & per hoc capit. hic, ibi, quia si ex testamento, & per consequens disposuisset, & ita conferendo concluserunt ipse de Perno, & Archiepiscopus Vbertinus, & subdit hic Fimia quod alìès, ex testamento seruatur dispositio dicti cap. volentes, quod tempore huius textus iam erat conditum veluti prius, vel subdit ipse quod ideo dicitur ab intestato, nam de iure communi
4 feudorum † non extendebatur dispositio ex testamento, vt probatur in capit. 1. in princ. de success. feudi, vel tertio, dicit ipse Fimia, attenditur prædictum cap. volentes, dummodo non disponatur contra formam concessionis, latius dixi in dictis locis, ob id non me extendo, & per Bonjorn. hic qui latè declarat, & de Paternione, & alios nostrates.

V. I. D. M. Muta.

De impositione rationis, & apocha offitialium quietationis. Cap. XXXI.

CVM satis abundè iustitiæ cultus, & fidelium nostrorum status, tranquillitas, ac feudorum reintegratio, præcedentibus constitutionibus nostris fuerint rectè dispositi, deinde ad nostrum offitialium commoda, & celerem expeditionem eorum animaduertere satagentes, vt ad gerenda offitia, eis per nostram celsitud. nem ordinati per annum, vel minus offitia exercuerint, statim quòd amoti fuerint, coram magistris Rationalibus Magnę Curiæ nostræ, & de gestis per eos in offitijs incipiant ponere rationem, & etiam compellantur. Itaquod infra annum amotionis eorum à tempore numerandum, quæstiones, defectus, & dubia terminentur. Post cuius lapsum anni de quæstionibus, defectibus, & dubijs ipsis minimè teneantur, nec etiam compellantur per magistros Rationales eosdem, sed nostræ Curiæ per offitiales ipsos satisfacto de liquido quietationis apocha fieri eis. Et si per plures annos contigerit offitialem aliquem iddem offitium de mandato nostræ celsitudinis exercere, anno finito annis singulis simili modo, & forma, debeat ponere rationem, cùm ad requisitionem Curiæ nō compareant requisiti, vel legitimè per se, vel per procuratorem sufficienter instructos, habebuntur pro confessis defectibus quæstionibus, & dubijs supradictis.

NOTO duo remissiuè, primo quod officiales regulariter sunt annales, dixi latius infra in capit. 1. Regis Martini tom. 3. secundo quòd contumaci solet, vt dicitur, apponi verbum confitetur, magisquè damnosum, dico infra in cap. 52. Regis Ioannis sub versic. & ad decretatam vbi suppleo quo ad reliqua huius textus tom. 6.

Muta.

De Notariatibus, Siculis commictendis, qui non possint seruire per substitutos. Cap. XXXII.

ITEM quia personarum sufficientiam eligere Maiestas nostra disponit, vt per eas Reipublicæ vtilitas opportunius explicetur, & de perceptis prouentibus Curiæ nuda veritas præter fraudes aliquas elucescat, iubemus quòd credenzeriæ, & notariatus tonnariarum, & dohanarum, & aliarum gabellarum Siciliæ concedantur, & commictantur tantum Siculis idoneis, & sufficientibus, & quòd ipsi Credenzerij, Notarij, & particulares subportulani exerceant offitia ipsa per se personaliter, non per substitutos eorum. Etsi contrafecerint, ab ipsis offitijs expellantur, ad offitia ipsa denuo minimè statuendi.

RVBRICAE ordinariæ habent, de notarijs siculis, sed defectuosæ sunt, quia vult dicere, de notariatibus, Siculis commictendis, &c. intendit enim textus noster, primò nempe quòd offitia debeant dari Siculis per ea, quæ latè dico infra in c. 356. Regis Alph. tom. 5. remissiuè, & explicat quæ sint ista offitia, idest offitiũ Credenzerij, de quo habes dictũ in d. tom. 5. cap. 353. offitia Magistrorum, Notariorum Dohanarum, & aliarum gabellarum, & subportulani, de quo etiam infra in c. 40. Regis Martini tom. 3. Secundo quòd dicta offitia etiam erogentur personis sufficientibus, & habilibus ex adductis infra in c. 64. Regis Ferdin. tom. 7. etiam remissiuè, ad hoc vt per eos Reipublicæ vtilitas opportunius explicetur. Tertio quod tales offitiales exerceant eorum offitia per se, non per substitutos, aliàs expellãtur ab ipsis offitijs, vt posui in c. 29. Regis Alph. tom. 4. & infra in c. 5. eiusdẽ Regis Martini in quinta obseruantia, vbi loquor de iustitiarijs, qui non possunt substituere, & infero ad multos casus, ibiquè adduco concordantes textus Regni.

Muta. V.I.D.

De salario Marinariorum in extolio Regio. Cap. XXXIII.

COmpatientes Marinariorum laboribus duris, & inedijs, atque periculis, edicimus, & mandamus quòd postquam ipsi marinarij in armata generali receperint solidos, & cæperint à locis, in quibus degunt ad extolium proficisci, à die, quo ab inde recesserint, & peruenerint ad portum, vbi extolium fuerit, vsquequo galea rubea, cum extolio cæperit feliciter nauigare, habeat à Curia quilibet pro substentatione vitæ suæ die quolibet granos tres & ex tunc in antea, quousque extolium ipsum prospere redeat, & donec ad propriam habitationem peruenerint, habeant solidos consuetos.

DE hac materia vide infra in cap. 92. Regis Incliti Ioannis tom. 6. & de hac simili locutione circa extolium fit etiam mentio infra hoc eod. tomo in cap. 1. Regis Petri.

De Sigillo à Curialibus non soluendo. Cap. XXXIV.

CVrialibus, & familiaribus nostris etiam conferre volentes gratiam specialem, præsenti constitutione in perpetuum valitura decreuimus, quòd si contigerit per Maiestatem nostram aliquam gratiam vel donationem fieri Curialibus, & familiaribus ipsis, vel eorum alicui, pro iure sigilli nihil exigatur ab eis.

Vide infra in cap. 378. cum concord. Regis serenissimi Alphonsi versic. an autem tom. 5.

De obseruatione capitulorum quantum, ad dominium. Cap. XXXV.

VT autem omnis vacillationis materia à prædictorum nostrorum fidelium mentibus eruatur omnino, & nullus suspicionis scrupulus relinquatur, sed gaudeant, & gaudere possint perpetuo sub Maiestatis nostræ fœlici dominio constituti, sub religione sacramenti coram eis per nos corporaliter præstiti, & virtute, omnes constitutiones, & dicta statuta, priuilegia, confirmationes, & prædicta omnia, & singula, quæ continentur in eis, vt prædictis nostris constitutionibus declaratur, Nos ipsi obseruabimus, & per omnes offitiales nostræ Curiæ mandamus, & mandabimus omni tempore inuiolabiliter obseruari, legibus, constitutionibus, consuetudinibus, omnibus, præsentibus nostris constitutionibus contrarijs, penitus antiquatis.

LAtius dixi circa obseruationem capitulorum Regni supra in cap. 26. at quoad iuramentum Regium videas in cap. 1. Regis Ferdin. in 3 not. tom. 7. & vsque huc expliciunt constitutiones Regis Federici III. compositæ in sua fælici coronatione.

CAPITVLA ALIA EIVSDEM DOMINI NOSTRI REGIS FEDERICI III.

Edita in generali colloquio apud Placeam celebrato xx. Octobr. vj. Ind.

De prohibita captura animalium ad sellam, vel ad bardam per offitiales. Cap. XXXVI.

QVIA olim aliqui offitiales, Curiales, potentes, & aliæ personæ sub ratione eorumdem, causa equitandi, ipsi, vel eorum familiæ, vel deferendi eorum arnesia, animalia nostrorum

ſtrorum fidelium ad ſellam,& ad bardam, abſque voluntate dominorum, illicitè capiebant, propter quod grauamina ſuſtinebant, & damna, cum ea quandoque à manibus capientium recuperare vllo modo non poterant, interdum, ſoluta pecunia, redimere oportebat, nonnumquam niſi poſt multos labores, expenſas, & dierum pluriam interuallum, non poterant ea habere, præſenti edicto prouidimus, de cætero fieri prohibendo ſtatuentes, quòd ſi aliquis offitialis Curialis, potens perſona, vel miles qualibet alia occaſione prędicta, aliquod animal ad ſellam, vel ad bardam, abſq; voluntate patroni, receperit, de quo ipſius patroni ſtari volumus ſacramento, ſiquidem miles, aut perſona dignior fuerit, ſtatim animal captum patrono reſtituat, & in ſui pœnam per Siniſcalcum Regni noſtri, aut locumtenentem ipſius, ſi ibi præſentes fuerimus, & perſona capiens fuerit curialis, & ſi curialis non fuerit, per Magiſtrum Iuſtitiarium Regni noſtri, & in eius abſentia per Regium Iuſtitiarium capiatur, & noſtro ponatur carceri, vbi per vnum menſem volumus permanere. Si verò ſcutifer fuerit, nobilis tamèn, capiatur, vt ſuperius diſtinguitur, & in noſtro carcere poſitus, per menſes duos continuè detineatur, animali capto nihilo minus patrono reſtituto. Sin autem vilis conditionis extiterit, animal captum patrono reſtituetur de mandato ſui iudicis, vt ſuperius diſtinguitur,& fuſtigetur. Si vero, vbi hoc commiſſi contigerit, nullus prædictorum offitialium noſtrorum, ſed Baiulus loci tantum præſens fuerit, baiulus ipſe ad denuntiationem, & ad Sacramentum patroni, de perſona capiat animal accipientem, & ipſo animali reſtituto patrono, capientem ipſum ad eum offitialem, de cuius iuriſdictione fuerit cum ſuis literis captiuum debeat deſtinare, per eum vt ſupra diſtinguitur, puniendum. Si autem captor animalis ipſius cum ipſo animali ad alium locum aufugerit, baiulus loci eius, vbi hoc perpetratum extiterit, ad denuntiationem patroni, ad baiulum loci, quo captor ipſe auſugerit, de capiendo ipſum literas ſuas mittat, ad cuius baiuli tantum literas alius baiulus dictum fugientem capere teneatur, & animali capto reaſsignato patrono, ipſum ad eum offitialem, de cuius iuriſdictione fuerit, captiuum aſsignet, per eum, vt ſupra exponitur, puniendum. Sin autem dictus baiulus in prædicto ſibi commiſſo offitio negligens fuerit,& ex ſua negligentia animal captum mortuum fuerit, vel recuperari non poterit, ad reſtitutionem valoris animalis ipſius, ſacramento patroni taxando, per ſuum Iuſtitiarium compellatur. Sin autem dicta perſona, quæ dictum animal cæperit, talis ſtatus, & conditionis extiterit, quòd dictus baiulus eum non poſsit capere, vel audere, dictus baiulus

hoc

hoc denuntiare infra decem dies Regio Iustitiario teneatur, vt dictus Iustitiarius capiat animal capientem, itaquòd infra terminum ipsum ab eodem Iustitiario habeat literas responsales; & si fortè hoc facere neglexerit; pœnam vnciarum auri quatuor, fisci nostri commoditatibus applicandam, incurrat, animali ipso nihilominus restituto patrono; & si dictus Iustitiarius ob potentiam animal capientis, eum capere forte nequiuerit, hoc denuntiare infra viginti dies nostræ Excellentiæ teneatur.

S V M M A R I V M.

Animalia per vim capientes grauiter puniuntur, nu. 1. cum seq. amplia nu. 6. 7. 8. limita nu. 9. & 1.

Animalia non possunt per vim capi etiam pro deferenda pecunia fiscali ad Regiam Tabulam, vel Thesaurariam, nu. 2.

Angaria, & perangaria est prohibita circa capturas animalium per vim, ibid. & nu. 3. cum seq.

Animalia capientes à dominis debent soluere loerium etiam pro fisco, ibid. & n. 5.

Perangaria est quando subministrantur seruitia personalia absque expensis num. 3. & seq.

Angaria est grauamen personale sed cum expensis, ibid. & an præscribantur tempore, num 4.

Barones non possunt compellere vassallos ad præstandum sibi seruitia personalia, & angarias in perpetuum n. 4. limita nu. 8.

Angaria non quæritur tempore 30. vel 40 annorum etiam cum titulo, sed oportet vt currat tempus cuius non extet memoria in contrarium. ibid.

Animalia per vim auferentes debent satisfacere de mercede, & tantundem Curiæ restituere nu. 5.

Angariæ excessus punitur apud Deum, ibidem.

Animalia præsertim destinata ad centimulum, & molendina auferri non possunt, num. 6.

Animalia alijs primo locata non debent per vim auferri nu. 7.

Vassalli non tenentur seruire baronibus cum eorum animalibus, nisi in subsidium num. 8.

Animalia possunt capi per vim ducendi causa malefactores & captiuos pro seruitio Iustitiæ, [illegible] soluto loerium n. 9. 10.

Vendere tenetur inuitus quis pro seruitio Iustitiæ, ibid.

Animalia capta per vim pro seruitio Iustitiæ [illegible] seruiant amplius quatro, & quid si perijssent ob negligentiam ducentis ea, num. 10.

Animalia possunt per vim capi tempore belli, nu. 11.

Siniscalci officium est magister domus, sicut Architriclinus. nu. 12.

Baiulus si est negligens in administratione Iustitiæ ciuilis, potest Iustitiarius alijs committere ibid.

1 GRAVIS pœna est imposita circa capturam † animalium cum vi, in nobilibus nempè pœna carceris per bimestre, & in vilibus, fustigationis h. c. in summa, & supple quæ tetigi suprà in cap. 13. 19. 20. & 31. Regis Iacobi tom. 1. & per isthæc capitula, quæ subsecuntur ab eodem D. Nostro Rege Federico III. facta in generali colloquio Placiæ, quæ sunt vsq; ad cap. 86. præcipitur Iuratis vt seruentur, sic infra eod. in cap. 116. vbi scripsi in versic. quintum. & maximè quoad præsens capitulum. est concors infra eod. cap. 39. vbi est etiam repetita materia super hac captura animalium ad bardam, vel sellam, & concordant satis bene cum Constit. Regni omnes officiales, & ibi Afflict. tit. 87. de prohib. curialib. commerc. lib. 1. vbi in
2 effectu erat angaria, & perangaria tam pro deferenda pecunia fiscali ad Regium ærarium, quam etiam circa capturam istorum animalium, & sic ibi præcipitur, vt nullus officialis, si ipse equos habeat, compellat subditum, vt commodet equum vel iumentum suum, vel quodcumq; vehiculum pro seruitio Regiæ Curiæ, sed si volunt, debent dominis soluere loerium dicto-

dictorum iumentorum, prout in dictis
iuribus. grauamen est enim vt hic dispo-
nitur in textu prope principium, ibi,
propter quod grauamina, substinebant,
& etiam in d. constit. vbi Affl. num. 1. ait
quod hoc grauamen vocatur peranga-
3 ria † quia submmistrabant seruitia per-
sonalia sine expensis, & sine mercede, an-
garia vero erat grauamen personale,
sed cum expẽsis, Cyn. in l. neminem C. de
sacros. eccles. gloss. in l. munerum ff. de
munerib. & honorib. Andr. de Ysern. in
constit. prosequentes col. 2. cum similib.
per ipsum Afflict. adductis, qui infert ad
4 Barones † qui non possunt compellere
vassallos ad præstandum sibi ista seruitia
personalia inperpetuum & sic has anga-
rias, & prout subdam infra ampl. 3 ex
Bald in l fin. C. de bon. quæ liber. cum si-
milib. subdens ex Archid. in cap. seruici-
um 18, quæst. 2. quòd istæ angariæ non
quæruntur tempore, scilicet 30. vel 40.
annorum, etiã allegato titulo, sed opor-
tet quod currat tempus, cuius initij me-
moria non existat; & pœna erat, vt tol-
lens dicta animalia, satisfaciat de mer-
5 cede † & tantundem restituat curiæ Re-
giæ, quæ pœna leuis est nostris tempo-
ribus, vt subdit Affl nu. 4 maximè in Ba-
ronibus qui habent merum, & mixtum
imperium (vt latius demonstro infra in
cap. 10. Regis Martini tom 3.) quia exi-
gunt vassallis, tacentibus, iuxta scriptu-
ram, qui te angariauerit mille passus,
vade cum eo duo millia, & propterea,
subdit ipse quòd iste excessus punietur
apud D. O. M.

6 Amplia primo † maximè quando di-
cta animalia essent deputata ad centi-
mulum, & molendina sic Affl. in d. const.
sub nu. 3. vbi allegat quoddam capit. Re-
gni Neapolis, & Papæ Honorij.

7 Amplia secundo vt nec † minus possint
auferri dicta animalia ab his, qui primo
ea conduxerint, & sic si v. g. locata sint
animalia alicui, non debent per potentes
ab eisdem auferri.

Amplia tertio vt neque dominis liceat
8 ea auferre vassallis, ratione quia ipsi vas-
salli non tenentur seruire dominis cum
eorum animalibus ex his, quæ tetigi su-
perius, dummodo ipse Baro haberet alia
animalia, & sic in subsidium tenentur vt
sentit Affl. loco citato d. nu. 4. & vide post
alios Vinc. de Franchis decis. 215.

Limita nisi caperentur dicta animalia
9 † causa ducendi malefactorem, & sic pro
seruitio iustitiæ, & ad captiuorum cu-
stodiam, prout in cap. 12. Regis Iacobi
desumpto à capitulis Papæ Honorij, 2 de
quo meminit Affl. in constit. castellani n.
1. de offic. castellanorum, sic dixi in d. c.
19. eiusdem Regis Iacobi nu. 4. & in d.
cap. 12. nu. 1. post Marsil. Bossell. Marant.
Rip. & Parid. de Puteo, & modo addo eun-
dem Affl. loco citato nu. 3. & 6. vbi quòd
etiam potest emere ab eo [illegible] Io. Ant. Lan-
cius in annotationibus ad ipsum Affl. so-
luto maximè loherio secundum Gugl. de
Cunco, & Alber. de Rosat. ab eo citatos
& interesse talis animalia, si v. g. non ser-
uiret amplius aratro † vt vulgo dicitur,
quod non puto verum, vt in d. loco possit
arg. gloss. in l. diuus, & l. cum ratio §. plu-
res ff. de bon. dannat, & subdit idem Affl.
nu. 5. post Ysern. quod in casibus; in qui-
bus esset licitum talia animalia capere si
illa perijssent ob negligentiam ducentis
talia animalia, Curia Regia soluet preti-
um, licet ipsa habeat regressum contra
illum per l. eum qui, & l. fin. ff. commod.
iam ego posui in d. cap. 19. nu. 11. & 12.
11 Limito secundo nisi essemus † tempore
belli vide Nicol. Boer. decis. 303.

Ponuntur autem hic duæ species officio-
rum, primo nempe de Siniscalco, ita ibi,
per Siniscalcum Regni nostri, & secundo,
de officio Baiuli, & quasi in multis capi-
12 tulis sic habes. & quidem Siniscalchi † hoc
officium hodie non est in Regno, quia rea-
liter Siniscalchus nil aliud est, nisi magi-
ster domus id est Architiclinus, prout le-
gitur in Euangelio Ioan. cap. 2. qui bo-
num vinum seruauit vsque adhuc; de of-
ficio vero Baiuli habes in multis huius
Regni Capitulis, & præsertim in infra-
scriptis duobus subsequentibus, & cap.
39. & in multis constitutionibus Regni, &
est Iudex ita præsertim video in dictis lo-
cis, & in constit. Iustitiarij nomen tit. 44.
de offic. Iustitiariatus libr. 1. vbi si Baiuli
sunt negligentes in administratione Iu-
stitiæ ciuilis, potest Iustitiarius alijs com-
mittere, & videtur concordare cum ver-
bis præsentis capituli, ibi, sin autem di-
ctus Baiulus &c. Marius Muta.

De prohibita exactione carnagiorum. Cap. XXXVII.

STatuimus quòd nullus Comes, Baro, Feudatarius, Castellanus,
vel quicumq; alius ausus sit exigere, vel aliquid ab aliquo iure
car-

carnagij accipere pro animalibus per forestas, loca, & territoria eorum transeuntibus, etiam si per duos dies, & noctes duas in terris, forestis, locis, & territorijs eorundem morari, & ibidem pascua sumere aliqua causa contigerit. Si vero vltra dies, & noctes duas ibidem steterint, ius carnagij consueti, & debiti exsoluatur. Sin autem dicti Comes, Baro, Feudatarius, Castellanus, vel aliquis alius, huius nostræ constitutionis contemptor extiterit, ille, à quo ius carnagij auferetur contra formam prædictam, denuntiet baiulo proximioris loci nostri demanij, qui constito sibi de hoc per Sacramentum denuntiatoris ipsius, soluat eidem pro prouentibus baiulationis suæ pretium carnagij supradicti, vel carnagiorum; quo facto scribat idem baiulus per suas literas Iustitiario Regis quòd statim pœnam vnciarum auri duarum pro quolibet carnagio ab auferente præfato exigat, vtilitatibus Curiæ applicandarum. Qui Iustitiarij ad literas dicti baiuli, quibus fidem habere volumus, præmissa omnia exequantur. Si vero dictus Iustitiarius, vel baiulus in hoc negligens fuerit, soluat pœnam eandem. Et si fortè dictus Iustitiarius à præfato auferente pœnam ipsam non posset exigere, infra viginti dies denuntiare nostræ Excellentiæ teneatur: & si non denuntiauerit nostræ Curiæ, pœnæ nomine teneatur in dupplum, semper tamen dominis auferens ad pœnam obligetur eandem.

EST scriptum supra in cap. 23. cum quo satis concordat hic textus vsq; ad versic. sin autem dicti Comes &c. & hic est vnus de casibus, in quibus statur iuramento al cuius vltra illos, quos citaui in consuet. Pan. cap. 13 & in capit. rit 194. sub nu. 12. nempè quòd statur iuramento denuntiatoris circa ius ablationis carnagiorum.

Marius Muta.

Ne potentes viri macellarijs, & tabernarijs, & alijs vendentibus prohibeant vendere res suas, priusquàm res eorum. Cap. XXXVIII.

NE potentes viri negotiatione licita vti prohibeant impotentes, & diuersis oppressionibus, & iniurijs humiliores afficiant, sed vnicuique vendendi res suas, quando voluerint, facultas sit libera; & vt omnibus in obseruatione iustitiæ seruetur æqualitas, nostræ prouisionis oculos conuertentes, statuimus, vt nullus potens, vel nobilis occultè, vel publicè prohibeat, vel procuret macellarios, tabernarios, & alios aliarum rerum venditores, non prius vendere aliorum carnes, vinum, vel res alias, nisi prius carnes, vinum; & aliæ res ipsorum potentium venditæ fuerint, & di-

distractæ, quæ ad solutionem baiulorum, & iudicum terrarum, & locorum, vbi hoc perpetrari contigerit, volumus pertinere, quòd si aliquem præsentis nostræ ordinationis inuenerint contemptorem, de quo tam per Sacramentum vnius tantum macellariorum, & tabernariorum, & aliarum rerum venditorum, quàm quemcumquè alium modum eos scire volumus veritatem, statim ab eo vnam libram auri exigant pro parte nostræ Curiæ dicto Baiulo persoluendam.

S V M M A R I V M.

Vendere prius res suas nemo prohiberi potest quàm alienas, nu. 1. limita nu. 10. & quæ priuilegia habeant tabernarij, nu. 2. 3. 4.

Tabernarij, fundicarij, & similes possunt retinere tot res hospitati quot sufficerent pro solutione cænæ, vel prandij, & habet hypotecam tacitam, nu. 2.

Hypotecam anteriorem habens licet præferatur posteriori creditori, fallit in tabernarijs, fundicarijs &c. ratione hospitij, num. 3.

Retentionem habet in re omnis qui in ea fecit expensam, nu. 4.

Hospitia habere pro peregrinantibus interest Reipublicæ.

Hospitijs debet statim satisfieri, & quare, ibidem.

Hospitia tenentes vt plurimum excedunt metæ in exigendo, & pauci inueniuntur diuites, nu. 6.

Macella permittuntur esse in publicis macellis, nu. 7.

Tabernarij veniunt quandoquè appellatione mercatorum, & quomodo, nu. 8. & sunt viles, & infames, nu. 9.

Tabernam exercere, ars vilis est, n. 9.

Barones possunt prohibere vassallos prius vendere res ipsorum Baronum, & postea suas, nu. 10.

HABENT isti macellarij, tabernarij, aliarumque rerum
1 venditores † priuilegium, ne prohibeantur à potentibus vendere res suas prius quam res eorum, ne suppeditentur scilicet, & est confirmatum per cap. 116. infra eodem, vbi tango in versic. quintum &c. dum vult Rex ipse, quod curati aduertant diligenter quoad hæc capitula si seruentur in Regno, præsertim circa istud capitulum, si aliqui nempè potentes procurarent, & vellent quòd venditio carnium, vini, & aliarum rerum suarum præponeretur in Ciuitate prędicta, quasi dicatur quod hoc est inconueniens, & prohibitum, & hoc est vnum de priuilegijs, vel auxilijs concessis ipsis tabernarijs, vel stabularijs, & similibus, apportaui infra in cap. 59. Regis Alphon. tom. 4. & transit Boniorn. & Gregor.

Secundum auxilium, quo adiuuantur ex dispositione iuris est, quia dicti tabernarij, hospitantes, stabularij, & similes,
2 personę pro pretio vnius etiã prandij † vel cenæ possunt retinere tot res hospitatĩ quot sufficerent pro exsolutione dictorum prandij, siue cenæ, cum in eis habeant etiam tacita hypotecam tamquam in vecta, & illata. istud est, quod alias sentij, in Consuet. Panor. cap. 34 num. 3. quibus addo Rebuff. in tract. de literis obligatorijs art. 4. gloss. 2. nu. 31. Bald. in l. fin. C. comm o. arg. l. interdũ, & l. huius ff. qui pot. in pign. habeant. l. eo iure §. stabula, & ibi Bart. & Nicol. de Mata ff. in quib caus. pign. vel hypot. tacit. contrah. quos sequitur Modern. in tract. de processib. executiuis part. 1 cap. 2. nu. 209. 216. 217. 221. vbi refert eos posse propria authoritate detrahere vestes, farcinas, enses, pileos vel similia in causam pignoris, donec de pretio satisfiat.

Tertium auxilium est, quia licet com-
3 muniter † dici soleat quòd creditor anterior præferatur posteriori, attamen ratione detentionis rerum in ipsorum hospitijs, tabernis, & stabularijs inductis, inuectis, atq; illatis, gaudent priuilegio prælationis præ omnibus alijs creditoribus d. l. interdum, & seq. ff. qui pot. in pign. habeant. ex quo dicuntur habere quasi pi-

gnus in ipsa re, & per consequens merito
retinent l. Iulianus §. offerri ff. de action.
empti, l. hereditatis ff. de hæ. vel hæredit.
vendit. sentit Additio ad Bart. quæ ponit
aliquos casus in materia retentionis, in
l. si non sortem §. si centum in litera D. ff.
de cond. indeb. quos ego inter alios sparsi
in locis suis, in quibus cadunt materiæ; &
sic, vt sequar, dico quòd ratione expensa-
rum factarum per dictos tabernarios tam
circa hospites, quàm eorum animalia, pre
4 ferantur alijs anterioribus. prout † vide-
mus de omni expensa facta etiã per alias
personas, & etiam alijs quàm hospitatis
nam licita est per eos retentio, & preferũ-
tur, vt dicam infra c. 100. vers. illi vero, de
funere; & circa hoc tertium auxilium ea
potest esse particularis ratio, quià publi-
cè, inter est hospitia habere pro peregri-
5 nantibus † in quæ noctu, diuquè diuer-
tant l. 1 & l. nauta ff. naut. caupon & prop-
terea æquum est, suadetq; publica vtili-
tas ipsis sine mora satisfieri, ne scilicet
tædio affecti non receptæ solutionis alios
deinceps non aduenientes, suscipiant, ita
ipse Modern. German. in d. tract. de pro-
cessib. execut part. 1. d cap. 2. num. 218. &
seq ex Pirro in Consuet. Aurelian. in tit.
de execut. ex locato cap. 7. quamuis reue-
6 ra negari non possit † quin eorum rapa
citas sit nimis crudelis, & impia, cum ex
cedant metas in exigendo ex Bald. in l. 1.
nu. 2. C. locari, & Angel. in l. 1. §. caupo au-
tem nu. 4. ff. furti aduers. naut. caupon. sta-
bul. qui ait paucos hospitantes reperiri
diuites, quorum diuitiæ durent, quia in
mendacijs suis non iustificabuntur.

Intellige semper quatenus hic dicitur
7 de macellatoribus † vt in publicis ma-
cellis vendant, etiam in ciuitatibus exi-
stentibus, quæ possunt esse, vt dicam infra
in d. cap. 116 eod. vers. quintum, vbi sup-
pleas de qualitate carnis, & vini, & alia-
rum rerum comestibilium.

Noto ibi tabernarios, quòd licet ali-
quando videamus in iure contineri ta-
8 bernarios appellatione mercatorum † ex
dictis in consuet. Panor. cap. 29 nu. 15. &
16. illud intellige procedere posse æqui-
uocè; quia hoc nomen taberna sic se ha-
bet tam ad locum, quàm etiam ad nego-
tiationem l. cum tabernam ff. de pignor.
& ideo cum hic se habeat faciendo rela-
tionem ad vendentes vinum, non veniunt
appellatione dictorum mercatorum, non
ratione loci, sed negotiationis, v. g. quan-
do dicimus, talis habet bonã tabernam,
vel taberna illa est bona vt dicit Bart in
l. cum pater §. mensæ col. 1. ff de legat. 2. &
quæ ait Bald. cons. 197. vol. 2. tabernam
9 ergo † exercere ars vilis est cap. oportet
d. st. 44 Bosell. ad stat. Parmæ tit super ta-
bernarijs lib. 4. fol. 192. vbi subditur esse
personas humiles, & infames.

Limita hoc cap secus esse in Baronibus
10 † erga suos vassallos Petr. de Gregor hic,
& in tract. de conces. feudi quæst. 6. 7. part.
princip.

V. I. D. Muta.

De non capiendis animalibus ab illis, qui conducunt eadem. Cap. XXXIX.

PRæterea quia dicti potentes, & nobiles eorum audaciam, & potentiam in damnum, & iniuriam impotentium extendentes, & eorum negligentiam, seu procuratorum suorum aliorum sollicitudini præponentes, animalia prius conducta, vel locata per alios pro deferendis eorum vino, victualibus, & alijs rebus auctoritate propria capiebant, & cum ipsis animalibus eorum victualia, vinum, & res alias deferri primitus faciebant, quod graue gerentes, non modicum, & molestum, id omnino de cætero fieri prohibemus, statuentes quòd si aliquis deinceps facere præmissa tentauerit, ad solutionem auri vnciarum quatuor pœne nomine per Baiulum, & iudices compellatur pro parte Curiæ soluendarum. Et si dicti Baiulus, & Iudices in præmissis duobus casibus fuerint negligentes, ad tantundem pænę nomine Curię teneantur. Et si per poten-

potentiam aliquorum eos ad hoc compellere forte non potuerint, denuntient Iustitiario regionis, qui præmissa exequatur, & compleat: etsi hoc dicto Iustitiario minimè denuntiarè curauerint, ad pœnam teneantur eandem; sin autem dictus Iustitiarius negligens fuerit in præmissis, ad dupplicatam pœnam Curiæ teneatur.

QVia est continuatiuum ad præcedens, vbi tactum est de vino, & alijs rebus similibus, ideo de hac materia, quæ est eadem cum capit. 36. iam dixi ibidem.

De prohibita impositione assisarum. *Cap. XL.*

STatuimus quòd absq; speciali mandato nostro aliquæ assisæ in terris, & locis Siciliæ, quæ sunt nostri demanij, siue Ecclesiarum, Comitum, & Baronum, de cætero non imponantur, etsi impositæ fuerint, amoueantur omnino, & in irritum reuocentur; sed si aliquæ impositæ, & venditę sunt, de quibus facta sit solutio, liceat emptoribus assisarum ipsarum eas posse vsque ad tempus, ad quod venditę fuerint, retinere.

VIde quæ dico infra in capit. 116 sub versic. sextum, & versic. septimum, & quoad aliud particulare circa assisias imponendas in terris Ecclesiæ, vide quæ scribo infra in cap. 15. sub versic. ligare, Regis Martini tom. 3.

De modo exactionis pecuniæ collectæ. *Cap. XLI.*

ITem volumus quòd pro solutione pecunię subuentionis, seu collectę, nullus de persona capiatur, nec ex inde raubæ lecti auferantur, nec domus discooperiatur, nec portæ remoueantur, nec claudantur, nec etiam sigillentur.

HAbes supradictum in cap. 21. in 3. declaratione; & concordat etiam infra cap. 58 vbi quoad sublationem mataratiorum, & suppellectilum, & aliarum raubarum cubilium, & lectorum, neque alia supellectilia ex hospitijs possunt auferri inuitis dominis, non obstante quod ea capere volentes, sint officiales, curiales, stipendiarij, & sequentes Curiam, nec eorum de familia, nec magistri Iurati, Baiuli, & prout ibi, in fon ma; nec publicæ, nec priuatæ personæ hoc licet. Muta. V. I. D.

De mensura perceptionis terragiorum. *Cap. XLII.*

STatuimus quòd Barones, & domini terrarum recipiant, & recipere debeant eorum terragia, non ad grossum tuminum Baronis,

vel domini, sed ad generalem, & iustam mensuram; & ne ex diuersitate mensurarum, quibus in diuersis Siciliæ partibus diuersimodè vtebantur, de mensura ipsa generali, & iusta, aliqua dubitatio oriatur, ordinamus, & volumus, quòd in Sicilia duo tantum tūmini habeantur, videlicet vnus citra flumen salsum, & alius vltra flumen salsum; sed citra flumen salsum tumminus Syracusensis, & vltra flumen tumminus Panhormitanus, sicut iam fuerat ordinatum: si verò aliquis contrafecerit, tamquam redarguens de falsis mensuris, pœnam duodecim vnciarum incurrat.

EX quo hoc capit. est consecutiuum cum subsequenti, in quibus tractatur materia terragij, ibidem pono limit. 3.

Quòd exigant Barones terragia, prout Curia consueuerat exigere, dum terras Demanij tenebat. Cap. XLIII.

QVia nonnullæ personæ habentes, & tenentes à Curia terras, & loca nostri Demanij, non contētæ recipere, & habere de terris, & locis ipsis, ea tantum terragia, & iura, quæ Curia, dum terras tenebat easdem ex eisdem terris recipere consueuit, vlteriora, & maiora terragia, & iura ex eisdem terris recipiunt, exigunt, & requirunt; Statuimus vt nullus ex eisdem personis huius terras, & loca tenentibus, aliqua vlteriora, seu maiora terragia, & iura, quàm quæ in eis, & de eis Curia, dum terras, & loca tenebat, eadem recipere cōsueuit, exigere, & percipere liceat quoquomodo, etsi aliquis contrafecerit in præmissis, cadat a iure, quod habet in terris eisdem.

SVMMARIVM.

Concessio facta per Regem de annuis redditibus percipiendis super fructibus Regiæ Secretiæ, & gabellarum Regiarum valet in dationem in feudum, nu. 1. amplia nu. 2. 3. limita nu. 4. 7. 8. 10.

Feudi concessio potest fieri super rebus immobilibus, vel quæ immobilium appellatione continentur, ibid.

Concessio potest fieri per Regem nedum in annuis redditibus pecuniarum, sed etiam fructuum, v. g. vini, frumenti, & c. n. 2.

Terragiorum iura possunt concedi in feudum per Regem, nu. 3.

Concessio redituum facta per Regem ita vt soluantur per manus Regiorum officialium, v. g. Gabelloti, Secreti, & c. non dicitur feudalis, sed mera gratia, quæ reuocari potest, nu. 4. 7.

Vsufructuarius percipiens vsufructum ex fundo manu propria, habere dicitur propriè vsumfructum secus si caperet à manu hæredis nu. 5.

Argumentum de vsufructuario ad feudatarium valet, nu. 6.

Vsufructus extinguitur, & caducatur ob mortem vsufructuarij, ibid.

Concessio redituum, quæ non apparet expressè in feudum, expirat per mortem concessionarij, nu. 7.

Terragia maiora non possunt percipi per Barones

rones, & fru tatarios quàm percipiuntur per Curiam, nu. 8.

Concessio si sit facta alicui per Regẽ, potest ille concessionarius alteri concedere, n. 9.

Possessionis titulũ tenetur ostẽdere concessionarij, quibus feudalia concessa sunt ibid.

Feudales terra parum vtiles possunt concedi ad vsum plantandi, ibid.

Terragia debent percipi ad iustam mensuram, & tumminum communem, nu. 10.

Tumminus diuersus in Regno, ibid.

Terragia vt percipiantur debet terra biennio vacare, nu. 11. 12.

Cultura non debet continuò ferreo spica, & vomere arari, & quare, nec in eam debẽt immitti capra, & de eius laude ibid.

Simmenta multum sunt necessaria ob publicam vtilitatem, nu. 12.

Agricola, & coloni sunt pramijs gratijs, & immunitatibus alliciendi, & sunt exempti à furta, bella, & similibus ibid. nec milites possunt esse num. 13.

Massarijs solent Proreges dilationes concedere, ibid.

Burgensibus ob frumentariam negotiationem actus viceregij concessi sunt, ibid.

Milites non debent deputari ad culturam, num. 13.

Frumentum exiens de tenuta alterius, in qua seminauit, quomodo teneatur, n. 14.



OSITA sunt aliqua in materia terragij supra in c. 62. Regis Iacobi Tom. 1. vbi adduxi plura concordantia, reliquum est in hoc capitulo subdere, & alia; & de hoc capitulo Regni ferio mẽtionem facit V.I.D. Petrus de Gregorio in tract. de concessio. feudi part. 2. quæst. 6. sub nu. 8. & quasi per totam illam quæstionem, ex qua colligit
1 conclusionem quòd concessio † facta per Regem de annuis redditibus alicui super fructibus percipiendis ex aliqua re v. g. super Regia Secretia, & iuribus Regiarum gabellarum, valet in dationem in feudum, & fuit ampliatio, quam posui supra in cap. 28. restrict. 2. illatione 4. vbi quòd feudi concessio potest fieri super rebus immobilibus, vel quæ immobilium appellatione continentur, vt sunt reditus, (& suo loco dixi) addo Vinc. de Franchis decis. 362. Michael part. 2. non autem super rebus mobilibus, v. g. in fructibus à solo separatis cap. 1. de feudi cognit. cap. 1. in fine ex quib. caus. feud. amitt. Oldrad. cons. 42 2. vol. 1. Franc. Curt. de feudis par. 1. quæst. 6. col. 3. de Gregorio vbi supra n. 9. & ita refert esse concessa diuersa iura censualia Regij Demanij aliquibus personis in Ciuitate Messanæ, quæ sunt de membris Regiæ Secretiæ (quod potest etiam applicari ad illos reditus, quos modernis annis sua Catholica Maiestas assignauit pro maritagio Excellentissimæ & Illustrissimæ Dominæ Donnæ Ioannæ ab Austria, & Branciforcibus vxori Marchionis Licodiæ,) quia hæc intelliguntur per Regem concessa in feudum, stante quòd manibus proprijs concessionariorum dicti reditus percipiantur, secus verò si per manus Secretorum, & Gabellatorum assignarentur, vt subdam in limit. 1.

2 Amplio dictam conclusionem † vt procedat non solum in concessione annuorum redituum pecuniarum, verum etiam in annuis redit bus fructuum ex aliquo prædio, siue fundo colligendorum, tam si dicta annua præstatio esset quoad eũdem fructum, quàm etiam circa diuersum, v. g. vno anno frumentum, & alio vinum, & simil. ita extendit ipse de Gregorio nu. 8. ex Bald. in dictis prælud. feudor. col. 6. versic. sed hic quæro per text. in l. nec interest ff. quand. dies legat. cedit cum similibus, argum. eorum, quæ dicam in Bulla, & Regia pragmat. infra tom. 5. post cap. 355. Regis Alph. ampl. 18. ex Rip. resp. 4. cum similibus per me dictis in versic. quæ nedum.

3 Amplio 2. vt hic procedere † adhuc in iuribus terragiorum concessis per Regem, quia dicitur etiam concessio in feudum ex adductis ab eodem Gregorio sub d. nu. 8. vbi ita ait esse aliquas concessiones in Ciuitate Leocatæ.

4 Limito primo dictam conclusionem † veram esse quando ita expreßè appareret quòd Rex voluit dictos reditus, & similia in feudum concedere, secus igitur esset si aliter ex forma dictæ concessionis colligeretur, vt sentit idem de Gregorio loco citato sub nu. 1. & seq. & nu. 9. quod esset quando assignarentur dicti reditus & soluerentur per manus Regiorũ officialium, Gabelloti, vel Secreti, nam tunc non erit concessio in feudum, sed mera gratia, quæ facilius posset reuocari quàm ipsa concessio dationis in feudum ex Bal. in prælud. feudor. colum. 5. versic. sed hic quæro, & colum. seq. num. 10. Iason in prælud. col. 42. Franc. Curt. in d. tract. de feudis par. 1. q. 6. princ. col. 3. nec diceretur eo casu numerari inter immobilia, vt ex supradictis Doctoribus, & hoc argumento

5 gumento vsufructuarij † qui si percipit fructus ex fundo manu propria ipsius met vsufructuarij dicitur, tunc isto casu constitutus vsufructus, si verò caperet, vel assignarentur per manus hæredis, & tunc secus esset, vt per ipsum de Gregorio per text. Bart. & DD. in l. fundi trebatiani ff. de vsufr. legat. & in l. si quis ita ff. de vsufr.
6 quia valet, dicit ipse, argumentum † de vsufructuario ad feudatarium capit. 1 ex quib. caus. feud. amitt. ex his, quæ etiam posui in d. cap. 28. de restr. 4. Isern. in cap. 1. §. donare num. 6 qualit. olim feud. pot. pot. alien. Pern. cons. 14. ita vt eo mortuo extinguatur l. vxor C. delegat. Curt. Senior cons. 15. & sic resoluitur per mortẽ, & efficitur caducum Iacob. de S. Georgio de feudis, verbo, & cum pacto colum. vlt. Petr. de Greg. part. 2. quæst. 10. num. 59. Menocch cons. 202. nu. 54 vol 3. Riminal. Iun. cons. 513. nu. 5. vol. 5. & hoc est quod
7 subdit ipse † de Gregorio d. nu 9. quod ex quo in isto casu concessio non dicitur in dationem in feudum, sed esset mera gratia, sequitur quod durabit vita durante concessionatij, nec erit perpetua, neque transibit in singularem successorem cum vniuersitate illius rei, super qua fuit facta assignatio annuæ præstationis prædictæ, & p Bal. cons. 308. vol. 2. vbi sic consuluit in quadam assignatione facta per Regem Cipri cuidam Thomæ per text. in l. fin. C. de diuers. præd. vrban & rust. lib. 11.

Limito secundo vt feudatarius, cui fa-
8 cta fuit concessio † ex casibus supradictis maiores reditus seu maiora iura fructuum, nec terragiorum percipiendorum, non recipiat, nec exigat, quàm Regia ipsa Curia, ex his, quæ in d. cap 62. Regis Iacobi posui propè principiũ Tom 1. Grammat. vot. 12. nu. 8. 9. & 10. quem sequitur hic Boniornus.

Sublimita hanc secundã limitationem procedere, & intelligi quòd dum hic dicitur, non posse maiora, terragia percipere, &c. ergo præsupponit quòd iste pri-
9 mus concessionatius † alteri fecerit concessionem de dictis terris, quod potest, etiam si essent concessæ partes terrarum de ipso feudo, nec mireris quòd sit dismembratio contra d cap. volentes, vt ibi dixi, & in d cap. 62. Regis Iacobi, versic. moderando, quinimmo possint cogi isti secundi concessionatij ostendere titulum possessionis, & renouare confinia, eo modo, quo scripsi supra in cap. 35. eiusdem Regis Iacobi sub versic. feudum vero d. tom. 1. sicut dixi infra in capit. 31. Regis Inclici Ioannis post principium Tom. 6. quòd potest feudatarius concedere vassallis futuris prata, herbagia, pascua, nemora, montes, planities, aquarum decursus, venationes, molendina, & alia, vt ibidem, quia esto quòd sint de parte feudi, valet ista cõcessio quoad vsum eorum, & scripsi in d. capit. 62. Regis Iacobi loco citato, & in d. cap. volentes restrict. 2 illatione 9. vbi ex Cumia posui quòd terræ parum vtiles, & sic excadentiæ esto quòd sint feudales possunt concedi ad effectum plantandi, vel ad vsum massariæ, & similium cum perceptione decimæ, itaut si mox ipsę steriles res fuerint ad culturam cum maximo labore, & expensis redactæ, tunc dominus non poterit prętendere læsionem, nec deceptionem, neque augeri census, nec pensio, quod facit contra Barones Regni, sic post Bart. in l 2. C. de omn. agr deser. libr. 11. Gugl. de Bened. in d. petre. c. Raynutius, verbo, & vxorem nu. 983. de testam. Chassan. in Cathal. glor. Mundi part. 11. consid. 37. vers. habet hoc.

Limito tertio vt in receptione prædic-
10 torum terragiorum debeant † recipere non ad grossum tumminum ipsorum dominorum, & Baronum sed ad generalem, & iustam mensuram, videlicet si simus citra flumen salsum, obseruetur tumminus Syracusanus, si verò vltra flumen, obseruetur tumminus Panormitanus, aliàs incurratur pœna falsarum mensurarum ad vncias 12. vt habetur supra in cap præcedenti, facit in puncto d. cap. 62. Regis Iacobi vbi scripsi in versic. concludimus ergo d. tom. 1.

Limito quarto vt circa materiam ter-
11 ragij † terra non debeat ad impestiuam culturam reduci, sed biennio vacare continuò a ferreo spico alias tellibilis ager erit, qui biennio continuo seritur per ea, quæ ait Io. Bapt à Costa cons. 5. num 153. & seq. libr. 1. & proptereà aduertit ipse circa culturam nonnulla, prout de non immittendo capras, ea ratione, de qua dixi in Pragm. vnica §. 20. tit. 55. de prohib. macellar &c tom. 1. pragmaticarum,
12 quæ sunt notanda pro seminerijs † quæ fiunt in Regno, de quibus, vt subdit ipse à Costa num. 158. 159. & seq ex Plin. lib. 5. epist. 37. semper apud maiores habitã fuisse potissimum culturam agrorum. & colonorum, rerumq; ruricalium, cum sit maxime cultura laudanda vt ait Cic. offic. lib. 1. qua nil melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius, & ex lib. de Senect. loquens de voluptatibus agriculturæ, quibus incredibiliter delectabatur, ait nulla impediri senectute, ni-

hilq;

hoq; ad sapientis vitam proximè accedere, habent enim rationem cum terra, quæ nunquam recusat imperium, nec vnquam sine vsura reddit, quod accipit, & multa alia, de quibus ibid. & per Terent. in Eunuch. Blond. de Roma triumphante lib. 8. Philos. 7. Polit. & in Economicis, Luc. de Penna in rubr. C. de agric. & cens. lib. 11. & de eius laude Beroald. in enarrat. Georgici carminis quem refert Chassan. in Cathal. Glor. Mundi d. part. 11. consider. 37. & vltra Poetam, sic Horat.

Beatus ille, qui procul negotijs
Vt prisca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fænore.

nec sæuius quàm pauses esse debent grauori oneribus, nec vexationibus, quia interest Reipublicæ quàm plures extare colonos, & agricolas l. 2. ff. de nundin. sed dens ipse à ... nu. 159 quòd præmijs sunt alliciendi, & inuitandi ad agrorum culturam suscipiendam, & in Regno solent Illustrissimi Proreges ... deterio ... cursus pro dicto seminerio burgensibus, itaq; obseruasse Numæum Romanorum Regem, sic in hoc Regno Reges seruare, & maximè ex isto actu burgensium ab aliquibus retro annis hucusque obseruato, nam concedunt eis similes gratias, & dilationes, & exemptiones ... à tributis extraordinarijs facit cap. 17. sup. eod. vbi sunt exempti a furca, cum nec tempore belli turbari debent nec diuerti l. 1. ff. de tign. iniunct. l. 1. & ibi DD. C. de agric. & cens. Gugl. de Bened. in d. cap. raynutius verb. & vxorem num. 93. Diodor. Siculus lib. 3. ... & alijs publicis oneribus, in quibus molestari non debent l. colonos C. de agric. & cens. lib. 11. Luc. de Penn. in l. 1. C. eod. Plutarc. ad Traia. Impe. qui ait nimium esse fouendos Chassa. loco citato vers. propterea, cũ, & ipsis ob dictã agriculturam maiora specialia, ac priuilegia sint concessa l. fin. C. de seruit. l. fin. §. itẽ Sabinus ff. de aqu. plu. arc. boues, & aratra, & similia expignorari nõ possunt vt suo loco posui, & multa alia, quæ refert Chassa. d. consid. 27. col. antepen. & penul. Intelligendo de veris massarijs vt per actum Excellentiæ suæ apparet, hoc declaratum in M. R. C. die 3. Augusti 9. Ind. 1560. quia si fabris, & alijs artificibus indigemus, eorumque opera, multo magis necesse nobis est industria eorum, qui agros colendos, fodiẽdosque suscipiunt, vt subdit ipse nu. 184. & nu. 185. ... rationem considerare debemus in his, quàm in primis, quia illorum quæstus prouenire potest ex industria, & maximè circa eos, qui colunt agros, in quibus quantum ad fructuum perceptionem in hominum quidem potestate est agrum colere, occare, pastinare, aratro proscindere, stercorare, irrigare, & reliqua industrialia similia facere, statutis, & ordinatis temporibus, ast perceptio, siue fructuum ... vel recollectio fructuum, quanta futura sit, desursum pendet, vt Apostolus dicebat, vbi non qui plantat, est aliquid, vel qui irrigat, sed qui incrementum dat Deus, Ossa. decis. 85. nu. 8. Franc. Patritius de Instit. Reipublicæ lib. 3. D. Ant. Flor. p. 3. ... tit. 8. cap. 4. §. 12. & ... Columell. in oper. Agricolat. cap. 3. lib. 1. Subaudiendo

13 vt tetigi † in illis personis, quæ realiter possent destinari ad culturas; vnde secus in militibus, qui non sunt deputati tali exercitio l. milites C. de re milit. lib. 12. & ibi Bart. Diodor. Sicul. Gugl. de Bened. & alij vt supra per Chassan. citati, sicut nec custodiæ animalium nec mercimoniorum quæstui.

Quæstio esset quid si quis seminat in
14 tenuta mea † & ab ea mox exiuit, & modo non reperitur possidere, tangit remissiue Io. Franc. Prouinzalis in Adnot. ad l. si me, & titium ff. si cert. pet. ex Bal. cons. 66. lib. 2. & cons. 318. lib. 1. idem Prouinzal. in l. in prædijs ff. in quib. caus. pign. vel hypot. vbi concludit in tertio possessore, qui exiuit frumenta de tenuta, vt non teneatur, nec cogi possit de æquitate & allegat etiam Ian. & Tiraq. locis per eum citatis, cui addo, quæ scripsi in capit. 18. eiusdem Regis Iacobi versic. do, vsque ad nu. 13. d. tom. 1.

M. Muta.

De prohibita alienatione feudorum. Cap. XLIIII.

STatuimus quòd alienationes certæ partis feudorum, vel certæ possessiones ipsorum feudorum factæ, tam contra tenorem Constitutionum Imperatoris Federici, proaui nostri diuæ memoriæ,

moriæ, quàm etiam contra tenorem constitutionum nostrarum debeant in irritum reuocari, quas etiam de cætero fieri prohibemus, & faciendas decernimus irritas, & inanes,

Vide supra in cap. 18. restrict. 1. sub versic. nec obstat nu. 263. 264. & nu. 265.

De offitio Iuratorum. Cap. XLV.

ORdinamus, & volumus quòd in qualibet Ciuitate terra, vel loco, statuantur per Curiam tres probi viri legales, qui teneantur Sacramento astricti denunciare quibuslibet tribus mensibus nostræ Excellentiæ omnia grauamina, & extorsiones illicitas factas quibuslibet de Ciuitate, Terra, vel loco per Iustitiarium, Iudicem, & Notarium, aut quoscumque de Curia, & familia eorundem; nec non denuntiare singulis duobus mensibus omnia homicidia, & percussiones cum ensibus, & alijs armis prohibitis factas vsque ad sanguinis effusionem. Et si forte statim hoc non fecerint, duodecim vnciarum pænam incurrant nostræ Curiæ applicandam; quæ omnia ad expensas Curiæ de ipsius pecunia, quæ erit per manus Baiulorum, denunciari volumus, & compleri, quibus Baiulis de assignanda ipsa pecunia nostris litteris iniungetur.

Est materia infra capit. 116. in versic. decimumtertium, in quo late tracto de Iuratis.

De non faciendis exenijs Iustitiarijs, Iudicibus, & Notarijs Cap. XLVI.

PRouidemus etiam quòd nulla vniuersitas faciat exenium Iustitiario, Iudicibus, vel Notarijs, sicut hactenus faciebat.

HAbes dictum supra in cap. 7. versic. dumtaxat, & istud capit. est continuatiuum præcedentis, in quo actum fuit de Iustitiarijs, Iudicibus, & Magistris Notarijs.

De grauaminibus Baiulorum. Cap. XLVII.

PRohibemus Baiulos terrarum, & locorum, cæterosque offitiales nostros cogere quemquam ad deducendum captiuum de vno loco ad alium, nec ad deferendum literas ad aliquem extra locum, sed eum conducere debeant spontaneum, & volentem.

SVM-

S V M M A R I V M.

Baiuli offitium quid sit, quam iurisdictionem habeat, & de quibus causis cognoscat, nu. 1. & seq.

Baiuli offitium est ad similitudinem defensoris Ciuitatis, nu. 2.



DIXI supra in cap. 19. & habui in facto Mazariæ contra Capitaneum, qui maletractauit vassallum Regium pro apportando literas coactè, & secuta fuerunt multa inconuenientia, de quibus fuit prosecutus in Syndicatu Ann. 1612. Solummo-
1 do hic tangam quid † sit offitium Baiuli, & dicas quòd est officium iudicis ciuilis vide Afflict. in constit. Regni Magistri Camerarij, præsertim num. 4. tit. 60. de præst. Sacram. lib. 1. vbi ait habere iurisdictionem ciuilem, & mixtum imperium, posse decernere bonorum possessionem, dare tutores, & curatores, concedere cautionem ex causa damni, & minoribus dare restitutionem in integrum, ac cognoscere de paruis criminibus, vt puta furtis minimis vsq; ad duos aureos, idem Affl. in constit. Baiuli locorum nu. 11. 12. & seq. rit. 63. de offic. baiulorum, in magnis enim criminibus non potest officium exercere, per ea quæ dixi infra in cap. 6. Regis Petri hoc eodem tomo, nisi capere, & ponere carceratos ad nomen iudicis criminalis, idem in const. Baiulos nu. 1. 2. 3. & seq. tit. 64. de fure capto, & remictere ad Præsi-
2 dem, sicut facit † etiam defensor ciuitatis vt ibi per eum, & idem dicitur de similibus criminibus vt subdit idem Affl. in d. constit. magistri Camerarij, & in eadem constit. Baiuli locorum n. 2. 3. 4. vbi etiam quòd possunt cognoscere de nullitate sententiæ nu. 5 & 6. de causa status, & suspecti tutoris non cognoscit, nisi tantum, vt remoueatur, non vt puniatur criminaliter, quòd non potest, ex his quæ ad hanc materiam posui in capit. Rit. 141. in 2. notab. tom. 4.

Marius Muta.

Quòd Baiuli non eximant aliquem ob pecuniam à custodia nocturna, etiam de magistro Surta seruanda. Cap. XLVIII.

QVia olim Baiuli baiulationis abutentes offitio, quasi à quolibet, vt eum à custodia nocturna eximerent, certam exigebant pecuniæ quantitatem, non tam in exemptorum grauamina, quàm in omnium habitantium damnum, atque dispendium, cum per hoc terra minus benè custodiatur, & locus quandoq; ad ipsam custodiam personis vilibus deputatur, præsenti ordinatione nostra hoc duximus prohibendum. Vt si aliquis Baiulus contra præmissa tentauerit, baiulationis amotus offitio, pœna, quam ei infligi mandabimus, condemnetur: Surteriosque per vniuersitates locorum deinceps volumus ordinari, quibus iniungimus, vt eos tantum ad nocturnam custodiam scribant, & deputent, quos videbunt ad hoc aptos, & vtiles, qui in terris continuo dormiant, & morentur, non autem Agricolas, & pastores, & alios deforis commorantes. Qui etiam si præmissa tentauerint, arbitrio nostræ Curiæ puniantur. Ad nocturnam verò custodiam tot in numero homines volumus deputari quot considerata qualitate terræ, vel loci, & perso-

narum quantitate habitantium in eisdem per totam hebdomadam, singulis noctibus, terra, vel locus possit compleri, ac salubriter custodiri. Itaquòd per vicissitudinem de octo, in octo diebus, quibus de ijs, qui ad hoc ordinati fuerint, ad dictam custodiam teneantur. Si vero aliquis in sua vicissitudine in custodia defecerit, pœnam cõsuetam, & debitam soluere pro parte Curiæ baiulo teneatur.

HAbes supra in cap.17.vbi dum fuit dictum de pœna Surteriorum non venientium ad excubias nocturnas, & prout in hoc capitulo, hic de pœna personarum electarum ad ipsam custodiam, quæ fuerunt contumaces, etiam in non veniendo, & defecerunt in eorum custodia, vt ibi iam dixi. V.I.D. Muta.

Quòd Castellani non intromictant se de negotijs vniuersitatum. Cap. XLIX.

CAstellanos autem, qui ad custodiam Castrorum principaliter debent vigilanter attendere, de negotijs vniuersitatum se intromictere nolumus extra castri mænia, nec aliquatenus immiscere. Contra præmissa tentantes à Castellaniæ offitio protinus iniungimus amoueri.

S V M M A R I V M.

Offitialis nullus debet se intromictere extra suum offitium, num.1.4.nec aliter valet consuetudo in contrarium, nu. 5.6. inferas, nu.7.8.9.13.

Relatiuum, qui, est relatiuum substantia, & vna oratio reputatur, ac limitat, & stringit dispositionem, nu.2.

Castellani non possunt substituere, & aliter tenentur iam de culpis, & defectibus substitutorum, nu.3.

Iurisdictio alterius, & diuisa, occupari, nec impediri potest aliàs daretur cõfusio, nu. 6.sed vnusquisque in parte sua exercere debet, nu.10.

Confusio ex quibus casibus fiat, ibid.

Visitator generalis non debet se impedire circa ea, ad quæ se ingerit specialis visitator num. 7.

Legatus de latere non potest se impedire in offitio collectoris Cameræ Apostolicæ n.8.

Tutores si habent diuisam administrationem vnus non potest se intromictere circa alterius administrationem, nu.9.

Immiscens se rei non pertinenti sibi, dicitur culposus, nu.12.

Castellani nec cum seruientes non se immiscant alienis negotijs, ibid.

Iurisdictio si est præuenta, vel occupata per vnum iudicem non potest alter se in ea intromictere, nu.13.

Castellani non possunt imponere mulctam, nec sunt spectabiles, leues tantum pœnas dare possunt, nu.14.

Litera de Iustitia non nisi per M.R.C. solent expediri nu.15.

Castellani quod salarium habeant de numero seruientum, & prouisorum, & de eorum authoritate, nu.16.

Castellanis soluuntur salaria per Thesaurarium, & Secretum, ibid.

Thesaurarius est maior Secreto, ibid.

Castra omnia, & fortilia debent custodiri sumptibus dominorum tempore pacis, & belli, non subditorum, & ad quos fructus pertinent, & quomodo num.17.vel nisi adesset pactum, vel consuetudo, n.18.

Castrum si est infeudatum cum mero, & mixto imperio debet per feudatarium custodiri, & in casu necessitatis potest infeudans in eo ponere custodes, & auferre, & fortificare, nu.19.aliàs non n.21.

Campanile potest in casu necessitatis per Principem, & laicos auferri, & ponere custodes tempore belli, nu.20.

Ca-

Castrum concessum alicui non potest regulariter per concedentem tolli in praeiudicium concessionarij, nu.21.

Castellani tenentur recipere carceratos ad se transmissos per offitiales, nu.22.

Castellani non debent permictere seruientes castrorum exire absque licentia, nu.23.

Castra si egerent reparationibus, & expensis an, & quando debeant fieri per castellanos, nu.24. & seq.

Dolum commictere dicitur qui non facit id, ad quod de iure tenetur ratione offitij, num. 25.



RATIO est clarissima, & non solum vna, sed plures, quare nullus offitialis †
1 debeat se intromictere extra suum offitium, quia adesset confusio, & promiscuis actibus rerum turbarentur offitia, & grauamina, supple supra cap. 40. & 41. Regis Iacobi tom.1.& infra cap.39. & 40. Regis Martini tom.3.& simpliciter in consuet. Panhormi cap.68.nu.3. feci mentionem huius capituli, & modo opere pretium erit supplere reliqua ¶ Et noto in principio illud relatiuum, qui, hic positum, quod non ab re est, ad demonstrandum quòd relatio facta est ad eos, cum istud relatiuum, qui
2 † sit relatiuum substantiae vt dicit Dec. cons.183.col.pen.propè principium, Bar. in l.si titius §.cum ita ff.de legat.1. Bald. cons.51.lib.4.& vna oratio reputetur, & per consequens dispositio ipsa limitetur, & restringatur secundum Paul.de Castro cons.129.& in nouis 338. lib.1. per textum in l. nomen debitoris §. vni ex haeredibus ff. de legatis iij. & in l. si quis seruum §. si quis ita legauerit, & in l. Lucius §.ciuibus ff. de legat.2.Raph.Cuman. in l.quidam in testamento ff. de legat. 1. l.a filia §.testator ff de alim.legat. l. 1.ff. si fam.furt.feciss.dicat faciensque, nedum veram relationem, sed quandoque etiam simplicem, vt dicit idem Bartol. in l. Iulianus ff. de excusat. tutor. cum concordantib.per eum positis in l.reconiuncti n. 9.ff.de legat.3. & iuxta ea, quae posui vltra haec in consuet.Pan.cap.26. nu. 170.& consuet.41.nu.38. ¶ Noto etiam secundo quòd dicendo hic in textu, castellanos, qui ad custodiam castrorum principaliter debent vigilanter attendere, dat clarè intelligere, castellanos non posse substi-
3 tuere † quia per se debent vigilare, & attendere ad castrorum custodiam, immo casu quo substituerent, de culpis, & defectibus vicecastellanorum tenerentur per ea, quae posui infra in capit. 29.Regis Alphonsi versic.posset nasci, tom.4.& in terminis sic declarat Iason.cons.27.custodes carceris in fine libr. 3. Prouinzal.in adnot.in l.vel per literas ff.si mens.fals.mod. dix. Paris de Put. in tract. de Syndic. in verbo substitutus versic.substituens, Carol.Ruyn.cons.161.vol.4.& trahit ad multa concordantia, de quibus dixi etiam in d.cap.29.Regis Alph.loco citato.

Concordat hoc cap. vt dixi cum dictis capit. 40.& 41.Regis Iacobi, stante quia tam ibi, quàm hic fit mentio de hoc verbo, intromictant, concordat etiam cum cap. 38. eiusdem Regis Alph. de quo hic dico, & propterea ibi non scripsi, & cum cap.39.& d.cap.40.quod est 8. & 9. Constitutio Regis Martini infra tom.3.vbi ad literam quasi est simile cum praesenti, & infra cũ alio c.Regni Regis eiusdẽ Martini §.item quod nullus Castellanus vbi remissiuè versic & circa, & confirmato in specie per capit.67 §. 10. eiusdem Regis Martini, vbi tango in ordinationibus per eum relictis Reginae Blanchae Vicariae, & vide quae subdam inferius hic in vers.proximo subsequenti, & in d.cap. 40. praecipitur quo ad omnes offitiales, vt terminis suis sint contenti, ad ea se tantum intromictendo † quae spectant ad eorum offitium, & iterum in alio cap.58.59 60.61. eiusdem Regis Martini, vbi quòd nullus occupet offitium alterius, nec manus suas in illud extendat, Bart.in l.viros C.de diuers.offit.lib.12. vbi quòd nullus offitialis debeat se immiscere de iurisdictione alterius iuxta text.in l. 1. de appar. praef.
vt nec possit ex † consuetudine aliter fieri, quia talis consuetudo esset contra constitutionem, Iustitiarij, vbi Affl in 3. notab.& declaro inferius num. 11. quicquid esset de iure, vt ait Io.Ant.Batius ad eundem Affl in prooem.constit.fol.25. col. 3. & in d.constit.Iustitiarij de caetero nu. 3. & 4.rubr.53. vt Iustitiarij &c. libr.1. vbi quòd nullus debet impedire Iurisdictionis alterius exercitium l.eadem §.1.cum l.seq. ff.ad l. iul. repet. l. 2. C. de apparit. praef.lib.12.l.in prouincijs C. de numera. eod. libr. 12.qui enim se immiscet alieno offitio, videtur causa lucri illud illicitè facere ex Ioann.de Plat.in d.l.2.C. de apparit.praefect.aliter offitia dicerentur confundi, dum vnus offitialis facit id, quod quod pertinet ad offitium alterius capit. peruenit 11.quaest.1. vbi si sua vnicuique

6 iurisdictio non seruatur † quid aliud agitur nisi confusio. & fubdam inferius n.10, ex quo inordinatum inducit cõfusionem, sic confunduntur seruitutes prædiorum, si idẽ dominus mox vtriusquè prędij esse cœperit, sic confunditur actio, si creditor successit debitori, sic peccator dicitur confusus si non pæniteat peccati, vt de his Affl.in constit.Regni, officiorum num. 1. tit.58 de offic.Magistri Camerarij lib. 1. & in terminis quòd nullus se debeat ingerere negotio ad se non pertinente, post Bart. Dyn. Ioann. Andr Cagnol. & alios Surd.cons.574.num. 17. vol.4.& cons.56. nu.3.& 4 lib.1. & num. 6. Hinc dico infra in cap.210.Regis Caroli in 5.notab.tom.
7 2. quòd Visitator † generalis non debet se impedire, nec visitare ea, quæ per specialem visitatorem essent per Principem
8. demandata: sic legatus de latere † non potest se intromittere in offitio Collectoris Cameræ Apostolicæ, Bal.in l.nec quicquam ff. de offic. proconsul cum similib. per Surd.d.cons.56.nu.9 sic si inter plures
9. tutores est diuisa administratio † vnus non potest se intromittere in alterius administratione: sic si inter plures, vt tetigi
10. superius nu 6 est diuisa iurisdictio † v.g. in quarteria, portas, &c. quilibet eam exerceat in parte sua, ita post Bald.Bart. Aluarott.& alios sentijt idem Surd.cons. 57.num.7 8 lib.1. Non obstante eo, quod vult Barr.in d l.viros C.de diuers.offi.lib.
11. 12. qui ait quòd ex consuetudine † præscripta potest quis se immiscere in alieno offitio. nam hoc non est verum in Regno vt tetigi supra nu.5 sed esset vsurpare, vt latius demonstro infra in cap. 82. Immo culpæ ascribitur alicui si se immisceat rei,
12. † quæ ad ipsum non pertinet l culpæ, & ibi gloss.ff de reg.iur. facit illud Terentij, ibi, quid aliena curas, quæ tibi non pertinent, Affl.in constit.culpam rub.88. nu.1.& 3.de offic.Castellani d.lib.1. & loquitur etiam, quoad sernientes ne se im-
13. misceant alijs negotijs. & ob id † in materia præuentionis, vel occupationis iurisdictionis, non potest alter se intromittere ita vltra Menocch. de arbitr. iudic. casu 202.nu.7.& seq.Surd.cons.542 nu.2. vol.4.& nu.12.ex Rip.& Imol.in l. fin. ff. de ordin.cognit.Roman.cons. 76. in fine, Bald.in l.vnica C. si plur. vnic. sent. Iason. cons 9.nu.1.vol.1. & tango infra cap. 68. sub vers. & è conuerso ¶ Hinc potest colligi quòd ex quo tractatur de iurisdictione, ergo videretur quòd ipsi Castellani
14 possunt imponere mulctam † sed non est sic, vt scripsi in d.cap. Regis Iacobi num. 31.addo Surd.in puncto consil. 40. nu.41. vol.1. qui ait quod ex quo Castellanus nõ sit Spectabilis,non aliter potest mulctare sicut faciũt Spectabiles Iudices,sed leues tantum possunt pœnas dare, non autem graues ex Alex. Affl. & Speculat.¶ Hinc
15 dico etiam † quòd nemo offitialium expediat literas de iustitia excepta M.R.C. ad quam spectat hoc, & offitialis,tales literas expediens,priuetur offitio,& soluat pœnã vnc.50 sic disponitur in d.capit.58. & in d.capit.61. & faciunt ad propositum quæ dixi supra in cap.57. num. 38. & 54. eiusdem Regis Iacobi tom. 1. vbi loquor de literis Iustitiæ, & supra hoc codẽ tom. 2.cap.7.versic.aduerte tamen.

16 De ordinatione verò Castrorum Regiorum † de salario, & numero Castellanorum cum seruientibus, & prouisoribus latissimè infra in cap. 332. vsque, & per totum c.352.Regis Alph.tom.5.in quo de eorum offitio, salario, authoritate, & de Castellanis etiam habes ibidem aliqua, & infra in d.cap.5.Regis Martini per tot. tom. 3.vbi quòd salaria soluũtur per Thesaurarium, vel Secretum mandante Thesaurario,vel Magistris Rationalibus,non molestando in hoc ipsi Castellani Secretos,nec officiales Regios, aliàs puniri possunt, non dico per Capitaneos locorum, quibus Rex abdicauit punitionem circa dictos Castellanos, sed per iudi em competentem, vt ibidem, benequidem quòd paulo infra in d.c. 5. in §. item quòd nullus castellanus, videtur dici contrarium, quòd si dicti Castellani se intromitterẽt in alterius negotijs extra portam castri,possint per Capitaneos, & offitiales puniri faciunt adducta paulo superius in versic. præcedenti, nisi dicamus quòd aliud hic, aliud ibi,meminem etiam ex vassallis Regis compellendo circa dictam custodiam castrorum quia iam ipsi castellani habent in hoc salarium; vt modo tetigi ex dispositione d cap. 5. Regis Martini, & est
17 conforme iuri communi, nam † vt ait Angel.in l.turres C.de operib.publ.castrum, & quodliber aliud fortilitium debet custodiri sumptibus dominorum tempore pacis, & belli,non autem subditorum. Iason in l.sumptus ff.de legat.1.cum concordantib.per Natt.cons.185.libr. 1. per tot & num. 7.vbi quòd custodia castri debet fieri eius sumptibus, qui dominus est castri; vel ad quem fructus pertinent ex Bartol.in l.penult ff.de impens.in reb.dotalib. fact. Bald. Paul. de Castr. Cuman. cons.19 & alijs, vt ibi per eum,nisi in subsidium, v. g. marsupio Principis deficiente,

te, vt subdit ipse Natta latè col. fin. quia tunc postent cogi vassalli, Martin. Freccia lib. 2. de auth. r. Baron auth. 12. Bertrand. cons. 441. nu. 1. vol. 4. Iacob. Rebuff. & al. j, de quib s per Surd cons 83 nu. 5. 6. 7. & seq. vol 1. alias possent ad immmediatum dominum concurrere via grauaminis, (arg. eorum, quæ dixi supra cap. 19. circa illos, qui grauantur custodire malefactores, & carceratos) vt post Speculat. de feudis § quoniam su er homagijs, Natt. d cons. 185. in fine, cap. 1. § 1. de milit. vasfall qui cont Bald. cons 483. vol. 1. & ann. Andr. Aluarott. Cardinal. Alciat. Paris de Puteo, & alij. de quibus per Surd. nu 8. & per ea, quæ d cam infra in cap. 54. eiusdem Regis Martini d. tom. 3. aut † ex pacto, siue consuetudine, ex his, quæ sentij supra in cap 40. Regis Iacobi nu. 12. tom.

18

19 1. Sicut dicimus de domino † castri, cui v g fuisset per Principem in feudum cum mero, & mixto imperio datum, nam illud iddem custodire teneretur, & si quandoque in casu neces tatis, possent per dominum concedentem poni in eo custodes, & illud etiam auferre ex traditis ibidem num. 4 & 5. quibus addo Ludouic. Sa. ca resp. 1. nu. 64. vol. 1. vbi quòd ex causa publicæ vtilitatis vrgente bello posset hoc fieri, vt de Castro Va entiæ ait Rolland. & alij relati per Surd. cons. 203. n. 38 lib. 2. soluto tamen precio, vt ibi, & subdam modo, idem Surd. cons. 210. nu. 35. & seq. eod. lib. 2. vbi post Bald. Alberic Cyn. Prepofit Iacob n. Affl. Brun. Rolland. Boss. & Alex. determinat posse Principem tempore belli capere dictum Castrum, illud fortificare, ac etiam, quod est fortius, inca-

20 stellare campanile † Ecclesiarum, pro habenda enim pace, potest etiam auferri vni, & dari alteri, vt ibi per eos, etiam nullo soluto precio quandoque, quando esset factum per vim legis, siue statuti generalis ex traditis ab eodem Surdo d. consil.

21 210. nu. finali, alias non posset separari † nec fieri aliquid in præiudicium illius, qui haberet Castrum ex priuilegio, vel contractu Ruyn. cons 139. nu. 17. lib. 1. Mier. de Maior. part. 1. quæst. 16 num 7. ¶ Item

22 tenentur Castellani † recipere carceratos quoties officiales ad eos transmittunt, nisi causa legitima in contrarium obsisteret ita habetur infra in capit 330. Regis Alpho d. tom. 5. & tetigi remissiuè supra in cap. 12. sub vers. pernoctantes ¶ Et quod scripsi de seruientibus in d. cap. 41. Reg s Iacobi nu. 7 8. 9. ne debeant scilicet ex te

23 † absque licentia, addo Affl in constit. culpam rubr 88 tit. de offic. castellani nu. 6. vbi limitat non procedere in seruientibus castrorum Baronum, vel Ecclesiarum, vnde, subdit ipse, consulo Barones, vt prouideant ex speciali pacto, ne exeant, vel nisi adsit consuetudo ex Alex. cons. 171. vol. 1. (argum. eorum, quæ dico infra circa illicentiatos non recedendos, cap. 323. Regis Alph. vers. dum autem, d. tom. 5.

24 Quid autem fiet si v.g. in dictis castris essent necessariæ † reparationes, & expensæ, dic vt per Affl. in constit. Regni, & officialibus tit 87 de prohibi cutial commerc. lib. 1, qui ait quod si expensa sunt necessariæ, debet Castellanus vel ille, ad quem spectat, expendere etiam de suo si omnino eser facturus Rex, illasque repetere à Regio ærario, & si castrum reddit fructus, potest sumptus facere de dictis fructibus. immo si ille, ad quem spectat reparare dicta castra fuerit requisitus, & ille dixit, quòd non habet pecuniam, & pars castri, siue domus Regia cecidit propter illas expensas non factas, tenetur ille ad interesse, ita ipse Affl num. 3 & 4.

25 nam † qui non facit id, ad quod de iure tenetur ratione officij, videtur esse in dolo, ex quo cessationis ratio redenda est per l. pater C. de heredit. tut. l. dolus est, & ibi gloss ff. mand. cum concord. per eum vsque ad finem d. ctæ constitutionis, quia non dicitur excedere mandatum per ea, quæ dicam infra in cap. 85. Regis Caroli ampl. 4. Tom. 8 & argumento illarum expensarum, quæ deberent fieri circa constructiones pontium, de quibus infra in capit. 69. Regis Ferdin. vertic. an autem tom. 7. V.I.D. M. Muta.

De terminis concessis Baronibus, & feudatarijs ad redeundum, & veniendum. Cap. L.

QVia Comites, Barones, feudatarij, & alij prouisionem habentes à Curia inperpetuum, beneplacitum, vel ad tempus ratione Comitatus, Baroniæ, feudi, vel prouisionis eiusdem

dem Excellentiæ nostræ magis tenentur astricti, quàm alij, vt cum ad seruitia nostra vocari contigerit, paratos inueniamus, proximos & præsentes; Nostra ordinatione prouidimus, vt si aliquem Comitem, Baronem, feudatarium, vel quemcumque alium prouisionem habentem à Curia, vt supra distinguitur, de Insula Siciliæ, & alijs Insulis adiacentibus, pro suis negotijs recedere forte contigerit, & se ad alia loca conferre, siquidem iuerint infra Regnum, infra duos menses redire ad prædictam Insulam, vel adiacentes Insulas teneantur, si vero se contulerint extra Regnum, ad redeundum eis, sex mensium terminum indulgemus, quòd si infra dictum tempus, minimè redire curauerint, Comitatum, Baroniam, feudum, & prouisionem amictant, ipsis statim ad nostram Curiam deuolutis. Iddem obseruari volumus, si de nostra licentia recedentes infra terminum non redierint eis à nostra Maiestate concessum. Absentes vero ab Insulæ Siciliæ partibus adiacentium, ad redeundum terminum longiorem ratio suadet habere æquitatis, videlicet, vt qui tempore publicationis præsentis constitutionis, seu ordinationis nostræ absentes à prædictis Insulis, & infra Regnum præsentes extiterint, ad redeundum sex mensium spacium, si extra Regnum, vnius anni terminum impartimur, infra quod tempus si ad redeundum fuerint negligentes, eis à iure Comitatus, Baroniæ, feudi, & prouisione cadentibus, ipsa protinus ad nostram Curiam deuoluantur.

S V M M A R I V M.

1 *Feudatarij absentes infra Regnum, tenentur infra bimestre redire, & si extra, infra sex menses, vel annum, pro seruitio militari, nu. 5. & seq.*

Seruitium militare si sit, infra quantum tempus debeant feudatarij absentes expectari, ibid.

Baronibus mortuis, & relictis filijs, vel heredibus absentibus à Regno, heres legitimus habet terminum anni ad adipiscendam possessionem feudi, num. 2. aliàs perditur feudum, nu. seq.

Possessio defuncti etiam in feudalibus continuatur in heredes nu. 3.

Feudum amictitur si per successorem Baronis mortui extra Regnum non capitur possessio, & quomodo, ibid.

Feudum perditur per Barones facientes conuenticula, ibid.

Heres habet terminum anni ad adeundum hereditatem, & potest minui ad instantiam creditorum, nu. 4. & 5. aliàs habet 30. annos, 60. vel centum dies, ibid.

Terminus vltramarinus est sex mensium, num. 6.

Baronibus indulgebatur spatium sex mẽsium ad eundem coram Rege, ibid.



VRVM quodammodo videtur istud Regni capitulum, & propterea statim video correctionem, & limitationem factam in subsequenti textu: Disponitur enim hic, & in cap. subsequenti quòd
1 feudatarij † tã pro eorum negotijs, quàm de licentia Regis absentes, & accedentes infra regnum, sed absentes ab insula, & alijs insulis coadiacentibus, tenentur redire infra spacium bimestris, & qui essent absentes extra Regnum, vbi prius erant obligati venire infra sex menses de iure feudorum, vt subdam inferius in 2. notab.

modo

modo ampliatum fuit ad terminum vnius
anni sub pæna amissionis feudorum (arg.
illius anni, de quo pono latius infrà in
cap.452. Regis Alph. vbi tracto de inue-
stitura petenda infra annum, & præcisè
ampl. 8. in qua mentionem facio de his
Regni capitulis, tom. 5.) nisi timore de-
licti se absconderint, ac perrexerint ex-
tra regnum, quia tunc ad successores ipsa
feuda venient, & deuoluentur, exceptis
criminibus, ob quæ esset locus confisca-
tioni, vt dixi supra in cap.35.n.34.cũ seq.
Regis Iacobi tom.1. const. foriudicatorũ,
& constit. si quando de pæn. foriud. Ysern.
in constit. Clementlæ in tit. de red. cap.
de Gregor. in cap. seq. Hoc dicit cum duo-
bus capitibus subsequentibus, vbi solum-
modo suppleo aliqua extra materiã, ratio
est propter seruitia militaria, vt tetigi
supra cap.29.versic. assistentia, etiam in-
præiudicium sucessoris, vt post Prothon.
in causa Solãti disput. 29. fol. 129. ait hic
Boniorn & de Gregor. qui ait facere tex.
in l.3.§. si ad diem, & l. qui comentus ff. de
re milit. idem Prothon. disp. 19. in 4. dubio
2 ¶ Simileque tempus † & terminus anni
est circa filios, siue hæredes legitimos ip-
sorum Comitum, Baronum, & feudata-
riorũ, nam illis Baronibus mortuis (iux
ta dispositionem cap. si aliquem, quod est
cap.33. eiusdem Regis Iacobi, vt ibidem
adnotaui in imargine textus principalis
tom.1.) relictis dictis legitimis hęredibus
qui essent incolæ alterius loci, & tempo-
te eorũ mortis, alibi quàm in dicta insula,
vel adiacentibus locis reperiretur hæres
legtimus, habet terminum integrum an-
ni ad adipiscendam possessionem dictæ
hæreditatis à die mortis defuncti, aliàs
cessante, sucedit fiscus vt disponitur infra
in d.cap.52. & per ea, quæ iam scripsi in
d.cap.452. ampl.9. Regis Alphonsi, quod
dictum videtur aliquantulum restricti-
uum eorum, quæ posui infra in capit. 43.
Catholici Regis Ferdin. in 1. ampl. tom.
3 7. vbi quòd licet possessio † defuncti con-
tinuetur infeudalibus, attamen debet suc-
cessor legitimus, qui tempore mortis feu-
datarij alibi reperiretur infra dictũ tem-
pus anni venire, & adire hæreditatẽ prę-
dictam, ne excludatur à fisco, vt modo
dictum est, & perdatur feudum, vltra ca-
sus positos per feudistas in c.1. quib. mod.
feud. amict. est verum quòd si successor
habet animũ habitandi, non repellitur à
petitione eo quòd nõ venit infra hoc tẽ-
pus, Pern. consil.21. vidi processum, Bon-
iorn. in d.cap.52. arg. eorũ, quæ latius di-
co in cap.22. Regis Ioãnis declaration. 1.
Tom.6. & aliquos posui supra in d.cap.35.
n.61. cũ seq. Regis Iacobi d.tom.1. & alios
vide infra in cap. 114. vbi quòd Barones
& cæteri, qui faciunt cõuẽticulas, perdunt
feuda, sicut est in allodialibus, in quibus
4 etiam in hærede hæredis † datur termi-
nus anni ad adeundum hæreditatem, vt
scripsi in commentar. consuet. Panor. cap.
38. nu.57. nisi, vt ibidem subiunxi nu. 58.
ad instantiam creditorum minueretur di-
ctum tempus anni ad effectum adeundi
ex DD. ibi per me citatis, addo Bart. in l.
si quis suus nu.10. ff. de iur. delib. vbi benè
hoc declarat, & in l. quandiu colu. 1. ff. de
acquir. hæredit. & in d.consuet.38. nu.56.
& in l. gerit sub nu.28. ff. de acquir. hære-
dit. Curt. Iun. cons.231. num.79. vol.3. An-
ton. Piaggi in tract. de tutor. quæst.2. num.
42. Duran. de art. testandi tit. 9. caut.7.
Neuizan. cons.33. nu.15. Io. Ant. Bosell. ad
stat. Parmę in tit. de modo procedendi ad
primum decretum fol.149. Cur. Iun. cons.
108. nu.36.37. vbi quòd iam ad instanti-
5 am creditorum potest dari terminus † &
sic abbreuiari, non ad finem exclusionis,
sed vt satisfiat creditoribus, quia est quæ-
dam monitio, quæ doctrinæ sunt vltra eas
quas citaui in d.cõmentar. super d.cõsuet.
38. à n.56. vsque ad n.60. ibiquè posui di-
uersos terminos adeundi hæreditatem
hoc est 30. annor. ex testamento, & infra
alios 30. ab intestato, quando vellet hæ-
res succedere, non ex testamento, sed iure
pretorio, & sic infra 60. annos: item in-
fra annum, vt tetigi modo, item infra ter-
minum centum dierum in extraneis, pro-
ut ibidem d.n.6. quibus addo in hoc pro-
posito de hoc termino 100. dierum Bart.
in l. si quis instituatur §. sed si bonorum ff.
de hæredib. instit. qui ait quòd assessores
in hoc multum errant statuendo minus
tempus ad deliberandum, an velint adire
vel non, aliàs mille processus deuastabun-
tur, & in l.1. §. ait prætor nu. 5. ff. de iure
delib. & in d. l. quandiu nu.6. ff. de acquir.
hæredit.

Noto primo ibi, ab insula, & alijs in-
sulis coadiacentibus, similem locutionem
suprà in capit.60. Regis Iacobi in 2. nota-
bili tom.1. cum ibi concordantibus, & si-
milia verba habes etiam infra eod. in prę-
citato cap.52.

6 Noto secundo de hoc termino † vltra-
marino, & extra Regnum, qui est sex
mensiũ, ea quę dixi infra in cap. ritus 171.
nu.22. Regis Alph. d.tom.4. & facit simi-
le semestre in feudalibus, vbi habet vnus-
quisque sex menses ad se præparandum,
ac eundum coram Imperatore, Andr.
de

de Ysern. & gloss. in tit. si de inuestit. int. domin. & vasall. quæstio oriatur nu. 3. in fine, licet in hoc præsenti textu videatur ampliatũ ad annũ, vt veniat vasallus feudatarius; in reliquis, idest in attestationibus, & alijs remanent aliæ capitulorum horum dispositiones.

M. Muta.

Ad iddem, Cap. LI.

HVic nostræ ordinationi tamen inserimus, quòd si aliqua personarum ipsarum propter timorem delicti à se fortè commissi, de Siciliæ partibus, & adiacentium Insularum fortè recesserit, & infra tempus, vt superius distinguitur, non recederit, Comitatus, Baronia, & ipsa prouisio, non ad Curiam, sed ad filium vel ad filiam, & in defectu ipsorum, ad proximiores ipsius, qui in feudis possunt, & debent succedere, deuoluantur; exceptis illis criminibus, propter quæ ad fiscum bona delinquentiũ applicantur.

S V M M A R I V M.

Fuga præsumitur in dubio ob timorem delicti, nu. 1.

Fuga facit regulariter indicium, præsumptionem, & suspicionem, & an iuncto cum aliquo indicio faciat indicium ad torturam, ibid.

IAM dixi supra in c. præcedenti. Solummodo hic capiam illa verba, propter timorem delicti, quòd fuga † in dubio semper ita præsumitur, scripsi in capit. Ritus 160. nu. 9. & 10. Tom. 4. cum ibi concordantibus, Gabr. Sarayn. in Addit. ad Mathesilian. sing. 145. Claud. ad Bertazol. cons. 133. Mascard. concl. 819. adde Farinac. latè in tract. de indic. & tortur. quæst. 48. lib. 2. per totam vbi ponendo conclusionẽ dixit quòd facit contra fugientem indicium, præsumptionem, & suspicionem, adeout iuncta cum aliquo alio indicio, vel adminiculo, faciat adhuc indicium ad torturam, si ante accusationem, vel inquisitionem fugerit, secus si post, vel habuisset timorem futuræ inquisitionis, nam tunc secus, in summa vide latissimè, & pulchrè per eum, qui ampliat, & limitat pluribus modis; maximè in hoc regno in quo statim per Capitaneos locorum habita scientia de delictis proceditur ad capturam informationum ex forma pragmaticæ, quia hic timor excusat fugientes non habentes aliud contra se indicium, supplebo in cap. 58. Regis Caroli in 3. indicio Tom. 8.

De hæredibus Baronum morientium, non existentibus præsentibus, tempore mortis eorum in Insula Siciliæ. Cap. LII.

ITem quòd si aliquis Comitum, Baronum, feudatariorum, vel aliquis alius vt supra prouisionem habentium moreretur, superstite sibi hærede legitimo loci alterius incola, qui tempore mortis ipsius alibi quàm in insula Siciliæ, vel adiacentibus insulis præsens esset, ad veniendum ad nostram celsitudinem ad partes easdẽ, & ad adipiscendum hæreditatem huiusmodi vnius anni terminum, à die

à die mortis defuncti, eidem hæredi integrum indulgemus, infra quem si venire cessauerit, ipso ab huiusmodi hæreditate cadente, in Comitatu, baronia, feudis, prouisione ipsorum succedere volumus Fiscum nostrum.

Est dictum supra in cap. 50. prope principium, ibi videas, quia est consecutiuum cum illo

---

Quòd non remoueantur, vel excludantur à participatione honorum, & officiorum ij, qui in guerra præterita de Regnis eorum licentiati fuerunt, a suspicione, & alibi, in fide Regiæ Maiestatis fideliter se gesserint, & quòd non vocentur guelphi, proditores, vel ferracani. Cap. LIII.

AD audientiam nostram, quorundam nuper relatione peruenit, quòd aliquæ vniuersitates, & ciues ciuitatum, terrarũ, & locorum insulæ nostræ Siciliæ in commictendis offitijs & honoribus, & ferendis eos, protinus excludebantur, supra quibus in proximæ præteritæ guerræ temporibus non opinione communi, nec causa manifesta publica præcedente, sed sola quorundam suggestione, vel dicto habita fuit suspicio, quæ solet in cordibus hominum guerræ temporibus leuiter generari, licentiati ab eisdem ciuitatibus, terris, & locis, ad alia loca subiecta nostro dominio se de mandato curiæ contulerunt, & ibidem cum nostris fidelibus laudabiliter conuersati, nec ad partes hostium transfugientes, nullis in eis argumentis, vel signis infidelitatis inuentis, mandata nostra fideliter obseruarunt, animaduertentes æquitatis contrarium, vt aliqui sola suspicione damnentur, & innocentes plerumque iniuriam patiantur; præsenti nostra constitutione prouidimus, hoc de cætero prohiberi statuentes, vt nulla vniuersitas, vel ciues aliqui huiusmodi homines in participatione honorum, & offitiorum ipsorum occasione prædicta remoueant, vel excludant. Mandantes etiam quòd nullus eos de cætero vocet proditores, guelfos, vel ferracanos, aut alijs nominibus, quæ inter fideles nostros odia, & dissensiones important, & si aliquis fortè contra hoc præsumpserit, pœnæ subiaceat, nostræ Maiestatis arbitrio infligendæ.

SVMMARIVM.

Officia, & honores commictuntur, non officiuntur, num. 1. & multi receusauerunt, num. 2.

Offitiorum in participatione omnes debent admicti si sint habiles, & virtuosi n. 3.

Suspitio sola non est causa aliquem condemnandi,

damnandi, num. 4.
Offitiales non debent illicentiati recedere, nu. 5. 6. 7. 8. 9.
Licētia peti debet in multis casibus, ibid.
Milites non debent ab exercitu illicentiati recedere, & quando nu 6.
Clericus suspensus ad tempus an habere debeat prabendas præteriti temporis, ibid.
Officialis condemnatus, & restitutus per viam gratia vel iustitia an recuperet fructus, ibid.
Testes vocati postquam deposuerunt, non debent illicentiati recedere, nu. 7.
Seruitores non debent à dominis illicentiati recedere, & bona quæ domi deficiunt præsumuntur ab eis furata, nu. 8.



1 IN primis noto ex Regni hoc capitulo φ officia † & honores cōmittūtur, non autem petuntur, nec affectantur, cum legerim ex affectatione ipsorum officiorum quamplures vitam finijsse miserabiliter, ita ait Hieron. Cagnol. in l. 1. §. fin. nu. 56c. ff. de orig. iur. fol. 38. qui refert Vlpianum, Sceuolam, Papinianum, Martianū, Modestinum, qui omnes fuerunt doctissimi, & magistratuum in titulis potentissimi, vitam tamen infelicem duxere, Caius Cassius in exilium missus à Cæsare, Vlpianus cum ignominia ab Heliogabalo à dignitate remotus, Martianus à Iulio interfectus, Sabinus fuste percussus perijt, Martius, & Domitius in Senatu interfecti, & amborum corpora fluuio immersa, Appianus scriptum reliquit, sic decem viri à quibus quasi omne ius nostrum oritur, vel in carcere, vel in exilio periere, & propterea melius obseruauerunt aliqui, qui offitia recusauerunt † vt
2 Labeo, qui oblatum ab Augusto consulatum recusauit, homo liber, & minimè ambitiosus, iddem fecit Aulus Casellius, iddem Octauius, qui spreuit honores à populo oblatos, Manilius Torquatus consulatū recusauit, vt per Plin. Nicomens. in tract. de vitis Illustrib. cap. 28. Cagnol. nu. 558. debent namque inuitis dari non petentibus, nec procurantibus, & hoc importat illud verbum, hic ibi, committendis officijs, & honoribus, & quod peius faxit Deus ne peterētur pecunia mediante, quod satis est prohibitum etiam per Regni capitula, vt videbimus infra in cap. 100. Regis Catholici Ferdin. tom. 7. etiam circa honores, ad quos habendos nō licet pecuniā erogare vt conclusi supra in cap. 11. Regis Iacobi n 9. tom. 1. & sic exclusa petitione, sed simpliciter ipsa officia committenda sunt, nec excludi personas ab eis, vt hic subditur, & inferius in 4. notab. remissiuè, & propè finem nostri textus, vbi prohibetur vniuer-
3 sitatibus † ne remoueant ciues in participatione prædictorum honorum, neq; eos excludere sub pœna arbitraria Regiæ Maiestati reseruata, nisi essent inhabiles, nam semper præsuppono, quòd offitia sint danda sufficientibus, idoneis, practicis, & virtuosis, & habilibus, vt tetigi supra in cap. 32. & infra in cap. 64. eiusdē Regis Ferdinandi Tom. 7. remissiuè, & cap. 501. Regis Alph. Tom. 5.

4 Noto 2. quòd nemo ex sola suspicione † & suggestione quorundam, nec ex dicto debet damnari, sed ex communi opinione, & ex causa manifesta publica præcedente, ita colligitur hic propè principiū, ibi, supra quibus, & maximè in temporibus belli, de quo realiter loquitur hoc capitulum, quo in tempore solet in cordibus hominum leniter generari, & ob id paulo post immediatè hic subiūgitur, ibi, nec ad partes hostium transfugientes &c. quasi dicatur, quòd tunc verè potest dici causa manifesta, ex quo maxima esset perditio, vt etiam tangitur in subsequenti capitulo ibi, ad partes hostium de nostro dominio transfugerunt.

Noto 3. ibi, licentiati, quòd ij, qui habuerunt honores & officia ab vniuersitatibus commissa sibi, omni opere, & officio debent licentiati recedere, non au-
5 tem illicentiati † per ea, quæ dixi supra in cap. 38. eiusdē Regis Iacobi ampl. 9. Tom. 1. & posueram latius infra in cap. 523. versic. dum autem; Regis Alphonsi Tom. 5. quamuis tamen hanc licentiam darent vniuersitates ipsæ non benè, quia non debent licentiari gentes circa offitia, & honores committendos sine causa, & probabili suspicione, vt tetigi superius in 1. notab. quoquo modo tamen debet licentia præcedere, sicut in d. cap. 523. tetigi quòd offitialis nullus debet illicentiatus relinquere officium, esto quòd esset finitum eius tempus, sed expectare successorē ex traditis infra in cap. 29. Regis Alph. num. 7. Tom. 4. Sic de vassallo in seruitio militari permanente supra cap. 39. Regis Iacobi in 4. intellectu Tom. 1. & in cap. 29. supra eod. vbi tetigi in 2. not. hoc eod. Tom. 2. argum. militum, & tribunorū, de quib. in d. cap. 38.

Regis

Regis Iacobi scripsi, quod non debent
6 illicentiati † recedere, addo Modern. in
tract. de Principib. vbi quod aliter sunt
pœna vitæ, & videtur cogitatum per Af
flict. in constit. Regni, officia nu. 2. tit. vt
Iustit. alium loco sui &c. lib. 1. (de quo
tangam infra in cap. 51. Regis Martini
in quinta obseruãtia, Tom. 3.) l. defuncto
rum, vbi Bart. C. de re milit. lib. 12. l. cũ
allegatis C. eod. vbi limitat Bart. nisi di-
ctus miles esset ex indulgentia restitu-
tus per Principem, quia tunc tantum-
modo perdit stipendia, ac si non militas-
set in castris, sicut dicimus de Clerico su-
spenso ad tempus, an elapso tempore de-
beat habere præbendas præteriti tempo
ris, vt ibi per additionem, l. 3. §. militiæ,
ff. eod. gloss. in cap. pastoralis extra de ap
pel. cum simil. per Ang. & Bart. allega-
tis in d. Additione, & iddem potest appli
cari ad officialem, vt tetigi supra eod.
cap. 25. nu. 41. est verum quòd si est resti-
tutus ex gratia, vel per viã Iustitiæ recu-
perat fructus officij, sic post Vinc. de An-
na in repet. cap. de vasall. decrepit. ætat.
§. quidem nu. 219. cum. seq. ait Ballus in
suo tract. in tit. de sindic. offic. quæst. 3. n.
9. lib. 6. & sic in milite semper habenda
est licentia, vel voluntariè petita, & ob-
tempta, vel etiam ex necessitate, vt quia
esset dimissus ob infirmitatem, quia tunc
nec eo facto sano debet redire, facta
prius relatione medicorum, vt ait pul-
chrè Bart. in l. semel C. eod. tit. de re mi-
lit. & suo loco dicam latius circa hanc
relationem, & quæ tangam infra in c. 91.
Reg. Cathol. Ferd. circa superius adducta
7 Tom. 7. sic testes vocati † postquam com-
paruerunt, non possunt sine licentia rece-
dere scripsi in consuet. Panor. cap. 1. n. 3.
& seq. l. si quis decurio la 1. C. de decu-
rion. lib. 10. Matth. de Affl. in constit. Re-
gni, crebra in princ. tit. 57. de iuramen-
tis non remittendis lib. 1. sic dixi supra in
cap. 41. Regis Iacobi nu. 7. 8. & 9 d. Tom.
1. & hic etiam habetur, quòd seruientes
castrorum non debent illicentiati rece-
dere; Sic familiares domini, vt ait Affl.
in constit. culpam sub n. 6. tit. 88. de offit.
castellani (& dixi supra in d. cap. 41. Re-
gis Iacobi d. nu. 7. post consuetudinem no
stram Panhormitanam ibi citatam) per
notata in d. l. si quis decurio, & ibi Io.
8 Ant. Batius ad Affl. infert ad famulos †
siue familiares, quod si aufugiunt, vel re-
cesserunt à dominis, sine licentia, quòd
omnia bona, quæ deficiunt domi patro-
norum, præsumuntur à dictis seruitori-
bus fugientibus furto fuisse subtracta ex
gloss. not. in Auth. de exhib. reis, §. si ve-
ro, Paul. Ghirland. in suo tract. de relax.
carcerat. cap. de fuga carcerati: Sic in
puncto habes infra in cap. 391. vbi tan-
gã remissiue sub Rege Alph. Tom. 5. quòd
9 officiales in capite † qui tenentur sequi
Curiam, qui actu, & personaliter serui-
rent, non possunt illicentiati recedere,
ampliando ad totum corpus M. R. C.
& sic ipsa M. R. C. non potest illicentiata
recedere, præter Commissarios, porte-
rios, scriptores, seruientes, qui vt ibi col
ligitur, non dicũtur de corpore M. R. C.
Noto 4. ibi, vt innocentes plerumque
iniuriam patiantur, quòd non debent
innocentes puniri, nec in aliqun grauari,
fuit de ista materia latissimè per me di-
ctum supra in c. 45. nu. 70. cum seq. Regis
Iacobi Tom. 1. & vide supra hoc eodẽ no
stro Tomo in cap. 25. sub Versic. adeout.
Noto 5. & vltimo ibi, mandantes etiã,
quòd nullus debet iniuriosis verbis ali-
cui inferre iniuriam posui supra in cap.
5. prope principium.

M. Muta.

Quòd Comites, Barones, feudatarij, & habentes prouisiones à Curia, non dent filias eorum in vxores alicui illorum, vel eorum filijs, qui fuerunt rebelles, & hostes. Cap. LIIII.

STatuimus non licere Comitibus, Baronibus, feudatarijs, & à Curia prouisionem habentibus, eorum filias in vxores alicui illorum, vel eorum filijs, qui fuerunt rebelles, & hostes, non autem ad partes hostium de nostro dominio transfugerunt, aut cum hostibus receptauerunt, absque nostra scientia, vel mandato, ad nostram Curiam deuoluendis.

SVMMARIVM.

Rebellium filijs an liceat contrahere matrimonia sine assensu Regis, nu. 1.



IXI supra in cap. 22. Regis Iacobi in 4. casu tom. 1. & vide notata in cõst. honorem tit. 23. de vxore non ducẽd. lib. 3. & per Ysern. Afflict. & alios in capit. 1. §. præterea quib. mod. feud. amit. & est iste textus consecutiuus ad præcedentem, dum fit mentio de transfuga ad hostes, vt posui in d. præcedenti capitulo in 2. notab. addo ad ea quæ in d. c. 22. in d. 4. casu scripsi, Matth. de Afflict. in constit. Regni, patres, tit. 58. ne fil. pro patr. num. 5. 1 vbi † quod non liceat filijs proditorum, siue rebellium contrahere matrimonia sine assensu Regis, & allegat quoddam capitulum Regis Caroli primi.

Marius Muta V. I. D.

Quòd Comites possint immictere vinum, & quascumque alias res in quamlibet Ciuitatem, Terram, vel locum Siciliæ, & ab inde extrahere per mare, vel per terram. Cap. LV.

ORdinationem iniquam malitiæ, quam olim aliqui vniuersitatum, vel incolæ terrarum, & locorũ insulæ nostræ Siciliæ de non immictendis, vel extrahendis in locis, & de locis eisdem, vino, & alijs rebus per mare, siue per terram, & deferẽdis de vno loco ad alium infra nostrã insulam Siciliæ, præsenti prouisione cassantes, permictimus, & mandamus omnibus habere licentiam vinum, & quascumque res alias in quamlibet Ciuitatem, Terram, vel locum immictere, vel inde extrahere per mare, vel per terram, & ad alia loca deferre, ordinatione, consuetudine cuiuslibet Ciuitatis terræ, vel loci nequamquam obstantibus, excepta Ciuitate Messanæ, quæ à prædecessoribus nostris, & nobis de hoc habuit speciale priuilegium, quod ei volumus inuiolabiliter obseruari.

SVMMARIVM.

Victualia extrahere omnibus licet infra Regnum, nisi aliter in contrarium adsint priuilegia locorum. 1



ORRECTIONE eget hæc rubrica in principio, ibi, Comites, nã vult dicere, omnes, ex quo in textu verbum nullũ de Comitibus; in summa quid dicat, iam colligitur ex ipsa rubrica, nempe omnibus esse permissum extrahere per mare, per terras, quęcumq; 1 victualia † & mictere quo velint, absque aliqua licentia, non obstante vlla consuetudine, vel ordinatione ciuitatis, terræ, in contrarium dictante, cum duabus tamen limitationibus, quas subdam modo: & concordat quasi cum capit. 15. Regis Martini tom. 3. vbi tractatur de extractione frumenti.

Primo limito conclusionem, & intelligo, dummodo extractio fiat infra Regnum, ita ex nostro textu, ibi, de vno loco ad alium, sic tetigi in d. cap. 15. Regis Martini, vers. hoc iddem.

Secun-

Secundo limito fecus esse in nobili Ciuitate Messanæ, quia ex quo in hoc habet speciale priuilegium, debet consequenter inuiolabiliter obseruari, ita in fine textus nostri, ibi, excepta, q.d. quod nullus potest extractionem facere ibidem, & potes incidenter colligere illud vulgatum in Regno, quod Ciuitas Messanæ cõseruatrix est eius priuilegiorum facit quod dixi in consuet. Panor. cap. 79. num. 11.

Tertio limito ibi, & res alias, idest similes, nam est repetitiua similium dixi infra in cap. 67. Regis Ioannis in princ. tom. 6. cum concordantibus ibidem.

Muta V. I. D.

Quòd milites sint immunes à Collectis. Cap. LVI.

PRæclaræ, nobilisque militiæ titulos speciali priuilegio cupientes extollere, vt ij, quos militiæ gradus ad exaltationem nostri honoris, & nominis olim necessitatis temporibus ad discrimina, laboresque promouit, immunitatis prærogatiua gaudeant, præsenti nostra ordinatione disponimus, vt omnes milites fideles nostri, qui tempore huius dispositionis militaris honoris cingulum inuenti sunt recepisse, à collectis, & subuentionibus habeantur immunes.

Post aliquos honores cingulo militari attributos concluditur, quòd milites sunt immunes à collectis, & subuentionibus dixi supra in cap. 31. declaratione 6.

Quòd milites, & Barones non intromictant se de electione Iudicum, & aliorum offitialium. Cap. LVII.

MAndamus, & volumus quòd Barones, & milites nullo modo se intromictere debeant de electione Iudicum, & aliorum offitialium eligendorum per vniuersitates terrarum, & locorum anno quolibet, nisi de hoc fortè, quando aliquibus specialiter nostra mandauerit celsitudo.

S V M M A R I V M.

Offitialium in electione per vniuersitates facienda non possunt milites, nec barones se impedire, nu. 1. cum seq. & quare num 4.

Scrutinium dum fit non debent milites, & barones se impedire, n. 2. & seq. nisi Rex illis vel comiserit num. 14 quando ipsi crearent offitiale ob merum, & mixtum imperium, nu. 15.

Scrutinium offitialium quolibet anno fit, ibid.

Nominare successores in offitio spectat ad Magistratum, nu. 3.

Scrutinium, & nominatio idem est, & debet commicti personis confidentibus, & non interessatis, nu. 4 & seq.

Gubernatores Tabulæ Panormi durant per annum, & non expectant successorem, nec tempus potest prorogari, nec salarium currit sed est necesse vt fiant de nouo, nu. 5. & seq.

Litem quæritur §. qui impleto ff. locati, fallit quoties actus requirit certam formam, nu. 6. & seq. vel quoties simus in eo qui pro custodia rei locauit operas suas ad tempus nu. 12.

Locator

Locator licet intelligatur relocasse rem conductori commoranti vltra tempus in in re conducta, tamen fallit quando aliud præter consensum interuenire debuisset, ibid. vel in locatione operum ad tempus num. 12.

Scrutinium quoties requiritur ex forma capitulorum anno quolibet, non sufficit alius consensus informiter adhibitus in creandis offitialibus, nu. 7.

Caxerius Tabulæ, & alij similes offitiales qui præstant fideiussionem per annum, si continuāt in offitio non tenentur fideiussores lapso anno nisi de gestis in anno, nu. 8. cum seq.

Fideiussor amplius non tenetur mutata forma, ibid.

Fideiussor intercedens pro vna causa non obligatur pro altera, nu. 9.


Fideiussor pro certo, & terminato tempore, eo elapso expirat, nisi de nouo consentiat, ibid.

Fideiussor liberatur, vbi principalis obligatio mutatur, vel alteratur, ibid.

Fideiussor si se obligauit pro toto tempore administrationis an, & quomodo videatur consensisse prorogationibus, nu. 10. & seq.

Fideiussoria obligatio est strictè interpetranda, nu. 11.

Scrutinium fit etiam circa Prælatos concurrentes in prælatijs, nu. 13.



Ontinuatur cū præcedenti textu, in quo vidimus priuilegium militum, 3 vt sint exempti à gabellis, & subuentionibus, nunc tractatur in præsenti capitulo de quadam prohibitione militū ne impediant se in electione offitialium creandorum per vniuersitates, & iddem est de Baronibus, vt subdam inferius in versic. subaudi tamen, vbi pono limitationem quomodo in his intelligatur.

Quantum attinet ad primam prohibitionem aliquid rationis video, ne scilicet 1 possint, nec debeant milites se impedire nec intromittere in electione Iudicum, aliorumque offitialium eligendorum per vniuersitates terrarum, nisi eis esset per Principem mandatum, & hoc non ab re, quia in effectu milites debent esse alieni ab omnibus negotijs extra militiam, & ad eos non spectat dare votum cum sint alieni in administrationibus officiorum, ex quo.

,, de bobus tractat arator,
,, Nauita de vētis, tractant fabrilia fabri.
alienum ergo esset militibus, qui circa militiam versantur, intromittere se citra eam, solet enim dici quod cæcus non iudicat de coloribus, nam ex quo iura disponunt quòd offitia danda sunt habilibus vt videbimus infra in cap. 7. Regis Martini tom. 3. & in cap 64. Regis Ferdinandi tom. 7. vtiq; non possunt milites interponere se circa habilitationem alicuius: quæ tamen ratio, vt verum fatear, mihi non satisfacit, nam illa eadem cadit in vniuersitatibus locorum, & terrarum, & tamen per hoc capitulum est permissum quod talem electionem offitialium habēt ipsæ vniuersitates facere, in quibus, vt videmus, solent concurrere diuersa hominum capita, & obid intentio, & propositum præsentis textus aliò tendit, nempe circa scrutinium † faciendum per vni- 2 uersitates anno quolibet, in quo scrutinio verum est dicere, quòd non debeant se intromittere milites nec barones, & sic in his etiam baronibus, sicut etiam in militibus iusta cadit ratio, quia vt plurimum solent per potentiam aliquid præponere; & ob id in vtrisque est facta prohibitio, & quòd sit verum quod in hoc capitulo sentiatur de scrutinio, apparet in textu, ibi, anno quolibet, nam vt plurimum scrutinium offitialium solet quolibet anno in Regno fieri per ea, quæ in proposito habes infra in capit. 57. Regis Ferdinandi d. tom. 7. vbi loquor serio de scrutinio, & ad magistratum spectat nominare † successores ex iuribus, & Do- 3 ctoribus ibi per me citatis, & ita obseruamus, vt inquit D. Don Marius de Gregorio F. P. in consilio pro Marchione Elcis Præsidentis huius Regni nu. 78 Bartol. & Io. de Platea in l. 2. de pericul. nominat. lib. 11. vbi fit mentio de hoc scrutinio ibi, loco sui nominauerit, Marc. decis. 1041. nu. 3 part. 2. & prout suppleo in d. c. 57. & hæc intelligētia satis meo iudicio applaudet literæ textus nostri, quia in 4 effectu scrutinium, & nominatio † non debet committi militibus, nec baronibus sed vniuersitatibus locorum, tamquam confidentibus personis, minusq; interessatis, de quibus Rex, & Prorex confidere possint, vt ibidem videri potest, de quo scrutinio sentijt etiam expresse Dom. Surd. conf. 460. n. 71. lib 4. vbi loquens & inducens ad illos offitiales, qui ex forma capitulorum debent quolibet anno, aut suo tempore eligi, v. g. in Gubernatoribus 5 † tabulæ, de quibus nos habemus capitula ipsius

ipsius in tit. della creatione de i tre Go-
uernatori,cap.1.& aliqua,ni fallor,habe-
mus etiam in constitutionibus Pragma-
ticalibus, & similibus (nam ibi loquitur
Surd.de quodã Massario Mõtis pietatis)
non sufficit, finito tempore, perseuerare
in offitio,& administratione,etiam scien-
tibus, & patientibus Prætore, & Iuratis,
illisque, qui eos creauerunt, vel creare
debuerunt, & consequenter non est de
casibus, quod expectet successorem con-
tinuando in officio vt dixi infra in cap.4.
Regis Caroli sub versic. non aliter tom.
8.cum ibi citatis, & propterea subditur
in d.cap.1.Tabulæ,ibi [ogni anno si deb-
bia fare l'elettione, & ibi, di vn anno so-
lamente,il qual tempo non si possa proro-
gare iu modo aleuno &c.] ratio est, quia
est necesse vt præcedat Scrutinium de no-
uo, & positio ad partitum, quo casu nec
tunc salarium currit, & est vna de limita-
6 tionibus ad l. item queritur † §. qui im-
pleio vbi Io. Franc. Prouinzalis ff. locati
(de quo §.tetigi aliqua in meis commen-
tar.consuet.Panor.cap.54.sub versic.rur-
sus per totum) sic Bart ibidem nu.4. Me-
nocch.præsump.85.nu.18.lib 3.Surd. loco
citato, qui aiunt quòd quando actus re-
quirit certam formam, tunc relocatio nõ
inducitur per subsecutam patientiã,ideo-
que, licet dixerim in d consuet.54. quod
quando conductor stat in re conducta, &
perseueret quòd tunc vtiquè censeatur
reconduxisse (maximè quando per domi-
num non est notificatum nolle ei amplius
locare,vt ex statuto Casalensi disponitur,
quòd per bimestre antefinem prioris lo-
cationis tenetur dare notitiam conducto-
ri,ait idem Surd.cons.88.lib.1.) procedit,
& est verum, quia locatio solo consensu
perficitur, & iddem in alijs actibus, in
quibus aliud quid præter consensum in-
teruenire debet, nunquam inducitur re-
locatio ex Bart.vbi supra,& Surdo,Bald.
Castrens.nu. 3. & Imol.in l.cum pater §.
pater centum ff.delegat.2. Berous famil.
quæst.100.nu.7.Anchar.Mod.lib.1.famil.
quæst.42.Becius cons.108.n. 15. & sic vbi
7 scrutinium † requiritur attenta forma ca-
pitulorum Regni,aliorumq; statutorum,
non sufficit alius consensus informiter
adhibitus, quia sine dicto scrutinio, of-
ficiales non possent etiam expresè alios
officiales reconducere,Alex.Crott.& alij
per Surd.num.42.vnde sequitur quedam
pulchra illatio, quod si v.g. in eo officia-
li, qui fuerat primo anno per scrutinium
electus adfuissent fideiussores, vt assolet,
8 maximè in Caxerio † & alijs similibus of-
ficialibus,qui præstãt fideiussiones,quod
lapso anno, si continuat, vel perseueret
non tenet obligatio fideiussorum,nisi de
gestis in officio illius anni, & non vltra
esto quod simus contra fiscum,sic Surd.d.
cons.460.d.nu.71.& seq.qui ait quod non
possunt præiudicari in hoc fideiussores
vbi aliter quàm ex forma esset admini-
stratum ex Aret.cons.17.col.2 vers.2.pro
batur, vbi quod mutatio formæ eiusmo-
di circa administrationem facit videri
nouum contractum, ideoque fideiussores
primum dati non obligantur Menocch.
cons.246 nu.5.& 6.Bald.cons.272.col.2.
9 vbi quod fideiussor † intercedens pro vna
causa, non obligatur pro altera Surd.nu.
72.73,ex Marsil.singul.313. sicut fideius-
sio pro certo, & termino tempore,eo elap
so expirat, nisi de nouo consentiat mul-
tos cumulat Petr.Caball.in suis resoluti o
nibus criminalibus casu 59. vbi ait esse
com.* opin post Castrens. Alex. Soccin.
Grat.Thesaur.& alios, qui pulchrè facit
aliquas illationes, & est regulare quòd
vbi principalis obligatio mutatur, vel
alteratur,fideiussor liberatur(arg.eorum
quæ dico infra de renouatione cõtractus
in cap.443. Regis Alph. in quinto modo
sub vers.immo, tom.5.) Menocch. & alij
vbi supra, Rolland.cons.58.nu.18. vol.1.
& quãdo principalis obligatio alteratur,
tunc fideiussores non tenentur,l.vbicum-
que ff.de fideiussor cum similib per ipsum
Menocch.d.cons.246.num.5.& seq.idem
Rolland.cons.69 n.49.vol.4. Becius cons.
45. & per Surd. d. cons.460. num. 45.
vbi dat aliam rationem, quia nouus est
contractus, & illi non præiudicat, qui
non consentit, latè Tiraq. de retr. con-
sang.§.1.gloss.18.nu.54.& seq. & sic dicit
Surd.d nu 73. quòd quãdo actus fit citra
formam scrutinij, & capitulorum, sic-
que perfunctoriè, non fit præiudicium fi-
deiussoribus, cum de tali forma non sit
cogitatum. Et licet in hoc posset sequi
motiuum, & dici quòd quando fideiusso-
10 res † se obligauerũt pro toto tempore ad-
ministrationis, quod vtique videantur
consensisse prorogationibus, tamen res-
pondet idem Surd d.num. 73.& dicit hoc
posse procedere, dummodo prorogat o
fieret secundum formam à partibus cogi-
tatam, non antèm quando non æquè ido-
neè esset prorogatum; item quia negat
esse verum quòd fideiussores intelligan-
tur etiam obligati pro tempore proro-
gato per text.in l.labeo §.fin.ff.de arbit.
Alex.&Tiraq. locis per eũ allegatis, Ca-
ball.loco citato n.10.11.12. & seq.Decis.

Tholos.

Tholoſ.181.& ibi pulchra Additio, Pa-
riſ.conſ 43. lib. 1.tanto magis quia obli-
11 gatio fideiuſſoria † ſtrictè interpetranda
eſt, & intelligenda l.blanditus C.de fide-
iuſſor.Bald.conſ.106.vol.2. in fine, Dec.
conſ.193.n.3.Curt.Iun.conſ.36.n.5.Affl.
decif.39.Diaz regul.289.Natt.conſ.202.
n.5.Rolland.conſ.58.n.20. vol.1. Quem-
admodum, & alio modo limitatur d. §.
12 qui impleto † non habere locum in eo,
qui pro custodia rei locauit ad tempus
ſuas operas, nam ſi finito tempore perſe-
uetaret, non tenetur ex conducto, nec
ipſe agere poſſet ex locato, ſed datur ac-
tio negotiorum geſtorum vel alia, ſic Bar.
ibi num. 5. & in l. ſi mora in fine ff. ſolut.
matr.vbi Imol.Alex.nu.18. Iaſ. num. 29.
Menocch.de præſump.lib.3.præſump.85.
in fine, Surd.d.conſ.460.ſub n.41.& 42.
13 Eodem modo de ſcrutinio faciendo cir-
ca Prælatos † concurrentes in Eccleſijs
vacantibus, tangitur infra in cap. 67. §.
7.Regis Martini tom.3.
14 Beneuerum eſt attamen quòd ſi Rex †
vel Prorex commicteret talibus militi-
vel Baronibus ſpecialiter, poſſunt ſiquſ-
dem tunc ſe intromictere in electione of-
fitialium eligendorum, ac ſcrutinij præ-
dicti faciendi, ita cauetur expreſsè ex
textu noſtro in fine, ibi, niſi de hoc forte.
15 Subaudi tamen circa illud, quod dici-
tur hic de baronibus † procedere quando
ipſi Barones non haberent merum, nec
mixtum imperium, quia ſi illud haberēt,
vtiquè electio offitialium ad eos ſpecta-
ret, & conſequenter legitimè ſe intro-
mictere deberent per ea, quæ dicam in-
fra in cap. 10. Regis Martini verſ. ſi igi-
tur, ibi ſecundo oritur, tom.3.

Marius Muta.

De non capiendis, mataratijs, & alijs rebus ab incolis locorum. Cap. LVIII.

NVlli omnino Curialium, offitialium, ſtipendiariorum, & aliorum ſequentium Curiam, aut familiarum eorundem, Magiſtro iurato, vel Baiulo, vel cuicumq; perſonæ publicæ, vel priuatæ licere decreuimus, mataratia, & alias raubas lectorum, & quæquè alia ſupellectilia de domo, vel hoſpitio alicuius, patrono inuito accipere; quòd ſi quis hoc tentare præſumpſerit, pæna, quæ de noſtro proceſſerit arbitrio, puniatur.

SVMMARIVM.

Offitiales non poſſunt capi facere mataratia, & ſupellectilia ab incolis, nu. 1.
Offitiales dicuntur eo quia nulli officiunt, ſed omnibus proſunt, nu. 2.
Priuati dicuntur qui non habent dignitatem, nu. 3.

DE duabus perſonarum ſpeciebus videtur loqui hic textus, primo de Offitialibus, ſecūdo de priuatis perſonis, prohibendo vtriſque † ne capiant mataratia, & alia ſupellectilia ab incolis locorum ex eorum hoſpitijs, in quibus habitant, prout de hoc particulari dixi ſupra in cap. 41. ratio eſt quoad offitiales, quia ſi hoc facerent, dicerentur officere
quod eſt contrarium, ethimologiæ offi-
tialium † qui ſecundum Luc. de Penna in
l.prohibitum col.3.in fine, C. de iure fi-
ſci lib.10. ideo ſic dicuntur ab officio, eo
quia nulli officiūt, omnibus vero proſunt;
ratio vero quoad priuatas perſonas eſt, q̄a
ſi non licet publicis, & ſic offitialibus, mul
to minus priuatis qui ſūt extranei ab of-
fitijs publicis, dicti quod ſunt ab offitijs
3 curiæ abſoluti ſecundum Papi.relatum
per ipſum de Penna ex l.3 ff.de offic præ-
ſid.omnes namq; ſubdit ipſe dignitatem
non habentes, priuati dicuntur cap. qui
contra 24.quæſt.1.

Marius Muta.

De

De fide Catholica, & seruis Saracenis ad fidem catholicam redire volentibus, & pœna impedientium. Cap. LIX.

VT Christi nomen, quo vocamur, & dicimur Christiani, in vanum assumpsisse non videamur, expedit pro salute, vt illud in effectu operum inducamus in euangelicam veritatem ab eo nobis traditam ad laudem sui nominis, & exaltationem Catholicæ fidei, necnon, vt infidelium reuocentur errores, efficaciter, & puris mentibus obseruemus. Cum igitur, veritate non agnita, Saracæni, serui, vel liberi tendāt cum eorum erroribus in eorū salutis dispendium, & ruinam, quos fortè, aut ipsorum aliquos, doctrinam Christi sæpius audientes, ad Sancti fontem baptismatis diuina clementia reuocat, Euangelica inspirante doctrina, prouidimus illos coadunari ad audiendum sæpè sæpius verbum Dei, proponendū ab Apostolicis relligiosis, & alijs personis, ad quas huiusmodi spectat officium prædicandi, vt ingrediendi ad ianuam omnium Sacramentorum, quæ est ipsum baptisma, liber sit aditus, & introitus planus pateat, & suauis, omnem clausuræ materiam ad impedimentum huius itineris prouidimus remoueri. Hac igitur perpetuò valitura constitutione sancimus, vt nullus de cætero tantæ temeritatis existat, vt seruum suū Saracænum, qui ad iddem baptisma adductum, aspirare voluerit, vel huiusmodi sancto proposito retrahat, reuocet, vel perturbet, quinimmo ipsum ad hoc aspirantem, tamquam id gratum habens, adiuuet, & moneat, & si fortè quis contrauenire præsumpserit, de hoc apud iudicem loci contra dominum ipsi seruo deponendi quærelam, tribuimus potestatem, qui dominus in iudicio præsentatus, ad consentiendum baptismati serui sui post aliquos dies iuxta arbitrium Ecclesiæ, coercione debita compellatur, & per vnum annum continuum in vinculis deputetur. Iddem de extraneo, qui alienum seruum, Saracænum, vel liberum baptizari volentes impediat, duximus ordinandum. Si vero domini præsentia haberi non poterit, vocatus ad hoc, per duos dies, vel tres expectari, nihilominus absq; molestia baptizentur. Et nihilominus præfati serui ad assumendum ipsum baptisma, per suos dominos impediti, hoc legitimè constito, statim sine calumnia baptizati, adipiscantur præmia libertatis, nisi pænas ipsas in alias arbitrati fuerimus commutandas.

SVMMARIVM.

Infideles possunt audire verbum Dei n. 1. *Prædicationi interesse possunt infideles*

& quare, ibid.
Excommunicati propter eorum salutem possunt participare in diuinis audiēdo sacra, ibid. esto quod vltra spiritualia incidenter alia verba vrbana, & temporalia dicantur, nu 2.
Prædicatio per Apostolos, & relligiosas personas præponi debet, non per alios, nec est locus substitutioni, nu. 3. & seq.
Prædicatores debent habere alimenta siue à populo, vel parrocho, vel ab vniuersitate, nu. 4.
Baptisma est ingressus omnium Sacramentorum, habens in aquis vim regenerationem conferendam, nu. 5.
Baptizari petentes serui ab eorum dominis impediri non possunt, num. 6. & quanto tempore expectentur, nu 8.
Seruus si impeditur à domino baptizari, potest se contra eundem querelari, & contra eum deponere, eique creditur absque tortura, ibid. & nu. 7. & dominus castigatur, & quomodo, nu. seq.
Seruus deponens contra dominum an faciat fidem sine tortura, fallit in casu depositionis ob impedimentum baptismatis, num. 7. 1
Seruus infidelis volens baptizari an requirere debeat dominum, & expectare quousque, nu 8.
Seruus acquirit libertatem si fuit impeditus baptizari per dominum, & constiterit, nu. 9.
Seruus alienus potest ex causa per Principem manumitti, ibid.
Seruus quibus ex causis potest consequi libertatem, nu. 10.
Baptizari si vellent infideles, & impedirentur per extraneos, illi castigari possent, & an sapiat hæresim, num. 11. & seq. & dicitur crimen sacrilegij nu. 13.
Hæresis de crimine possent puniri seducentes factos Christianos, & impedientes infideles baptizari, ibid. & nu. 18. 19.
Iudæus impediens, & corrumpens aliquem baptizari, puniri potest, nu. 12. 15. 2
Sacrilegij crimen est qui impedit aliquem baptizari, nu 13.
Clericum offendere, & instigare aliquem, vt illum offendat, par est, nu. 14.
Cap. si quis suadente 17. quæst. 4. ampliatur etiam in sollicitante, & suadente aliquem vt Clericum offendat, ibid.
Iudæi sollicitantes Christianos circa defectionem fidei iniuriam faciunt Catholicæ fidei, & castigari possunt etiam per Iudices laicos, nu. 15. 3
Apostata est qui à fide, & relligione recedit, nu. 16.
Apostatas receptantes, eisque consilium dantes, & suadentes puniri possūt etiam per laicos, ibid. & seq.
Apostasia crimen est mixti fori, & potest per Principem etiam secularem puniri, num. 17.
Inquisitores hæreticæ prauitatis possunt castigare Iudæos suadentes Christianos transire ad iudaismum, nu. 18. & seq.
Iudæus receptans Christianum apostatam, vel iudæum factum Christianum, sed ad vomitum redire volentem punitur etiam de hæresi, nu. 19.
Hæresi punitur qui præstat fauorem, & eripuerit prosecutum de hæresi à manibus iudicis, nu. 20.



B isto capitulo vsque ad cap. 75. inclusiuè agitur de seruis, ac saracænis, & principaliter quatuor dicta colligam ex præsēti textu, primum est † vt Saracæni, siue serui, vel liberi sint, & sic infideles, turcæ, vel mauri sæpius coadunentur ad audiendum verbum Dei, ratione quia sæpius audientes doctrinam Christi, ad sancti fontem baptismatis diuina reuocat clementia, vt hic dicitur, argum. eorum, quæ dixi de excommunicatis, qui propter eorum salutem possunt participare etiam in diuinis audiendo sacra ob eorum vtilitatem, vt posui in rep. cap. sacro de sent. excommu. in verbo vtile, lect. 4. licet enim nobis illos hortari, admonere, consulere de pertinentibus ad salutem cap. cum voluntatem de sent. exc. & cap. cum excommunicato 11. quæstio. 3. pulchrè Borgas. in tract. de irregul. & dispens. §. quomodo sciamus aliquem esse ex communicatum quæst. 19. nu. 34. & 35. & §. propter quas causas & c. n. 2. esto † quod incidenter vltra verba spiritualia, alia vrbana, & temporalia interposita sint Paludan. 4. sent. dist. 18. quæst. 6. art. 2. Sor. 4. sent. dist. 12. quæst. 1. art. 4. Nauarr. in c. alma mater cap. 27. nu. 26. & facit d. cap. cum voluntatem in fine. Item quia ex hoc fit quidam ingressus, liberque aditus, & introitus ad sanctum baptisma, vt inferius hic clarius explicabitur.

Secundum dictum est, quod colligo, quia doctrina Christi † & sic prædicatio debet præponi per Apostolicos relligiosos, aliasquè personas, ad quas huiusmodi spectat officium prædicandi, vt ita in textu,

textu, ibi, proponendũ ab Apostolicis, &
facit cap. 8. Esdræ lib. 2. ibi, stetit autem
Esdras super gradũ ligneum, quem fece-
rat ad loquendum, quibus etiam, & ali-
4 menta † debent dari, siue per populum,
siue per Parochos, vel per vniuersitates,
vt esset consuetudo, de qua pulchrè per
Surd. consil. 254. lib. 2. (arg. eorum, quæ
dico de reparatione Ecclesiæ infra in
cap. 93. Regis Ferdin. versic. limito primo
Tom. 7. vbi quòd licet prælatus tenere-
tur reficere Ecclesiam, fallit quando po-
pulus consueuisset reficere.) & prout ex
Concilio Trident. est dispositum, de quo
per ipsum Surdum, & modernissimè per
Bullam Papæ Clementis VIII. super re-
format. Parrocchiarum Vrbis Panormi,
per quam sunt etiam taxati prouentus ip-
sorum prædicatorum anno quolibet per
Senatum Panormi erogandorum, non er-
go quisque prædicare potest, & per hoc
dixi infra in cap. 29. Regis Alph. sub nu.
13. Tom. 4. quòd prædicatores nõ possunt
substituere in eorum officijs prædicatio-
num, quasi quòd sit electa eorũ industria.
Tertium dictum, quod cauetur est,
quod ingressus omnium Sacramentorum
5 est baptisma † exemplo Saluatoris nostri,
qui ideo baptizari voluit, vt ita nos face-
remus ex traditis in commentar. cõsuet.
Pan. cap. 36. nu. 15. vbi etiam dixi quòd
sacrum ipsum baptisma habet in aquis
vim regeneratiuam conferendã, quodq;
sit ingressus, & ianua omnium Sacramen
torum est text. in cap. cum itaq; de con-
secr. dist. 4. in fine, ibi, nec tamen huic
salutis ianuã aperire, quã numquã ante
docetur ingressus, sic in textu, ibi, in-
grediendi ad ianuam, iuncto ibi, clausu-
ræ materiam ad impedimentum huius
itineris.
6 Quartum, & vltimum dictum est, quòd
serui petentes † se baptizari non possunt
impediri ab eorum dominis ab hoc san-
cto proposito, nec retrahi, reuocari, nec
perturbari, quinimmo ad hoc adiuuari,
& moneri, ita habetur in textu ibi, in
versic. hoc igitur perpetuo, vbi etiã plus
subditur, quòd si quis dominus contra-
uenerit in hoc impediendo seruum suum
baptizari, potest proponi accusatio, &
querela contra ipsum dominum, & po-
test seruus deponere in hoc contra ipsum
7 dominum, adeout credatur tali deposi-
tioni in hoc casu, etiam † non obstante
tortura, quæ regulariter in seruis requi-
reretur quando deponerent contra eorũ
dominos, ex quo sic tunc valet confessio
l. ob carmen §. 1. ff. de testib. And. de Yser.
in constit. Regni si damna col. 54. Bar.
in l. sed alio iure §. si absens ff. si ex noxali
causa. Nec residet in hoc ille textus, nec
contentatur, vt domini consentiant quod
serui baptizentur, quando eorum præ-
sentia possit adhiberi, nam si aliter, suf-
8 ficit † eos vocari, & citari, & expectari
per biduum, vel triduum, vt infertus ha-
betur; sed vlterius procedit, & disponit
quod domini incidant pœnam carceris
in vinculis per annum continuum, ita in
hoc textu, ibi, & per vnum annum con-
tinuum, in quo carcere habebitur consi-
deratio personarum, vt videbimus infra
in cap. 84. Rursus quia ipsi domini inci-
dunt aliam pœnam, & est, quod constito
9 de hoc legitimè † idest quòd fuerint im-
pediti ad assumendum sacrum baptisma,
statim baptizati adipiscantur libertatem
vt in fine textus nostri concluditur, ibi,
& nihilominus. & trãseunt hic Nostrates
nisi in alias pœnas commutatio per Prin-
cipem fieret, quod potest, vt subnectitur,
& est de iure quod Princeps potest ex iu-
sta causa seruum alienum manumittere
Bar. in l. Barbarius ff. de offic. Prætor. Gu-
gliel. de Perno Siculus Syracusanus in suo
tract. de Principe col. fin. prout sunt alij
casus, in quibus potest seruus consequi
10 libertatem † vt in casu pragm. vnicæ hu-
jus Regni in tit. de pœna edent. famos li-
bell. tom. 1. sicut de seruo expulso a Do-
mino, nam acquirit libertatem semel sim-
pliciter in commentar. consuet. Panor.
cap. 48. nu. 66. sic dicam infra in cap. 65.
in versic secunda pars, vbi quod seruus
antea infidelis, & factus Christianus; si
renuitur per possessorem infidelem vendi
infra trimestre, consequitur libertatem;
quemadmodum de seruo Græco Roma-
niæ dicam infra in cap. 72. versic. his igi-
tur vbi quod seruiens per 7. annos acqui-
rit libertatem, prout de vendẽte seruum
Christianum infideli, vel personæ suspe-
ctæ contra domini voluntatem, vt dicam
in d. cap. 65. in 3. parte addo aliam infra
in cap. 75. vbi si venditur seruus Christia-
nus pro saracæno fit liber, nisi ipse seruus
tempore venditionis tacuerit se Christia-
num, die vt ibidem.
Amplia hoc quartum, & vltimum di-
ctum procedere etiam nedum quoad do-
minos impedientes seruos suos baptizari
11 sed quoad extraneos † qui alienos seruos
saracænos, vel liberos, baptizari volen-
tes impedirent, ita hic habetur in fine
textus, ibi, iddem de extraneo, quasi di-
cat quod quemadmodum domini possunt
mancipari in vinculis per annum; sic, &

in extraneis, & cōsequēter dico plus quod
etiam si quis impediret aliquē effici chri
stianum, & sic baptizari, aut baptizatos
seduceret, posset procedi quemadmo-
dum fieret contra hereticos, vt subdam
inferius n. 18. ita Canonistæ in cap. contra
hæreticos de Hæret. in 6. §. 1. Paris cons.
2. nu. 48. vol. 4. etiam si ille, qui impedi-
ret aliquem ne baptizaretur, vel blandi-
12 tijs, aut mendacijs, esset iudæus † qui vel-
let illius animum corrumpere, & a San-
cto proposito nostræ fidei suscipiendæ di-
uertere, vt tango inferius num. 15. sic ait
Surd. cons. 498. nu. 3. vol. 4. & iudex Ec-
clesiasticus, secularis, aut Inquisitor pos-
set talem iudæum punire ex Bald. cons.
315. per tot. volum. 1. ex quo dicitur iniu-
riam facere Christianæ fidei, cum diuer-
sit eum, qui est in via, & consequen-
ter qui viam impedit, terminum impe-
dit, l. 1. C. vbi de possess. agi oport. quæ in-
13 iuria est communis omnibus Christia-
nis, estque crimen Sacrilegij † quia ille
abstulit sacrum de sacro, hoc est animam
de ecclesia Dei, & de eius thesauris Mar-
quard. in tract. de Hæretic. tit. de iudeis
cap. 9 nu. 3. part. 2. Bertazol. cons. 250. in
1. dubio vol. 1. & ibi Claudius eius filius,
Campeg. ad Zanch. Decian. & alij per
Surd. nu. 24. arg. illius, qui instigauerit,
consuluerit, vel sollicitauerit aliquē, vt
14 offenderet Clericum † nam nihilominus
incidit canonem, siquis suadente 17. q. 4.
secundum Imol. Paul. de Castr. & Moder.
in l. quid ergo §. pen. ff. de legat. 1. quos re-
fert, & sequitur Iason in l. 1. nu. 19. C. de
seru. fugit. tamquam fautores, & consi-
liarij in malo, ex gloss. in clem. 1. in ver-
bo defensauerit extr. de pæn. l. 1. C. si rect.
prouintiæ, Innoc. in cap. sicut dignum
de homicid. Lapus in cap. si sententia de
sent. exc. in 6. Zabarell. in clem. 1. de foro
compet. quæst. 16. Angel. de Malefic. & ibi
August. de quib. per Petr. Caball. in eius
resolutionibus criminalibus casu 56. sub
nu. 111. & in proposito textus nostri sen-
tiunt Io. Andr. Gemin. Ias. Aret. & Socci.
citati per Surd. d. cons. 498. sub nu. 3. 9. &
15 14. vol. 4. Immo quod est fortius habet †
locum hoc cap. contra iudeos sollicitan-
tes Christianos circa defectionem fidei, vt
tetigi superius nu. 12. ex rationibus, quas
adduco infra in capit. 112. & ita ait ipse
Surd. loco citato à d. nu. 9. cum pluribus seq.
vbi nu. 12. & seq. quòd iniuriam facit Ca-
tholicæ nostræ fidei, atque illius animam
furari videtur, & isto caso potest tam à
laico, quod à Iudice ecclesiastico puniri
ex traditis infra in cap 68. sub versic. & e-
conuerso, ibi, difficultas &c. & sicut qui ab
16 relligione & fide apostatat † potest puniri
à iudice ecclesiastico d. cap. qui contra, &
per Doctores supra citatos, sic, & qui fa-
uet tali suadendo, vel instigando, aut ali-
ter consilium, & auxilium præstando; vt
ait ipse Surd. d. nu. 14. 17. & 18. vbi quòd
ex quo dictum delictum apostasiæ est mix
17 ti fori † Princeps secularis punire potest
vt per ipsū Surd. d. nu. 17. per l. 1. & tot tit.
C. de Apostat. Immo nedū iudex ecclesia-
sticus posset punire Iudæū, qui consuluit,
vel suasit Christiano vt trāseat ad iudais-
mum, verū etiam, & Domini inquisitores
18 † hæreticæ prauitatis, quorū propriū est,
ex tactis superius n. 11. vt ait idem Surd.
nu. 21. & 22. vbi allegat extrauagantem
Clementis IIII. & aliam Gregorij X. re-
latas per Io. Andr. loco citato, Oldrad.
cons. 36. Aret. cons. 157. nu. 7. Zabarell. in
clement. 2. in verbo, inquisitoribus in fi-
ne de Hæret. Marquard. d. tit. de Iudæis
part. 3. cap. 2. (argum. eorum, quæ dicam
infra in cap. 65. versic. tertia pars) Car-
rer. in tit. de hæret. nu. 89. & 91. & ita post
Oldrad. & Cardinal. Decian. in suo crimi
nali tract. cap. 27. nu. 2. lib. 4. Surd. nu. 22.
19 vbi ampliat in tantum quòd si Iudæus †
receptaret Christianum apostatā, vel Iu-
dæum factum Christianum, qui vellet re-
dire ad vomitum Iudaicum, posit de hæ
resi puniri, vel quando eripuerit aliquem
prosecutum de heresi à manibus Iudicis
20 † & fauorem illi præstiterit allegat Cam-
peg. ad Zanch. in tract. de hæretic. cap. 36.
& cap. 52. nu. 16. (argum. pœnæ receptan-
tium bānitos, vt videbimus infra in cap.
108. remissiuè ad pragmaticas.)

Marius Muta.

Qualiter tractandi sunt serui à dominis post baptisma. Cap. L X.

QValiter autem ipsos post dicti fontem baptismatis tractare debemus, docet Apostolus ad Philemonem, dicens, suscipe illum, iam non vt seruum, sed vt fratrem charissimum in Domino, & in carne.

SVM-

SVMMARIVM.

Seruus post baptisma susceptum, vt frater charissimus, non vt seruus tractetur, num. 1. & seq.

Sirui post baptisma susceptum non sunt domesticandi circa eorum dominos, num 2.

Sirui facti Christiani non ex hoc fiunt liberi in praeiudicium dominorum, nu. 3.



VBSEQVITVR cōtinuata materia circa seruos post baptisma susceptū, & optimum, sanctumque est consilium Pauli Apostoli in eius epistola vnica ad Philemonem, de quo hic, dicen-
1 tis quòd seruus † post baptisma, iam non amplius vt seruus, sed vt frater charissimus habeatur, & de hoc cap. memini supra in cap. 98. Regis Iacobi limit. 5. vbi aliqua dixi Tom. 1. & concordat cum capitulo proximè subsequenti, vbi quòd
2 serui post baptisma † susceptum non sunt adeo domesticandi circa fideles eorum dominos, & contemnere vt per Apostol. ad Thimoch. cap. 6. ista ratione, quia fratres sunt, sed sint etiam fideles ipsi serui in obsequio, & alijs seruitijs, & in omnibus placentes non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendētes, vt in d. subsequenti cap. & ex Apostolo ad Titum cap. 2. & ita ser-
3 uus Saracenus † non ex hoc fit liber in praeiudicium domini. Paternio hic ex Rom. cons. 288. Goffredd. in summ. tit. de iud. §. sed quid, & sic ibi etiā habes quòd fratres debent vocari; & dicam infra in cap. 62. vbi agitur de materia saeuitiorum in seruos.

M. Muta.

Vt serui post susceptionem baptismatis fidelius, & deuotius seruiant dominis suis. Cap. LXI.

IPsos siquidem seruos, renatos baptismate, & penes suos dominos tam salubre beneficium consecutos, dominis suis feruentius, atque deuotius seruire mandamus, secundum verbum ipsius Apostoli dicentis ad Timotheum, quicumque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen domini, & doctrina blasphemetur; qui autem fideles habent dominos non contemnant, quia fratres sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt, & dilecti, ac participes in beneficijs, seruos enim oportet dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam attendentes, vt doctrinam Saluatoris nostri ornent in omnibus.

COntinuatur eademmet materia cum duobus praecedentibus capitibus, & agitur in hoc textu quomodo debeant se gerere serui baptizati cum eorum dominis, & dixi in praecedenti capitulo, in subsequenti enim tractabo quomodo domini se debeant portare in seruos, & praecisè in versic. non negatur tamen.

De non affligendis seruis, nec membris incidendis post baptisma, sed ponendis in compedibus fugitiuis. Cap. LXII.

VT autem dicta fraterna tractatio, & humana benignitas inter alia

alia pateat, quia ipsos neophitos prosequi debent cæteri Christiani, nullis licere prouidimus, Christiana mancipia vulneribus, ac flagellis afficere, aut aliquod membrum illis incidere, vel deuastare in facie, vel in fronte signare, aut in ea aliquatenus insæuire, cùm licet sint domini seruorum suorum, tamen suorum membrorum domini non existunt: eos tamen à dominis castigari permittimus, cum culpa præcesserit, & Christiana sint, iustè leuiter, & benignè; eum tamen, si fugitiuus contumax fuerit, vel proteruus, poni in compedibus non vetamus.

S V M M A R I V M.

Serui ob nimiam dominorum sæuitiam eximuntur à dominica potestate, nu. 1. & coguntur eos vendere, nu. 2.

Argumentum de filio ad seruum, & econuerso valet, ibid.

Serui malè tractati ab eorum dominis possunt peti vt vendantur alijs, nu. 2.

Vaßalli Baronum an æquiparentur seruis, vel libertis, nu. 3. & seq.

Argumentum de seruo ad vaßallum Baronis an, & quomodo valeat, ibid.

Vassalli si malè tractentur ab eorum Baronibus potest concessio meri, & mixti imperij eis concessa reuocari, nu. 4. & seq.

Barones abutentes iurisdictione eis concessa priuari possunt, ibid.

Fridericus Imperator ex quo male vsus fuit iurisdictione, & ob tyrannidem fuit depositus imperio, nu. 5. & seq.

Tyrannus Princeps, & iniustus non debet regnare, nec ei obediri debet, & an possit occidi, nu. 6. & seq.

Regi omnem iurisdictionem transtulerunt populi, quam reuocare non possunt nisi ob tyrannidem, aut si nõ esset idoneus, & excederet terminos Regios, nu. 7.

Rex regios excedens terminos non dicitur Rex, sicuti quando præcipit iniqua, ibid.

Regis cor in manu Dei est quando est bonus, ibid.

Vassalli non tenentur redimere dominum carceratum propter debita, si fuissent ab eo maletractati, nu. 8.

Seruorum domini licet sint, nõ tamen membrorum domini, maximè genitalium, n. 9.

Seruus non potest castrari, nec eunuchus fieri à domino, & quare, ibid.

Serui possunt castigari à dominis, moderatè, nu. 10.

Serui debent omni honore dominos dignos cognoscere, eisque obedire, ibid. & n. seq.

Maritus potest vxorem ex causa castigare, & eam in carcere priuato ponere, num. 12. 17.

Vxore de reducenda habet maritus interdictum, ibid.

Adulteram vxorem potest maritus impunè occidere cum adultero, præsertim inuento, & quomodo, num. 13. 14. & seq. & num. 16.

Adulteram vxorem si maritus accusat facit se cornutum, & ludibrio omnibus se exhibet, nu. 13.

Adulteram vxorem inuentam cum adultero si vir non occidat statim infamis, & vilis est, & quid quoad conuocatos, coniunctos, & amicos nu. 16.

Vxor diuertens à marito dicitur illum spoliare thoro coniugali, nu. 17.

Maritus dicitur spoliatus thoro coniugali ab vxore diuertente ab eo, & debet statim restitui, & quid stantibus seditijs, ibid.

Serui possunt per dominos carcerari etiam in carcere priuato, nu. 18.

L. 1. C. de carcer. priuat. limitatur in dominis, maritis, & patribus, ibid. & bannitis nu. 19. & monachis, num. 20. furiosis num. 21.

Pater potest carcerare filium in carcere priuato, ibid.

Banniti capti possunt detineri etiam in carcere priuato, nu. 19.

Abbates possunt carcerare monachos etiam in carcere priuato, nu. 20.

Furiosi, & frenetici possunt per eorum parentes detineri in carcere priuato nu. 21.

Carceris priuati pena an sit crimen læsæ Maiestatis, nu. 22.

Præceptor verberans discipulum crudeliter castigare potest crudeliter, aliàs ex moderata verberatione non tenetur, & quomodo debeat discipulos verberare, nu. 23. & seq.

& seq & potest ad mortem condemnari, num 26.

Discipuli regulariter solent timere magistros, & quomodo sint verberandi, & quid articulari debeat si sequatur damnum v.g. mors, & similia, nu. 24.25.26.

Serui, & ancillæ non debent ex leuissimis caussis atrocissimè tractari per dominos, alias puniuntur, & quomodo, nu. 15.

Serui fugitiui, & contumaces castigantur in cippis, & compedibus, & quorum expensis quærantur si essent legati, nu. 27. & quid si pignorati, nu seq.

Serui pignorati si delinquunt possunt castigari, nu. 28.

Serui possunt torqueri in re graui, nu. 29.

Serui nō possunt in facie, nec fronte signari sub pœna, nu. 30. & 34. vbi quid in femina, nu. 35.

Homo creatus est ad imaginem Dei, & est dignissimus creaturarum, & ob id non potest bullari in facie, nu. 31. non obstante statuto nu. 34. vbi quid in femina, 35.

Caput est nobilior pars corporis, & sufficit testem deponere quod cognouit caput, nu. 32.33.

Castri caput si vendatur, an intelligatur venditum totum castrum nu. 33.

Femina non est facta ad imaginem, & similitudinem Dei, nu. 35 & seq.

Mulier ad speculum pingitur, & conatur fieri pulchrior, & an possit ei truncari nasus, nu. 36.



ETIGI nonnulla breuiter supra in capit. 60. remissiuè de materia maletractamenti in seruos, addo intātum esse hoc prohibitū

1 † vt alias ob nimiam dominorum sæuitiam eximantur serui à dominica potestate, sicut dicimus etiam de filio, de quibus valet argumentum ad seruum, nam ob nimiam patris sæuitiam, ab eius nexibus eximitur vt dixi super Consuet. Panormi capit. 48 sub nu. 66. & in cap. 38. Regis Iacobi, tom. 1. nam poterit petere etiam seorsim alimēta, vt de vxore etiam disponitur, quæ si malè tractatur à marito, potest petere separationem, dotem, aut alimenta, esto quod aliunde posset viuere per ea, quæ scripsi in Consuet Panormi cap. 76. nu. 31.

2 & seq. aliàs ergo † coguntur ipsi domini seruos maletractantes distrahere, alienare, & vendere, & est limitatio ad l. nec emere C. de iur. delib. vbi quamuis nemo cogatur vendere rem suam, fallit tamen in seruis malè tractatis, vt posui in d. c. 38. Regis Iacobi limit. 5. tom. 1. & è conuerso quemadmodum datur casus, vt dominus cogatur seruum vendere, vt hic, ita datur casus quod potest prohiberi vēdere certis personis suspectis vt demonstro infra in cap. 65. vers. tertia pars, sicut dicimus de vassallo à Barone, tanto ma-

3 gis quia vassalli † nostri temporis, non seruis, sed libertis æquiparantur, Andr. de Ysernia in capit. 1. quib. modis feudis amitt. Iason in vsibus feudorum num. 10. Cephal. cons. 18. nu. 9. lib. 1. vbi nu. 3. subdit non esse generalem hanc æquiparationem, cū plus teneatur vassallus quàm libertus ex his, quæ dixi iam in d. cap. 38. Regis Iacobi, versic. nec obstat, adeo vt quando vassalli maletractantur à domi-

4 nis † quibus per Regem fuerat concessa iurisdictio illa criminalis meri, & mixti imperij, possit dicta iurisdictio concessa reuocari ex causa, vt sensi infra in cap. 10. Regis Martini versi. si igitur, ibi, octauo, tom. 3. quia diceretur vti male iurisdictione, vt per Andr. de Ysern. Affl. & de Bottis in costit. Regni, ea, quæ ad decus tit. 49. quòd nullus prælatus lib. 1. arg. l. 3. C. locat. & l. si aliquis C. de suscept. & Archan. l. iudices C. de dignit. lib. 12. cap. apostolicæ de re iudic. vbi ille Fridericus Imperator fuit depositus ab

5 officio imperij † Iacobin. in tract. de feudis, vers. Marchio, & versic. quæritur, & vers. & dicti, col. 10. & in tract. de Roydis col. antepen. Luc. de Penna in l. si coloni quæst. 12. C. de agric. & censit. libr. 11. Andr. in cap imperialem §. præterea col. 6. de prohib. alien feudi, Soccin cons. 172. vers. 6. volu. 2. Aym. Crauett. latè cons. 6. col. 24 vers. quartum flagirium, Gramm. cons. 162. nu. 15. & seq & decis. 104. aliàs domini incidunt tyramnidem vt fecit ipse Fridericus Imperator, de quo locutus sum in cap. 1. nu. 14. eiusdem Regis Iacobi, vbi posui quod propter tyramnidem fuit ab imperio depositus ex Yser. & alijs addo eundem Ysern. in constit. Regni, si danna, tit. de homi. id. fol. 56. versic. & de Priamo & in tit. quæ sint regal. S. Thom. in libro, Cogitanti mihi, & l. decernimus C. de Episc & Cler. Paris. de Put. qui plura ponit de dicto Friderico in tract. syndic. capit. rex autem fol. 2. quia in effectu

6 † tyrannus non debet regnare, sicut iniustus Rex, immo regnando, & imperando ita tyrannicè, omnia eius facta sunt nulla, esto quod non reuocaret, quando in eo auctu essent facta iniuriosè agendo, ergo

ergo si existendo in ipsa tyrannidè aliqua benè ageret, valerent, ex quo de Spiritu Sancto esset, & propterea non reuocarentur, cum ex superuenienti tyrrannide benè gesta non debeant reuocari, vt ibi pulchrè per Ysern. col. 2. ex auctoritatibus ab eo adductis, & ibi per additionem, vbi subditur quod tyranno non debet obediri, & potest indici bellum contra eum, & expelli de Regno, & licet referat quod possit occidi tyrannus, tamen communiter *etiam refert fuisse decisum * contrarium, & per Fælin. in cap. cum nobis col. 3. extr. de præscript. Quatenus vero dixi in proœmio Capitulorum Regis Iacobi nu. 100. d. tom. 1. quòd po-
7 puli † omnem iurisdictionem transtulerunt in Regem, adeout non possent reuocare, est verum, nisi ob tyrannidem, ita Ysern. in constit. non sine tit. de obseru. iustitiæ, quia tunc abutitur l. 2. §. exactis ff. de origin. iur. vel non esset idoneus ad regimen, vel excederet terminos regios, non enim est rex, vt ipse ait ex B. Thom. de libello, cogitanti mihi, cum similibus pluribus ab eo allegatis fol 59. & iterum in constit. Regni, magister Iustitiarius tit. 42. libr. 1. vbi quod quando Rex iniqua præcipit, non dicitur Rex, nec Cor regis in manu Dei tunc est ex Seneca primo de Clement. & alijs ab eo citatis; vnde est quod licet sit quæstio inter DD. an de-
8 beant vassalli † redimere dominum carceratum ob molem debitorum, eiusque debita creditoribus soluere vt tetigi in d. tom. 1. cap. 4. nu. 10. eiusdem Regis Iacobi, tamen vt ibi scripsi quando dominus malè tractauit vassallos, non sunt obligati, addo Zasium de feudis col. pen. quem refert, & sequitur Archiepiscopus Tarracco, & post eum Fernand. Vasq. controuers. illustr. cap. 6. nu. 6. lib. 1. vnde post Bald. Federic. Scot. Crauett. Affl. Decian. & B. Apostol. ait Ludouicus Rhodulphin. in tract. de absolut. princ. potest cap. 4. nu. 8. & 9. quod & princeps debet tractare eius vassallos tamquam filios, & nepotes (vt alibi memini dixisse) nec confidere in sua potentia, sed recordari quòd habeat supra se Deum victorem, qui facta sua iudicat, quamuis nobis ea iudicare non liceat.

Et rationem iam videmus positam in
9 in textu, eo quia licet domini † seruorum sint domini, non tamen membrorum eorum, & faciunt ad propositum quæ dixi super hoc in consuet. Panormi cap. 14. nu. 7. & consuet. 57. num. 8. & consuet. 80. nu. 30. & maximè si dicta membra essent genitalia, vt castretur, & eunuchus fiat, quia hæc incidere non licet, vt hic sentitur, & est tex. in l. 1. C. de Eunuch. Gugl. de Benedict in quæst. an occidere lic. peccat. nu. 10. sola Curia Regia, & sic Respu. est domina, vt posui in d. consuet. 57. hinc est quod illa potest mutilare per ea, quæ vidimus infra in cap. Ritus 169. in vltima parte textus, versic. iddem est tom. 4. & quæ posui supra in cap. 28. restrict. 3. illatione 6.

Non negatur tamen castigatio mode-
10 rata † vt hic habetur, ibi, eos tamen à dominis castigari permictimus, cum culpa præcesserit, vt enim dictum est supra in cap. præcedenti, ipsi serui renati baptismate, & penes eorum dominos tam salubre beneficium consecuti, debent dominis suis feruentius, atq; deuotius seruire ex præcepto Apostol. euius verba sunt scripta in d. capit. præcedenti, ad Thimot. cap. 6. quod quicumq; sunt subiugo, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini, & doctrina blasphemetur, qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia frates sunt, sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, ac participes in beneficijs, seruos enim oportet dominis suis subditos esse in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes, sed omnibus fidem bonam attendentes, vt doctrinam Saluatoris nostri ornent in omnibus, hæc in d. cap. præcedenti, & infra cap. 74. vbi quod
11 mancipia † dominis suis obedire teneantur, nisi in his, quæ in Christi opprobrium tenderent, de quo ibidem: sicut acci-
12 dit etiam in vxore † quam ex causa licitum est marito castigare l. si constante §. si maritus ff. solut. matr. Auth. sed nouo iure C. de repud. cap. placuit 34. quæst. 2. Nicol. Boer. super consue stat iur. person. §. 4 gloss. 1. & scripsi super Consuet. Panormi d. cap. 76 nu. 31. adeo vt possit ipse maritus eam carcerare in carcere priuato, vt subdam nu. 17. cum pro ea habeat interdictum de vxore reducenda l. fin. C. de liber. hom. exhib. Ioann. de Plat. in l. generali col. 2. C. de decur. libr. 10. Boer. decis. 275. nu. 2. & maximè si eam videret aliquam adulterij suspicionem incurrisse quam de iure communi adulteram sit
13 † impune licitum occidere (per l. si quis in graui §. si maritus de senatusc. Syllan. l. 1. in fine ff. ad l. cornel. de sicar. l. si adulterum cum incestu §. imperator ff. ad l. iul de adult. vbi ignoscitur marito, qui iustum dolorem temperare non potuit; & si persona nobilis sit debet ad tempus

rele-

relegari ex gloss. in l. hec inrea ff. ad l. Iul.
de adult. Alex. cons. 66. lib. 1. col. 2. & id-
14 dem est permissum de iure communi † quo
ad ipsam adulterum l. gracchus in finè
C. ad l. Iul. de adult. vbi etiam declarant
DD. quod debet ad tempus relegari, ma-
ximè si occisos erat vilis, & cũ vxore in-
uentus l. si adulterium §. pen. ff. de adulter.
l. 1. §. fin. vbi Bart. & Marsil. ff. ad l. cornel.
de Sicar. Gugl. de Cun. in l. 1. & 2. ff. de his,
qui sunt sui, vel alien. iur. cum quia iu-
stum, & irrefrenabilem dolorem tempe-
rare non potuit, vt per Soccin. iun. cons.
34. col. 2. & 3. lib. 2. & hinc videmus dicit
ipse quòd hodie adulteria ex quadam
consuetudine nõ puniantur, immò si quis
maritus vxorem suam de adulterio accu-
15 sasset † faceret se cornutum, omnibusque
ludibriose exhiberet, & iudices de tali-
bus hominibus solent sępè truffari, ride-
re, & cacchinari Paul. de Castr. cons. 277.
16 libr. 2. quòd qui non curat cũ proprijs †
manibus de vxore adultera se vindicare,
infamis est; dummodo sit inflagranti de-
prehensa, vt vult Soccin. loco citato sub
nu. 9. Sylu. nuptia. col. 9. Bald. cons. 427.
quędam mulier lib. 5. alias maritus sem-
per diceretur o lis vt per Angel. in tract.
Malefic. in versic. che mi hai adulterato
la mia donna, & per plures rationes, quas
ponit Soccin. loco prêcitato, vbi exten-
dit etiam ad conuocatos, coniunctos, &
amicos, qui interuenerunt in tali homi-
cidio, eodem enim veniunt iure absol-
uendi, vel ea mitiori pęnâ condennandi,
prout maritus, de quo tamen hic non dis-
puto modo, sed dubito. multo magis
igitur, vt sequar ordinem dictum supe-
17 rius nu. 12. licitum est ei illã carcerare †
Auth. multo magis C. de sacr. Eccles. l. fi-
lius familias §. fin. ff. de dona. & per Boer.
d. decis. 275. sub nu. 4. immo quando ipsa
diuertisset à thoro deberet maritus velu-
ti spoliatus quasi possessione thori coniu-
galis ante omnia restitui, & quatenus ip-
sa timeret eius sęuitia, posset saltim se-
questrari alicuius probę, & honestę ma-
tronę custodię, eo modo vt dixi iam infra
in cap. Ritus 135. amph. 28. Regis Alph.
tom. 4. sic dominus potest ipsos seruos car
18 cerare † ad huc in carcere priuato, vt di-
cit Io. Fabr. in § sed hoc tempore inst. qui
sunt sui, vel alieni Iuris, & est limitatio
his casibus ad rubr. & l. vnic. C. de priuat.
carc. quia non procedit in his, Iason in l.
fin. col. 21. vers. ego addo C. de iur. emph.
Boer. decis. 304. nu. 2. & seq. sicut nec pro-
cedit in filio, nam si pater eius relegat
eum ex certo loco, non incidit pœnam
priuati carceris, vt ait Bart. in l. ex facto
in fine ff. de hæredib. instit. DD. in l. 1. &
2. C. de patrib. qui fil. distrax. & l. 1. C. de
emend. propinq. & in l. congruentius, &
in l. si filius C. de patr. potest Boer. vbi su-
pra nu. 3. gloss. fin. in d. l. vnica C. de pri-
uat. carcer. & ibi Cyn. qui ait patrem, &
dominum non incurrere crimen priuati
carceris per text. in d. l. ex facto § proin-
de ff. de hæredib. instit. & in l. 2 ff. de liber.
hom exhib. & in l. amentia ff. de manumiss.
testam. Alber. Ang. & Salicet. in d. l. vnica qui
concludunt patrem, & dominum habere
ius retinendi, & capiendi filium, & seruũ
Io. Fab. ibidem per l. 1. ff. quod tamen fit si
quis test. liber. esse iuss. fuerit & in l. si per-
cussor ff. ad Syllan. & in l. si serui, aut filij ff.
de furt. & in l. pen. C. de agric. & censit.
lib. 11. quemadmodum videmus in ban-
19 nitis † qui vltra quàm possunt impunè
occidi vigore Pragmaticarũ in hoc Re-
gno, multo magis possunt detineri in car
cere priuato, & tertio ipso carcerantes
non incurrit pœnam aliquam; Bald. in l.
si quis non dicam rapere C. de Episc. &
Cleric. & in l. in ipsum versic. item nec do-
minus C. famil. hercisc. Arnon. cautela
Additio ad Bart. in his in suis in fine ff.
ff. de liber. & posth. Alber. de Rosat. in d. l.
gracchus C. de adult. & cum similib. ad-
ductis per Boer. in d. decis. 275. col. 3. vbi li-
mitat nu. 2. etiam non procedere in Ab-
20 bate † incarcerante monachum gloss. in
regul. potest quis de regul. iur. in 6. idem
Boer. d. decis. 304. nu. 3. ex Bart. in l. 1. C.
si quis decur. vbi etiam Salicet. Speculat.
in tit. de accusat. § 1. versic. hoc tamen,
Iason instit. de action. nu. 68. Io. Andr. ad
ipsum Speculat. vbi supra, nec in paren-
21 tibus ligantibus furiosum † l. congruit
§. furiosi vbi Bald. ff. de offic. præsid. Ant.
de Butr. in cap. cum contingat de fori
compet, vbi Felin. & Boer. loco citato, l.
diuus ff. de offic. Præsid. qui loquitur in
furioso, & phrenetico, Augustin. ad Vinc.
Donatistam, quem refert Gratianus in
cap. non omnis 5. q. 5. vbi ait, qui frene-
ticum ligat, & lætargicum excitat, am-
bos amat, ambobus molestus, Roderic.
Suarez Alleg. 1. sub nu. 9. & ad materiam
priuati carceris multos casus refert Io.
Ant. Bosell. in Adnot. ad Stat. Parmæ tit.
de pœna facientis priuatum carcerem;
& sic in istis casibus videmus non incurri
pœnam priuati carceris; quæ secundum
22 aliquos esset pœna læsæ † maiestatis, sed
non est verum per ea, quæ remissiue dico
infra in cap. 159. Regis Alph. versic. pri-
mus casus Tom. 5. ex Boniorno in cap.

Rit.149.in eius Adnotationibus,qui dicit fuisse iudicatum * contrarium in M.R.C. Ann. 1538.23. Apr. 11.indic.pro Hieronimo Montalto contra Procuratorem Regij Fisci ex Luc.de Penna in l.1. C. de Cohort.lib.12. & licet ipse Boniorn. in d. Ritu videatur tenere contrarium, subdens fuisse malè iudicatum, quia in hoc crimine priuati carceris iam læditurMaiestas Principis, & hac de causa accusat tamquam sua intersit per Procuratorem, tamen quicquid fit etiam contrariū eius quod tenuit Boniorn. affirmat Io. Aloys. de Septimo pro reo contra Fiscum ibidē vel die quòd est crimen læsæ largo modo.

Igitur vt videmus quotiescunque castigatio est moderata possunt serui puniri, si enim exceditur modus ob nimias verberationes seruorum,qui fortasse detederent hac occasione, domini possent puniri, sicut dicimus de magistro ver-
23 berante scholarem † vt accidit olim,nam ob mortem eius fuit decapitatus * quidē magister, vt refert Salicet.in l.item quæritur §. & idem Iulianus ff. locati, licet enim magister verberans discipulum nō teneatur, vt ait Prouinzal. in l.sed & si §. si magister ff.ad l. aquil. tamen ex nimia verberatione,ob quam sequitur mox malum aliquod, vtputa mors, & similia,nisi tantum est ei licitum corrigere, & castigare, vel ratione delicti à discipulo commissi d.l.1.C.de emend. propinq. vel vt bonis informetur moribus,adeout potius inducat timorem in discipulum, non autem crudelem verberationem, maximè
24 quia feruentis est discipuli † timere magistrum cap. cum voluntate, & cap. cum non ab homine §. presbiterum extr. de sent. exc. vbi dicitur quòd omne,quod fit ratione disciplinæ, est impunitum, ideoq; sit cautus Magister, vt articulet quòd causa disciplinæ correxerit pulchrè Bart. cons. 104. visis testibus libr. 1. qui etiam dicit quod ex qualitate personæ, & ex qualitate scholaris potest apparere actus ipse percussionis, & de hoc inquantum loquuntur DD. de magistro, extendunt etiam procedere ad seruos, quia d.l.sed, & si, ad huc in eis verificatur l.2.§. fin ff. de his, qui sunt sui, vel alien.iur. vbi illa matrona Vmbricia, fuit condennata per Imperatorem Adrianum in quinquenniū quòd ex leuissimis causis ancillas atrocissimè tractasset † ibique Bal.Angel.& Alberic.de Rosat.qui ait illam legem refrenare potestatem dominorum in seruos, eo quia fratres sunt vt in d.cap. 60 posui & per Boer.d.decis.275.sub nu.3.vbi post

26 Salic.refert de quodā Zoannetti† Grammatico fuisse*Paduæ decapitatum ob crudeles verberationes, quia moderata castigatio moderatè debet intelligi, v. g. cum funiculis, ex hoc enim non dicitur haberi malus animus vt post Menocch. Bonaecons. Alexan.& alios ait Surd. cons. 517.nu.14 15.vol.4. esto quòd hoc modo plagæ essent illatæ.

Hinc non ab re ponitur hic modus castigationis, dum dicitur, iustè, leuiter,& benignè, beneuerum quòd si serui essent
27 vt solet,fugitiui, & contumaces † vt hic, est licitum eos poni incompedibus,& cipis ratione fortasse interesse, & expensarum, & sumptuum, quæ fiunt in eis quærendis, prout videmus in hærede, qui si vult quęrere seruos legatos fugitiuos,debet sumptibus legatariorum hoc facere exhis, quæ dicit Bart.in l.si seruus ff. de legat.1.vbi etiam ait quòd secūdum qualitatem, & personam quærentis deberet dari equus ad quærendum per l.idemque §.idem labeo,& ibi not.ff.mand.cura tantummodo, & sollicitudo, siue onus erit quærentis, vt ibi per eum, & in l.si sic legatum §.si quis ita nu.4.ff. eod. & per ea, quæ adduxi ad Consuet.Panor.cap. 20.n. 19. & ideo ratione istorum sumptuum, aut factorum, vel euitandorum, licitum est dominis in dictis compedibus eos ponere ratione delicti, vel excessus, vt prędictum est, vnde ex causa semper permissa est castigatio Bar.in d.l. 1.ff.de his qui sunt sui vel alieni iur. latissime omnino Marcus Maut. ad Affl. de iure prothomis.fol.97.& seq.

Et habet locum hoc capit. nedum in seruis proprijs,sed etiam pignoratis,quia creditor res pignoratas non debet malè tractare, aliàs tenetur pignoratitia, nisi iure permictente fecerit, & ideo si serui
28 pignorati deliquerint † possunt cum moderamine malètractari, ita expressè ait Bart.in l.eleganter §.& si res ff de pigno. action.& quod notat idem Bart. in l.1 §. non autem, vbi Additio ff. de dol. Roman. singul. 471. & ex hoc etiam dicam infra in cap.71.versic.sic etiam quòd dominus, qui prostituit suam ancillam, dicatur eam male tractare.

Quomodo autem potest responderi ad ea, quæ dicit Roman.in l. & si certus §. si
29 vnus ff. ad senatusc. Syllan. & ad Capic. decis.126.qui dicunt † quòd dominus potest torquere seruos, ibi dicendum est quòd in casibus grauibus licet.

Descendendo etiā textus hic ad quædam indiuidua dicit multa,& præsertim, ibi,

30 ibi, in facie, vel in fronte signari † quia
non licet seruis hoc facere, nam etiam
nullus potest propter delictum in facie pu
niri, cum sit ad imaginẽ Dei, facie prag-
mat. vnica tit. 39. de pœna obtruncantium
nares tom. 1. pragmaticarum, vbi pœna
mortis naturalis imponitur, Bart. in l. 1.
§. vsque adeo ff de iniur. l. qui sententiam
C. de pœnis, Andr. de Ysern. in constit. si
damna tit. de homicid fol. 56. col. 1. vers.
& de priamo, & per ea, quæ ait Matth. de
31 Affl. loquendo generaliter de homine †
qui creatus est ad imaginem, & similitu-
dinem Dei in proœm. constit. fol. 19. num.
7. ex Archid. 33. quæst. vlt. cap. hęc imago,
Cardinal. in proœm. decret. hinc est quod
non valet statutum, vt fur bulletur in
facie Angel. in l. si quis C. de pœn. Alex. in
l. cũ diuersis de relleg & sumpt. fun. Ber-
tach. in verbo statutum fol. meo 99. col. 3.
immo dignissimus creaturarum l. iustis-
simè ff. de ædil. edict gloss. in l. cognitio-
num §. æstimatio ff. de munerib. & hono-
rib. intelligendo de ea creatura, quæ non
est ad imaginem Dei ex his, quæ posui su-
pra eod. in proœ n. part. 1. & ex his, quæ
tetigi de hoc Regni capitulo in Consuet.
Panor. cap 24. nu. 2. l. in metallum C. de
pœnis, Bonforn. Gregor. & de Pateen hic.
l. 6. tit. 31. Part. 7. Amescua in tract. de po-
test. in se ipsum cap. 13. nu. 8. lib. 1. Gugl.
de Bened. in quæst. præd an occid. lic. pec-
catores nu. 10. qui refert Damascænum
libr. 2. vbi quod peccatum committitur
per hoc, quod receditur ab eo, quod est
secundum naturam, in id, quod est con-
tra naturam, & secundum naturam, &
quod corpus hominis integrum sit mem-
bris, contra eam tamen fit quod sit illis
32 diminutum, tanto magis quia caput † est
nobilior pars corporis secundum Bart.
in l. cum in diuersis ff. de relligios. & sum-
ptib. fun. Bald. in cap. 1. §. adhæc de pac.
iuram. firm. Fælin. in cap. cum non liceat
in princ. de præscript. vbi tractat, an vbi
est caput censeatur esse totum corpus, vn-
de est quod DD. ponunt de teste dicente
quod cognouit aliquem esse talem, quia
vidit caput eius, laté Bart. in l. stigmata
C. de fabricentib. lib. 11 & per ea, quæ po-
sui de capite in d. consuet. 24. & quæ teti-
gi supra in cap. 45. Regis Iacobi nu. 106.
tom. 1. intantum vt faciant DD. dubium
33 an vendito capite castri † intelligatur
venditum totum castrum vt per Bald. in
d. §. ad hæc de pac. iuram firm. & notatur
in cap. in Ecclesiastico 13. quæst. 2. de qui-
bus per Additionem ad Bart. in d. l. cum
in diuersis, & in terminis quod non liceat
in capite, vel in fronte bullari non ob-
34 stante quouis statuto † ita determinat,
Ang. in d. l. cum in diuersis gloss in l. item
mela §. 1. ff. ad l. aquil. l. si quis in gloss. in
verbo figurata C. de pœnis, Neapod. in
cap. Regni Neapolis, incip. ad hoc nu. 6.
ibiq; Niger nu. 29. Et licet in d. l. si quis
adnotauerit Carauita quod hoc nõ proce-
dit in muliere, ratione quia, dicit ipse, illa
35 non sit facta ad imaginem Dei † per d.
cap. hæc imago 33. quæst. 5. Guglel. de
Benedict. in repet. capit. Raynutius nu.
38. de testam. de Paternion. hic Chassan.
in Cathalog. Gloriæ mundi part. 2. con-
sid. 78. gloss. in cap. dilecti de maiorit.
& obedient. Adnotatio ad Affl. in proœ-
mio const. Regni fol. 22. col. 2. in litera A
vbi etiam citat Philosoph. qui dicit quod
36 mulier † ad speculum pingitur in contu-
meliam sui artificis, & conatur fieri pul-
chrior quàm nata sit, vnde nascitur quod
potest truncatione nasi puniri, constit. le-
gum asperitate lib. 3. Affl. ibi, nu. 10. con-
stit. lenas eod. Duenn. regul. 290. Facies,
ego tamẽ non puto hanc opinionem verã,
nec circa præsentem differentiam dari.

Marius Muta.

De non vocando Christianos, quamuis sint serui, vel etiam si fuerint Iudæi, canes, renegatos, & de pœna statuta contra vocantes. Cap. LXIII.

VErumtamen quia prædicti Neophiti post tantam diuinam baptismatis gratiam non sunt afficiendi contumelijs, ac iniurijs exprobrandi, quinimmo charitate fraterna, ac humana debent benignitate tractari, statuimus quòd nullus dominorum Neophitorum dictorum, vel extraneus tam temerarius existat, vt prædictos seruos Neophitos de cætero audeat exprobrare con-

conuicijs, & contumelijs afficere, videlicet vocando eos, vel aliquem ex eisdem seruis canes renegatos, per quæ videatur eidem baptismati derogari, quoniam sic eos vocando, & exprobrando, videatur innuere, quòd de fide ad perfidiam, & de veritate declinauerint ad errorem, cum renegare secundum fidem hoc sapiat veritate relicta erroribus ad errorem, & canes vocari secundum vsum loquendi Iudæi tantum sint soliti, ac pagani. Hoc idem de Iudæis ad fidem Catholicam redeuntibus duximus statuendū; quòd si quis contrafecerit per annum vnum stet in vinculis carceratus, nisi pœnas ipsas in alias arbitrati fuerimus commutandas.

SVMMARIVM.

Serui facti Christiani non vocentur canes renegati sub pœna, nu. 1.

Iudæi sunt peiores Saracenis, & sodomitis, nu. 2.

CONTINVATVR adhuc materia, de qua in superioribus capitulis est tactum, & non potest breuius summari, quā dicitur in hac rubrica, nempe † ne vocentur serui Christiani facti, & sic Neophiti canes renegati, aliàs contraueniens punitur pœna carceris per annum in vinculis aut pœna arbitraria; facit aliud cap. 75. infra eod. vbi quòd prohibitum est seruum Christianum vendere pro Saraceno, q. d. quòd Christiano semel effecto seruo, vt Christianus debeat semper reputari: & de his iniurijs videor tetigisse regulariter supra in cap. 5. & in puncto quòd canes realiter sint antequam Christiani facti sint, ita est textus hic prope finem. & in cap. quidam 22. q. 4. & per Oldrad. cons. 71. nu. 2. vbi quòd canes in Ecclesia propter pacem Ecclesiæ quandoque toleramus, & facit Matth. cap. 15. ibi, non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus, ergo textus loquitur hic, postquam assumpserint sacrū baptisma, ante enim Iudæi † sunt peioris Saracenis ex Menocch. de arbitr. iud. cent. 3. casu 290. nu. 22. lib. 2. & sodomitis, quod est mirabile, vt ait Ludou. Pegner decis. 13. nu. 12. & seq. & ibi Additio nu. 19.

Marius Muta.

De baptizando partu seruorum postquam ad lucem peruenerint. Cap. LXIIII.

AD pullulandum etiam, & augmentandum dictam fidem Catholicam, & vt paruuli in infantia baptizati, crescant, & roborentur in ipsa, perpetuo mandamus edicto, vt domini seruorum, siue Christianorum, siue Saracænorum parientiū, partum ipsum, postquam ad lucem peruenerit, sicut assuetum est in suis filijs facere, baptizari procurent, quòd si contrafecerint, infantes ipsi, nihilominus sine calumnia per Ecclesiam baptizati, liberi statim fiant.

SVMMARIVM.

Generatio ita particeps de matre, sicut de patre, hic formā, illa præbet materiā, n. 1.

Gene-

Generationis ad prolem tam semen mulieris quam hominis concurrit actiuè, & passiuè, ibid.
Partus sequitur matrem in seruis, secus in ligijs, nu. 2. & seq. & nu. 3. & 4.
Gallus si cooperuit gallinam cuius sit ouus, & sic de equo iumentam, &c. nu. 2.
Ancilla legata si peperit, partus est legatarij, nu. 3.
Ancilla prægnans empta si peperit, partus est ementis, & quando nu. 4.
Serui statim nati ex partu ancillarum infidelium debent subito baptizari contradicentibus etiam dominis, & parentibus, num. 5.
Baptizari non coguntur partus infidelium non subditorum, num. 6. 7. 8. nisi de facto fuissent baptizati, nu. 9. 14.
Sacramenta nõ conferuntur inuitis, ibid.
Patriam potestatem habent etiam infideles eum eorum filijs, nu. 7. fallit quando filij fierent Christiani, nu. 8.
Iudæos esse in mundo verificatur ex prophetia Esaia, ibid.
Prohibentur multa ab initio qua post facta tenent, & exornatur hac regula, nu. 9. cum seq.
Monachi licet non possint esse executores testamentorum, fallit quoad electionem pauperum. vel quando illa exteut ifuerint, num. 10.
Sententia licèt nõ debeat ferri sub conditione, lata tamen tenet, nu 11.
Minores licèt non debeant examinari in testes tamẽ examinati faciunt indiciũ n. 12.
Præsumptio iuris, & de iure licet non admittat probationem in contrarium, admissa tamen tenet, nu. 13.
Baptizari licet non debeat quis inuitis parentibus liberis infidelibus, tamen baptizatus de facto tenet, nu. 14.
Eucharistia sanctissimum non debet consecrari post pastum, si tamen aliquis Sacerdos sic consecraret tenet, nu. 15.
Baptizari paruulos sufficit oblatio in fide parentum etiam spiritualium, nu 16.

HIC textus prima facie videretur innuere quoddam absurdum, dum dicit tam in rubr. quàm in textu, ibi, partu seruorum, & ibi, seruorũ, parturientiũ, cum debuisset dicere, seruarũ, quarum est proprium parere, & non hominis, attamen vult intelligere de illo masculino concipiẽte etiam femininum, cum etiam quia partus communiter omnis, loquor in distinctè, ita potest participare de homine, sicut de muliere, ex quo generatio
1 secundum Phisicos sic dicitur de generatione matris sicut, & patris, cum mater præbeat materiam, & pater formam in ipso generationis actu prout per Arist. 2. de generat. animal. Paul. de Castr. in l. 1. col. 1. C. de condit. infer. & cons. 314. Auicenna in eius textibus, Bald. in l. fin. C. de seru. fugit. & ideo iste textus vult dicere, quod siue partus habeant patres seruos, quàm matres seruas, semper baptizari debeant, & sic expono, ibi, parientium, eo quia ad generationem prolis requiratur quod semen vtriusq; concurrat actiuè, & passiuè referendo singula singulis secundum ea, quæ dicit Pet. de Anchar. in cap. fraternitati tuæ, de eo, qui cognouit consanguin. vxor. suæ, vbi Hostiens. Ioann. Andr. & Innoc. & ibidem Abbas, quod refert ita tenere Medicos, & per Gabriel. de Terrega in eius opere Theoric. & pract. medicinali littera Sperma, quæst. 16. post Auicenn. in textuali, ex Abbat. Fideric. de Senis, cum similib. ad propositum adductis per Nicol. Boer. decis. 241. num. 8.

Et intelligo si serui patres, & matres in simul essent in potestate, siue dominio illius domini, cuius esset futurus partus, nã magni refert hoc, ex quo si duo domini essent, vtputa vnus dominus vnius serui masculi. & alter dominus vnius ancillæ, quæ habuerit rem cum seruo alterius domini, vtrumq; isto casu partus, non obstante quod participet etiam de semine alieni serui, attamen erit illius domini, cuius esset mater, cum regulariter partus
2 † sequatur ventrem l. partum, & l. in ciuile C. de rei vendic. quamuis secus in hominibus ligijs, quia tunc sequitur patrem, & propterea si filius natus esset ex homine ligio meo, & muliere, quæ etiam sit ligia, sed alterius domini, dicit Martin. de Fano in tract. de hominitijs, quod mihi erit adiudicandus per l. ne diutius C. de agric. & cẽsit. lib. 11. arg. c. 38. Regis Iacobi incip. ad nouas communantias, & quæ ibi dixi tom. 1. cum iura plus faueant mihi hoc casu, qui sum dominus patris, quam illi, qui est dominus matris, vt ait Speculat. in tit. de homag. & fidel. §. 1. versic. quinto quæritur, & in tit. de feudis, Guid. Papæ decis. 313. & ad hanc materiam Chassan. super consuet. Burgund. in tit. des mains mortes rubr. 9. §. 3. num. 4. sic, vt sequar materiam, dicimus de gallo
3 † qui si cooperuit gallinam, ouus est domini,

mini, quam quæstionem ridiculosam, &
facetam ponit idem Chassan. vbi supra, &
in rubr. 4. §. 23. nu. 58. & seq. vbi de asina,
vel equa, quæ fuit data, vt cooperiretur
ab equo, per regulã quod partus sequatur
ventrem, & ex his, quæ etiam subdam
modo.

Hic vero dum loquimur de ancillis, earumq; partibus, erunt eius, quarum est
dominus, sequitur enim ventrẽ, vt dixi,
3 hinc legata ancilla † videmus quod si ipsa
postea peperit, partus est legatarij qui
est dominus ancillæ post aditam hæreditatem,
vel ipsum legatum vt per Bart. in
l. licinius ff. de legat. 2. qui ait hoc esse
multum notabile, facit l. vaccæ, & l. si pregnans
4 ff. de euict. etiam si mater ancilla †
fuerit empta prægnãs, ex quo partus erit
adhuc ementis, dummodo tamen cariorem
propter dictum partum emisset, quia
tunc non videtur habere ex causa lucratiua,
sed onerosa vt dicit idem Bart. in l.
quod ex pamphilia ff. de legat. 2. alias si
empta fuisset, nõ tamquam prægnans, licet
partus esset vendentis, nihilominus
debet haberi ratio sumptuũ factorum ad
hoc, vt partus haberetur, cum ancilla sit
prægnans non potuisset operari, vt declarat
ipse ibidem per l. fundus in princ. ff.
famil. hercisc. & faciunt quæ scripsi in
Consuet. Panormi cap. 44. nu. 74. 75.

Igitur, vt intrem materiam, cuiuscumque
fuerit partus ancillæ parturientis,
5 debet statim baptizari † vt hic, de quo
tetigi super Consuet. Panormi cap. 36. nu.
37. potest quippe legislator ordinare, vt
baptizetur, cum sit hoc ad salutem, Affl.
decis. 154. & tertia, Loffred. cons. 48. Fab.
Iordan. super constit. Regni, si quis in posterum,
de defens. imposit. alias si per ecclesiam
infantes ipsi, & partus baptizati,
statim libertatem acquirunt, vt in fine
huius capit. legitur, intantum vt, non
obstante contradictione parentum seruorum
saracanorum, vel iudeorum, possint
baptizari eorum partus, & procurari per
dominos, vt ad ipsum sacrosanctũ baptisma
accedant, ratio est, quia tales serui
non habent in potestate sua partus, vt inferius
subdam, quod secus esset si partus
essent iudeæ, vel saracenæ liberæ, & sic
non seruæ, quia isti tales non possunt co-
6 gi sed moneri ad fidem † nec eripi à parentibus
eorum, & baptizari secundum
gloss. in cap. iudeorum 28. quæst. 1. de qua
memini super d. Consuet. Panor. 36. nu. 36.
quam sequitur Cardin. Florent. & Marian.
Soccin. in cap. sicut Iudæis, vbi Abb. &
Calderin. cons. 3. de Iudæis, nam sacramenta
non conferuntur inuitis ex adductis
supra in cap. 39. in 2. intelligẽtia versic.
sicut tom. 1. Oldrad. cons. 72. nu. 1. cap. fidẽ
23. q. 1. cap. qui sincera dist. 45. cap. pen. 23.
quæst. 4 cũ similib. per eũ, vbi quod nemo
cõpellẽdus est ad fidem, & tunc filij, & par-
7 tus † sunt in eorum potestate, sicque patria
potestas eis competit, vt in d. consu.
36. posui, & modo addo Ioann. de Anan.
in cap. & si iudæos, de Iud. Cardin. Alex.
loco citato in d. cap. qui sincera, quicquid
dixerit ibi Archid. quem reprobat Affl.
d. decis. 151. nu. 4. & ante eum Alex. cons.
99. col. 3. in princ. lib. 6. & cons. 71. libr. 2.
** vbi ait esse magis ** comm. opin. cap. ius
quiritum dist. 1. Cardinal. in Clem. 2. q.
vlt. de iud. gloss. in §. 1. instit. de patr. potest.
Bald. in cap. 1. an marit. succed. vxori,
& in cap. 2. de frat. de nou. benefic. inuestit.
Scot. 4. sent. dist. 4. Ioann. de lign. in
d. capit. & si iudeos, D. Anton. 3. part. suæ
summæ tit. 14. cap. 13. fol. 191. Alberic. in
l. 3. C. de patr. potest. idem Alex. in l. placet
ff. de acquir. hæredit. l. 1 § hoc autem
ff ad trebell. Iason in l. frater à fratre ff.
de condit. indeb. Gugl. de Bened. in cap.
Raynutius versic. si absque liberis morer.
2. nu. 38. extr de testam. Gloss. Parisiens.
in Consuet. §. 117. tunc enim non dicuntur
filij iudæorum esse in eorum potestate †
8 quando efficiuntur Christiani, vt dixi in
Consuet. Panor. cap. 48. nu. 61. addo Addition.
primam ad Bartol. in d. l. placet. ff. de
acquid. hæredit. nam ipsi tunc voluntariè
dicerentur se subtipere à parentum infidelium
potestate de perse, non per alium
ex quo sequeretur quod si coactè baptizarentur
tales filij inuitis patribus, nullus
esset iudæus in mundo, & per consequens
non verificaretur illa prophetia
Esayæ cap. 10. & ad Roman. cap. 9. quod
reliquiæ Israel saluæ fient, & prout testatur
Affl d. decis. 151. nu. 1. qui ait sic tenere
D. Thom. 22. quæst. 10. art. vlt. R cchar.
4. sent. dist. 6. & per D. Anton. vbi supra
tit. 12. cap. 1. §. pueri Iudæorum, & per cõsequens
concludo non posse filios iudeorum,
& infidelium inuitis parentibus non
seruis, nec seruituti subiectis, baptizari,
& ita alias voluit statuere noster Rex Serenissimus
Fidericus, de quo modo loquor,
vt testatur Affl vbi supra, quia si
alias, iam ipse per hoc cap. statueret quod
etiam filij saracænorum, & infidelium,
non seruorum, nec seruarum baptizarentur,
quod non dixit, vt hic patet ¶ Nisi
9 de facto fuissent † baptizati tales filij, nam
tunc etiam tenet baptisma vt dicit D.
Thom. loco citato, & ita sentit Affict. cui
addo

addo rationem vulgatiſsimam, eo quia
licet multa à principio prohibeantur, fa-
cta tamen poſt tenẽt, vt ſcripſi in conſue.
Panor. cap. 21. in principio. ¶ Hinc dixi
in alia conſuet. Panor. cap. 72. nu. 13. poſt
aliquas illationes, quòd licet monachi,
10 & ſic fratres Mendicantium† non poſſint
eſſe executores teſtamẽtorum ex ijs, quæ
ibi adduxi, & modo addo Clement. exiui
de paradiſo de verb. ſignif. Bart. in l. 1. ſub
nu. 7. ff. delegat. 2. & in tract. minoric. & in
l. cum pater § hæreditatem ff delegat. 2.
(vbi limitat niſi quoad electionem pau-
perum, nam poſſunt, & in l. à filio ff. de
alim. & cibar. legat. vbi Alex. Bald. in l.
fin. §. fin. C. comm. de legat. Additio ad
Bart. in d. §. hæreditatem) gloſſ. in clem.
1. verb. ſuſcipere extr. de teſtam. Angel.
conſ. 272. Bald. conſ. 437. lib. 4. & in Auth.
ingreſsi C. de Sacroſ. Eccleſ. Paul. de Caſt.
in l. ex facto § ſi quis rogatus 2. ff. ad Tre-
bell. Dominic. in cap. relligioſus in gloſſ.
2. de teſtam. in 6. ſi tamen fuerint execu-
ti illud, tenet, vt in d. conſuet. 72. poſui
Feder. de Senis conſ 284. Roman. conſil.
409. & conſ. 215. ¶ Hinc eſt etiam pro
11 ampliatione dictæ regulæ quod licet †
ſententia non debeat ferri ſub conditio-
ne, tamen lata tenet, l. 2 §. ſi biduum ff.
quand. appell. ſit, gloſſ. in l. fin. C. de his,
quib. vt indign. ¶ vbi licet impuberes
12 non debeant † examinati, tamen examì-
nati faciunt indicium, Alex. in l. ſepè col.
2. ff. de re iudic. Stara. in l. fin. fol. 2. C. de
de edict. diui Adr. toll. ¶ Sicut dicimus
de preſumptione iuris, & de iure, nã licet
non admittatur probatio in contrarium
13 † vt eſt gloſſ. ſingularis in l. fin. ff. de eo,
quod met. cauſſ. Bart. in l. Iulianus nu. 2.
ff. de condic. indeb. Cyn. & Salicet. in auth.
ſed iam neceſſe C. de donat ant. nup. Can-
net. in cap. volentes fol. 96. ſub num. 14.
quicquid dicat Additio ad Bart. in l. in
ratione §. quod vulgo in litera B. ff. ad l.
falcid. ex Bald. conſ 4. libr. 1. admiſſa ta-
men tenet, vt ait Innoc. in cap. cum dile-
cti de reſcrip. Alex. conſ. 77. lib. 2. col. fin.
Purpurat in Additionib. ad Iaſon in l. pa-
tre furioſo ff de his qui ſunt ſui, vel alien.
iur. nu. 17. in litera B. & ita ſentit Mila-
nſ. deciſ. 3. nu. 67. & 68. libr. 1. ¶ Sic dico
14 de baptizato † qui inuitis dictis parenti-
bus fuerit de facto baptizatus, nam te-
net baptiſma, & erit baptizatus verè, vt
per D. Thom. vbi ſupra, & iddem tenet
Piſanella in verbo Iudæus, non obſtante
quod contrarium dixerit Paludan. 4. ſent.
diſt. 4. Cardinal. S. Sixti in d. cap qui ſin-
cera, & ibi Cardin. Alex. quos tacitè vi-
detur reprobare Affl. d. deciſ. 15 t. num. 8.
¶ Ita videmus quòd licet Sanctiſsimum
15 Euchariſtia† cõfici poſtpaſtũ non debeat,
nec etiam conſecrari, c. liquido de con-
ſecrat. diſt. 2. & cap. nihil contra §. nullus
7. quæſt. 1. Abb. in cap. ex parte veſtra, &
ibi gloſſ. & Belenzi. in Addition. de cele-
brat. miſſar. Ioann. de Turrecremat. in c.
ſacramenta de conſecra. diſt. 1. vbi tamen
quis conſecraret, & conficeret ſic, verè
conficeretur, vt per gloſſ. in d. cap. liqui-
do in verbo ſeruatur, gloſſ. in d. c. ex par-
te in fine, Bonifac. de Vitalin. in element.
1. §. tranſiturus nu. 3. cum plurib. ſeq. de
reliq. & vener. ſanct. gloſſ. in cap. quod à
patribus in verb. ieiunio diſt. 85 Nicol.
Boer. deciſ. 4. nu. 2. vbi ni fallor reſpondet
ad illud de Cæna Domini.

Et quantum ad partus ancillarum Sa-
racænarum, & ſic infidelium, ſufficit obla-
tio facta in ſacro baptiſmate per paren-
tes ſpirituales, hoc eſt compatres, ſiue
16 comatres, ſicut enim ſufficit oblatio † in
fide parentum carnalium paruulos bap-
tizari, cum ex hoc iam recipiant chara-
cterem, cap. maiores de baptim. cap. illud
de conſecrat. cap. hi qui, & cap. paruuli
diſt. 3. Caietan. in ſacramentali de Bap-
tiſm. quæſt. 38. & 41. ſic ſufficit receptio
dicti characteris per parentes ſpiritua-
les offerentes, & pulchrè per Affl. vbi ſu-
pra nu. 5. cum ſeq.

Marius Muta V.I.D.

Vt nulli Saraceno, vel Iudæo liceat Chriſtianum ſeruum emere, vel tenere, & de eo non vendendo infideli, & de pœna ſtatuta in eo, qui contrafecerit. Cap. LXV.

CVM indignum ſit Chriſtianos ſeruos per baptimatis digni-
tatem effectos Chriſti filios, & fideles, Iudæis, quos propria
culpa ſuppreſsit perpetuæ ſeruituti, vel cæteris etiam infi-
delibus

delibus ministrare, itaq; volumus, & distinctè mandamus, vt nulli Iudæo, aut Saracæno, vel alicui alij infideli, baptizatum, vel baptizari volentem emere liceat, vel in suo seruitio retinere, quòd si quem, nondum ad fidem conuersum, causa mercimonij emeret; & postmodum factus sit, vel fieri desideret Christianus, datis pro eo duodecim solidis, ab illius seruitio protinus subtrahatur. Si autem infra tres menses ipsum venalem non exposuerit, vel ad sibi seruiendum tenuerit eundem, nec ipse vendere, nec alius audeat comparare, sed nullo dato pretio, perducatur ad premia libertatis. Venditor autem, qui seruum Christianum scienter vendiderit infideli, pænam carceris per annum continuum substinebit, & nihilominus seruus ipse præmio gaudeat libertatis, nisi pænas prædictas in alias arbitrati fuerimus commutandas: si vero serui Iudæorum, non emptitij, sed nati in domibus fuerint eorundem, statim cum baptizati fuerint, eisdem dominis nullo dato pretio, libertatis premia consequantur.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

Seruum baptizatum, vel baptizari volentem nulli Iudæo, nec Saraceno licet tenere, nu. 1.

Serui empti per infideles dominos, si vellent baptizari, possunt, & debent affranchari per eorum dominos, & quid soluët, nu. 2. aliàs si nollent vendere consecuntur libertatem, nu. 4.

L. nec emere C. de iure delib. fallit in domino infideli habente seruum volentem effici Christianum, ibid.

Solidus, & aureus idem sunt, & 72. solidi faciunt libram, nu 3.

Seruus Christianus non poteß vendi infideli domino, nu. 5.

QVATVOR dicuntur in sũma in hoc capitulo quòd iudæis, alijsque Saracænis est prohibitum tenere, vel emere seruos baptizatos, vel baptizari volẽtes. Secundo quòd esto quod tales iudæi, & infideles emissent seruos adhuc infideles, & nihilominus tales serui eorum voluissent baptizari, coguntur eos liberare statim à iugo seruitutis, datis 12. solidis, & elapsis tribus mensibus, illis renuentibus vendere, serui prædicti consecuntur præmia libertatis. Tertiò quòd vendens scienter seruum Christianum infideli, perdit talem seruum, sed efficitur liber, & venditor incurrit pænam carceris per annũ continuum, vel aliam pænam arbitrariam. Quarto & vltimo quod serui nati in domibus infidelium, statim effecti Christiani; & sic baptizati efficiuntur liberi. ¶ 2. ibi, quod si quem, 3. ibi, venditor autem, 4. ibi, si vero serui iudæorum.

Capio igitur, reassumendo primam
1 partem, & dicimus quòd nulli iudæo †
vel saracæno liceat emere seruum baptizatum, vel baptizari volentem rubr. C. ne Christ. manc. cap. 1. de iud. Boniorn. & de Gregor. hic ratio est manifestissima in hoc Regni capit. quia indignum est Christianos seruos per baptismatis dignitatem effectos filios Christi, & fideles, ministrare, siue seruire infidelibus, vel iudæis, quos propria culpa suppressit perpetuę seruituti, intantum vt sequeretur de necesse, vt cogantur eos vendere, vt sobdam modo in 2 parte.

Secunda pars, quæ nascitur cõsecutiuè ex dicta prima parte, vt tetigi, est quod
2 in casu quo † infideles causa mercimonij emissent seruos adhuc infideles, & sic non baptizatos, & tales serui desiderarent effici Christiani, & multo fortius quando

do essẽt facti Christiani, nam vtroq; casu 5
debent affranchari, solutis prius 12. so-
lidis, nec possunt amplius illos in eorum
retinere seruitio. & est limitatio ad l. nec
emere C. de iur. delib. vbi quòd licet ne-
mo inuitus cogatur vendere rem suam
fallit tamen in isto casu, argum. eorum,
quæ posui supra in cap. 38. Regis Iacobi
nu 85. tom. 1. ratio est eadem, de qua di-
ctum est superius in prima parte, quia
indignum est dictos seruos effectos Chri-
stianos ob tantam dignitatem seruire
talibus infidelibus, & sic ex quo in tali
distractione coactè facienda precium re-
demptionis, siue recaptitus est taxatum,
nempe ad dictos 12. solidos, vtiq; non po-
test amplius replicari circa augumẽtum
dicti precij, arg. etiam eorum, quæ dixi
in d. cap. 38. nu. 87. dantur enim casus in-
quibus est locus recaptui non obstante
venditione facta, seruis maximè venditis
personis inhonestis, vide inferius in ver-
3 sic. tertia pars: Solidosq; † hic accipimus
ac si aureos, quia aureum, & solidus id-
dem sunt ex adductis infra in cap. Regni
258. Regis Alph. sub versic. & ad id tom.
5. vbi scripsi quod 72. solidi, vel aurei,
faciunt libram de iure communi l. quo-
ries vbi Bart. C. de exactor. tribut. gloss.
in l quicumq; C. de seru. fugit. & in §. fin.
instit. de pæn. temer. litig. Iason in l. lecta
nu. 3 ff. si cert. pet. & in l. si puniri C si cõ-
tra ius, vel vtil. publ. gloss. in l. si sine ve-
nia ff. de in ius voc. in verbo, aureos per
l. quotiescumque C. de suscept. & Arch.
gloss. in Auth. sed nouo iure C si cer. pet.
& ibi Anell. de Bott. l vbi numerus ff. de
testib. Couarr. in tract. veter. collat. nu-
mism. cap. 2. post tract. pract. quæstio. fol.
618. & prout in d. cap. 258. est materia,
& ob id habebitur respectus ad arbitri-
um, nam circa istam affranchationem
dabitur quod iustum erit. Et in tantum
habet locum hæc 2. pars, vt si v. g. tales
infideles, qui possedissent seruos mauros
quidem, & postea effectos Christianos, &
nollent † eos venales exponere infra tres
menses, sed retinuerint ad sibi seruien-
dum, tunc nec ipsi amplius vendere eos
possent, neq; illos vllus emere, sed nullo
erogato precio consequentur præmia li-
bertatis, & est alius de casibus, in quibus
seruus consequitur libertatem, præter
illos, quos adduxi supra in cap. 59. in 4.
dicto, versic. nec residet in hoc, & ob id
notificandum erit istis talibus infideli-
bus ad hoc vt e[...] illis scientia, & in-
fra istud trimestre [...]endere debeant.
Tertia pars prohibet seruum Chri-
stianum vendi infideli † domino, est qua-
si concors infra cũ capit. 73. vbi est etiam
prouisum vt nullus aliquod mancipium
Christianum de græcis de Romania ven-
dere audeat personæ suspectæ, de qua
euidenter apparere, vel cõiecturari pos-
set apertè ipsum, non nisi ad turpe ser-
uitium, siue quæstum velle habere, vel
ideo prohibetur emere, quia posset eum
circumcidere, vel facere iudaizare, ita
Marquard. de iud. part. 3. cap. 2. in fine,
Surd. cons 498. sub nu. 22. libr. 4. (arg. eo-
rum, quæ scripsi supra in d. cap. 59. in 4.
& vlt. dicto, versic. amplia) & datur ista
differentia de vendente seruum Chri-
stianum infideli, vt hic, vel de vendente
personæ suspectæ, prout in d. cap. 73. quia
primo casu etiam si concurreret volun-
tas serui, non possent vendi, & venditor
ipse incurrit pænam carceris per annum
& seruus venditus efficitur liber, vt di-
xi in d. cap. 59. in d. 4. casu: secundo vero
potest à domino vẽdi cum voluntate dicti
mancipij, sic colligitur in d cap. 73. ibi,
aut si fortè, vbi dicitur quòd si manci-
pium tam magnam deuotionem ad do-
minum priorem habuerit, ita vt nullo
modo videatur eidem cum alio viuere
benè posse, tunc sine voluntate ipsius mã-
cipij de ipso nulla fiat alienatio, & hoc
illa ratione quia durum, & crudele vide-
retur christiana mancipia de dominio
vnius ad alterum, quacumq; alienatio-
nis causa transferri, cùm forte ipsa man-
cipia sub dominio patroni prioris, paci-
ficè, honestè, deuotèquè diutius conuer-
sata, doleant ad alium ignotum domi-
nium transitura, verentia, vt sub nouæ
emptionis dominio honestè viuere ne-
queant, nec per emptoris abusum absq;
detrimento animæ conuersari, prout hæ
rationes ponuntur in d. cap. 73. in prin-
cipio, nisi fortassis vrgens causa, atque
necessitas imminerent, nec residet in hoc
ille textus sed subditur quòd si dominus
contrafecerit, seruus protinus liber fiat,
restituto preciò emptori per vendito-
rem, sicque fit recapitus, vt tetigi supe-
rius in versic. 2. pars, venditorquè ipse
per mensem carceri mancipabitur, nisi
in alias pænæ ipsæ commutatæ fuerint, &
illud est, quod subditur in d. cap. 37. in fi-
ne, ibi, hoc tamen vt supra, idest in isto
2 capitulo 65. est dispositum: & sicut di-
xi supra in capitulo 62. propè princi-
pium, quòd potest cogi dominus quan-
doque ex causa vendere suum seruum,
ita econuerso potest aliquando prohi-
beri vendere personis infidelibus, & mi-

nus honestis, & vidi in facto renuisse aliquos secus vendi non simpliciter, sed certis personis, vt hic.

Muta V.I.D.

De signo deferendo à Saracænis, vt discernantur à Christianis, Cap. LXVI.

QVoniam in terris nostri dominij sic quædam inoleuit confusio, vt à Christianis Saracænos nulla distinguat diuersitas habitus, vnde contingit interdum quòd per errorem Christiani Saracænorum, & Saracæni Christianorum mulieribus commiscentur, & plura exinde enormia commictuntur, ne igitur tam damnatæ commixtionis excessus per velamen erroris huiusmodi, & excusationis vlterius posit habere diffugium, & vt aliorum, quæ commicti possunt, materia præcludatur, de Saracænis ipsis prouidere volentes, cum prouiderimus de Iudæis, statuimus, vt Saracæni ipsi vtriusque sexus in toto nostro dominio, & omni tempore, vt à Christianis facilius discernantur, signum bastoni rubei longi per vnum palmum, & ampli per duos digitos per transuersum deferant ante pectus.

S V M M A R I V M.

Turca siue Saraceni liberi debent portare signum in capite, nu. 1. & seq. & quare, num. 4.

Hebræi debent portare signum in capite, num. 2.

Vitium rei transit cum ipsa re in tertium possessorem, nu. 3.

Argumentum de rebus ad personas valet, ibid.

Habrei descendunt ab Ismaele, num. 4. & seq.

Mahomecti secta traxit originē ab Agar, num. 5.

Sarra significat Ecclesiam Catholicam, ibid.

Peccatum facit hominem bestijs comparare, num. 6.

PRAECIPITVR vt saracæni deferant † Signum aliquod ad hoc, vt facilius discernātur à Christianis arg. l.mimæ C. de episc. aud. cap. nullus de Iudæis, & transeunt hic Boniorn. & alij, & est, vt portent ante pectus signum in modi bastoni rubei longi per vnum palmum per duos digitos per transuersum; & realiter hoc signum est illud, quo vtuntur illi pænitentes inquisiti, & condemnati, siue penitenciati de hæresi per Tribunal Sanctissimæ Inquisitionis, qui gestant habitellum, de quo signo scripsi supra in cap. 52. Regis Iacobi n. 12. tom. 1. & est hoc conforme dispositioni pragmaticæ huius Regni Siciliæ in tit. mauri apport. turb. vol. 2. fol. 305. vbi quòd omnes mauri, siue saracæni, & turcæ franchi, debeant portare in capite, la tauoglia, & il turbante, aliter ipso facto sint serui Regiæ Curiæ, & denuntiatori datur premium, ac Algozirij eos non capientes quando discurrunt per Regnum possunt priuari offitio §. 2. vnde videtur quod illa pragmatica sit derogatoria, siue modificatoria huius capituli: De hoc signo deferendo † per Hæbreos, & Mauros sentijt expresse Io. Bapt. Surdus consil. 497. sub nu. 2. lib. 4. vbi quòd quando in aliquibus locis sine signo incesserint, & esset toleratum, non incurritur pæna, quamuis tamen hæc

hæc tolerantia non esset bona, quia talis pœna, quæ eis datur circa delationem dicti signi est ascripta personæ, nec circumscribitur loco, sicque personam comitatur quocumque vadat, prout in ip-
2 sis inquisitis cum dicto habitello cōdemnatis, sicuti dicimus, subdit ipse Surdus nu.4. de reali vitio, quod transit cum ip-
3 sa re † in quemcumque possessorem l. via constituti §. quicumque ff. de seruit. vrban. prædior. l. 1. §. fin. ff. si seruit. vendic. Becius cons. 24. nu. 28. valet enim argumentum de rebus ad personas l. qui funete, vbi Bald. & Alberic. ff. de stat. homin. Euerard. loco 38. Riminald. cons. 26. nu. 13. Menocch. consil. 106. num. 186. Et signum regulatur ad illam portatio-
4 nē torbantis, siue tobaliæ, in similitudinē† bestiarum signatarum, siue mercatarum, nam saraceni ipsi ad literam vocantur bestiæ, vt aliqua tango infra eod. in cap. 112. post princip. quia & Ismael, pater eorum, vocatus est a Domino Onager, vt ait Oldrad. cons. 72. sub num. 3. & fuit ratio, secundum Methodium ab eo allegatum, nam futurum erat quod qui de genere suo descenderent omnem bestiarum rabiem supergrederentur, & mansuetorum numerus contereretur ab eis propter Christianorum peccata vt habes in sacris paginis, vt ibi per eum, & per Magistrum in scholastica hystoria in figura Agar, ancilla illa maledicta secta Machometti, quæ ab ea traxit originem
5 † vt dicit ipse Oldrad. ex cap. quando, & capit. si ecclesia 23. quæst. 3. de qua dixit Abraham Sarræ vxori suæ conquerenti de illa Agar (per quam Sarram hæc sancta Ecclesia significatur, Genes. cap. 16.) ecce inquit ancilla tua in manu tua est, vtere, vt libet, sicut etiam peccator ho-
6 mo † propter peccatum comparatur bestijs ex traditis per Ysern. & Afflict. in proœm. constit. Regni, & ibi in Additionibus, Io. Ant. Batius ex Psalm. 48 Homo cum in honore esset comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, & reatus omnem honorem excludit, vt l. 1. C. vbi senat. vel clariss. immo peior est malus homo quàm bestia, plusquè nocet secundum Philosoph. 7. ethicor. & 1. Politic. & ex Boetio libr. 4. de consolation. vbi quòd qui virtute deserta homo desinit, cum in diuinam conditionē transire non possit, vertitur in belluam, sunt enim peccatores veluti pecora contra naturam agentes, sicut animalia bruta, vt in tanta morūm peruersitate iam non sit homo, sed iners, insciumquè pecus, qui non est pessimus Io. Fab. in §. 1. instit. si quadr. paup. fecifs. dicat. §. 1. auth. de incest. nupt. col. 2.

M. Muta.

De statuto, vt Christianus non sit testis contra Iudæos, sublato.
Cap. LXVII.

PRauæ constitutionis, siue consuetudinis obseruantiam, qua Christianorum testimonia aduersus Iudæos in quibusdam locis Siciliæ non admictebantur in causis, tolli volumus, & iubemus, statuentes, amodo standum fore super hoc iuri communi, canonico, & ciuili.

S V M M A R I V M.

Testes Christiani contra iudeos producti valent, non obstante statuto, nu. 1.
Consuetudines malæ tolli debent per superiorem, nu. 2.
Iudæi non possunt esse testes contra Christianos, & quando nu. 3. 4.
Consanguineus an & quando possit testificari pro consanguineo, nu. 4.
Patruus, & Auunculus possunt pro nepote in causa ciuili testificari, licet non sint omni exceptione maiores, ibid.
Iudæi iurant in eorum contractibus à se factis tam per Christum, quam per eorum legem, nu. 5.
Iudæi inter se legem Mosaicam seruant, & eorum consuetudines tenent, ibid.



PTIME hic disponitur tale statutũ, siue consuetudinẽ esse prauã, & consequenter tollendam, quasi † dicatur quòd testificatio Christianorum valet contra Iudæos non obstante statuto, nec consuetudine in contrarium, prout est consuetudo Messanæ cap. 47. & in alijs Siciliæ partibus, de qua memini in meis commentarijs Consuet. S.P.Q.P. cap. 15. num. 1. quia sublata est. & amota per hoc Regni capitulum, [sed standum est determinationi iuris Canonici], & Ciuilis sic totum contrarium permittentium, vnde tales
2 consuetudines malæ † semper præsumuntur per Principem tolli per ea, quæ dicit Bald. in l. fin. C. sentent. rescind non posse versic. sed contra. Io. Andr. & Abb. in c. nonnulli §. 1. col. 3. de rescript. de quib. per Roderic. Suarez alleg. 2. sub num. 28. ideoque in hoc sunt peioris condicionis quàm ipsi Christiani vt subdam in seq. versic. sicut etiam videmus quòd nec ipsi iudæi possunt esse officiales dicam infra eod. cap. 69.

3 An autem è cõuerso valeat testificatio iudæi † contra Christianum, regulariter non cap. iudæis de test. clem. 2. eod. Poius infra in cap. 69. sed quando ipse iudæus testificatur pro Christiano contra similiter Christianum, valet testificatio, licet non pro iudæo, ita post Crott. in tract. de testib nu. 137. ait Surd. conf. 112. nu. 78. libr. 1. est verum quòd lex non confidic talibus iuramentis num. 38. quia ipsa lex malè suspicatur de Iudæo, non enim potest hominibus esse fidelis, qui D. O. M. fuit infidelis, & vide multa ad materiam an. & quomodo debeant iurare per Neapolitanos in constit. si quis in posterum defens. impofit & contempt. vbi pulchrè omnino: sicut dicimus dicit ipse Surdus
4 de consanguineo † qui licet non admictatur ad deponendum pro consanguineo per ea, etiam quæ posui in consuet Pan. cap. 21. nu. 70. & in cap 11. n. 2. & 3. Regis Alph. tom. 4. in quibus locis pono etiam in hoc fallentias, & vltra eas addo, nisi essemus in patruo, & auunculo quia possunt in causa ciuili pro nepote testificari ex gloss. in cap. accedens 1. extr. vt lit. non contest. cum similib. per Viuium decisio. 438. nu. 4. lib. 3. qui subdunt quod realiter non sunt omni exceptione maiores alleg. Lanfr. in cap. quoniam contra col. 17. extr. de probat. tamen si deponit contra pariter coniunctum admittitur, & sunt aliqui casus, in quibus valet testificatio Iudæi contra Christianum, de quibus per eundem Surd. conf. 122. nu. 31. &
5 seq. vol. 1. vbi etiam ait posse eos iurare adhuc in cõtractibus (vltra ea, quæ scrpsi in præd. consue. 15 nu. 5. & 16) vt per ipsum Surd. in toto eius consilio. tam si iurauerint per Christum. quàm secundum legem eorum, idest per præcepta Moysis per Deum Patrem omnipotentem Sabbaboth, per Deum qui Moysi apparuit in rubo, per verum Adonay Patrem, per Deum Eloy, vt per eum nu. 37. & ex his, quæ in d. consuet. dixi d. nu. 5. quia inter ipsos lex Mosaica seruatur eorumque consuetudines inter se tenent, nec reprobantur, cũ nõ legẽ ciuilem seruare teneãtur, sed legẽ ipsã veteris testamenti, vt latè per Bercum conf. 2. libr. 1. Ioann. cap. 18. ibi legem habemus.

V. I. D. Muta.

Vt nullus Christianus habeat familiaritatem assiduam cum Iudæis, vel cum eis comedat, vel moretur in eorum seruitio.

Cap. LXVIII.

QVoniam Iudæorum mores, & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili ob continuam conuersationem, & assiduã familiaritatem, ad eorum superstitionem, & perfidiam simplicium animos inclinarent, statuimus, vt Christiani cum Iudæis de cætero nimiam familiaritatem, & assiduam conuersationem non habeant, nec cum eis comedant, vel discumbant, nec Christiani Iudæorum ipsorum seruitijs in eorũ domibus pro mercede aliqua aliquatenus se exponant.

SVM-

SVMMARIVM.

Iudaeorum nulla sit nobis conuersatio, nec nimia familiaritas, num. 1. amplia num. 2. 7. 8.

Testator iubens aliquem stare cum tali, non est necesse vt omni momento cum eo stet, nu. 2. & seq. & videtur importare, vt simul viuant, nu. 5. 6.

Possedisse quem continuo per decem annos si testis testificatur, quomodo substineatur eius dictum, ibid.

Capitanei siue Iustitiarij vel alij officiales, qui habent certum numerum famulorũ an requiratur vt stent cum eo semper, num. 3.

Stipendiatorum vel sociorum certum numerum qui obligatus est tenere, an cõtinuo cum eo tenere debeat, ibid. & quid si accipiat pro eis salaria, & non teneat, num. 4.

Officialis qui obligatus est tenere integram familiam. & accipiat pro eis salaria, & non teneat, potest syndicari, & priuari officio. num. 4

Vxor iussa per testatorem morari cum filijs, si per eam non stat, dicitur tamen morari cum eis, & quid si esset ei relicta habitatio in domo, & quid eis mortuis, vel vno, vel facta diuisione, an consequatur legatum, nu. 6.

Excommunicari licet non possint infideles, per indirectum tamen possunt, nu. 7.

Christiani possunt interdici ne assidue conuersentur cum Iudaeis, ibid.

Hominum carere suffragijs, & inter homines versari, durum est, ibid.

Iudaeos habere commixtionem carnalem cum Christianis est valde prohibitum, nu. 8. 11. & quomodo puniatur, nu. 12. 13. 14. & à quo iudice castigatur, num. 16. 17. 18.

Iudaei vocantur canes, ibid.

Secta diuersitas inducit odium etiam inter amore coniunctos, nu. 9.

Iudaei possunt per Principem eijci de territorio si immineat scandalum cum Christianis, nu. 10.

Christianus qui habet rem cum Iudaea carnaliter debet comburi vel ad mortem condemnari, nu. 11. cum seq. & nu 15.

Adulterium non dicitur inter Iudaeos cum Christianis commixtum, ibid.

Iudaei iudicantur quandoque secundum leges, quibus iudicantur alij de Ciuitate, ibid.

Iudaei habentes rem cum Christianis condemnari possunt ad incisionem virilium quandoque ad mortem, quandoque poena pecuniaria, num. 12. & quid si cum vili, & inhonesta, & meretrice, num. 13. 14.

Foemina habens rem cum suo proprio seruo infideli condemnantur ad mortem, n. 15.

Iudex Ecclesiasticus, an laicus puniat Iudaeum habentem rem cum Christiana, nu. 16. 17. 18.

Iudaei non ligantur regulariter constitutionibus canonum, ibid.

Iudaei an possunt castigari à Iudice Ecclesiastico, & quando, ibid.

Praeuentionem qui habet, etiam habere dicitur executionem, nu. 18. cum. seq.

Praeoccupationem qui habuit in cognoscendo, habet etiam in exequendo, ibid.

Fornicatio est mixti fori, nu. 19.

Iudaeus faciens iniuriam Catholicae fidei potest etiam à Iudice Ecclesiastico puniri, ibid & nu. 22.

Praeuentioni est locus in criminibus mixtis, nu. 20. & seq.

Praeuentionem quando fecit Iudex potest praecipere secundo Iudici ne se intromittat in causa, nu. 21.

Iudaei delinquentes in opprobrium Ecclesiae, efficiuntur de foro Ecclesiae, & per eã castigantur, nu. 22. & seq.

Papa potest, si vult, poenam Iudaeis imponere, nu. 23.

Iudex Ecclesiasticus potest praecipere laico Iudici vt castiget Iudaeum, ibid.

Iudaei ratione iuramenti subsunt Ecclesiae iudicio, & si sunt per iuri ligantur canonis vt non audiantur, nu. 24.



TRIA dicit breuiter primo † quòd cum Iudaeis nulla conuersatio, nec nimia familiaritas haberi possit: secundo, ne Christiani com eis comendẽt, vel bibant: tertio ne seruitijs Iudaeorum in 1 domibus applicentur, facit Ioann. capit. 4. ibi, non enim coutuntur &c. ratio potest esse, ne simplicium animi ad eorum perfidiam protrahantur Surd. conf. 122. lib. 1. nu 40. 41. 42.

Amplia, & declara primo quòd licet in

in hoc textu habeantur illa verba, ibi, continuam, assiduam, & nimiam familiaritatem Christiani prædicti cum Iudæis habeant, attamen istud, nimiam, continuam, & assiduam, non intelligas vt omni momento subaudiatur conuersatio, & sic quòd steterint Christiani cum Iudæis, quia non limito isto modo hoc regni capitulum, sed extendo, & dico, vt etiam quòd omni momento cum illis non steterint, attamen verificatur dispositio præsentis capituli, argumento eorum, quæ dicit Bartol. in l. si quis ita ff.
2 de condit. & demostr. & ibi Bald. vbi † quòd si quis iussus esset stare cum aliquo non est necesse vt omni momento cum eo stet, idem Bald in l.1.C.de seru.fugit. inferens primo ipse Bartol.ex Dyn. in l. 1.ff sol.matr. quòd si testis dicat se vidisse titium per decem annos continuè possidere, sustinetur eius dictum, ratione quia non requiritur quod eum viderit quolibet momento in possessione, sed sufficit eum vidisse colligere fructus (argu. eorum.quæ dixi de possessione circa collectionem fructuum in commentar. consuet Panormi cap.20. num. 13.) inferens etiam secundo ipse Bart. loco præcitato in d.l.si quis ita quòd si v. g. Capitaneus
3 †& sic de quolibet alio Officiali, vel Fiscali, qui debeat tenere secū, & ducere certum famulorum numerum, de quo etiam tango infra in cap. 51. Regis Martini in cap. 51. in ¦1. obseruautia versic. arma molita, Tom. 3. vt puta de istis laparderijs, vel socijs, nam non requiritur, vt quolibet momento stent in domo, & sequitur Bald.In l.obseruare §.proficisci in fine ff.de offit. proconsul. Alexan. conf.20.volu.2.sed si v.g.aliquos misisset aliò, vel pro aliqua necessitate aliquem remisisset ad domum, vtique videtur tenuisse, & ita testatur vidisse idem Bart. seruari de facto semel cum quidam Rector, seu officialis vellet probare se familiam cōtinuè tenuisse, produxit quosdam testes, qui dixerunt quod dictos familiares viderunt secum in prandio, & in cena, vnde determinauit ibi idem Bart. & consuluit, ac dixit testes supradictos probare, non enim debent dicere de quolibet momento, sed satis fuit quod apud officialem alantur, quæ faciunt circa familiaturam, de qua supra tetigi in cap. 53.nu.52.Regis Iacobi Tom.1. & dicam
4 † vnum quod si non tenet integram familiam, pro qua accipit nihilominus stipendium, poterit syndicari, & remoueri officialis vt per Amod.de Syndi.fol. 3. nt

colum.2.& per Adnotantes ad cap.regni 364. Regis Alph. de quo tangam infra in cap.7.Regis Martini extensione 5. sub n. 127.tom.3.& sic, vt reducam me ad intelligentiam, & ampliationem huius nostri capit.dico, & extendo quod hæc verificari possunt præcipuè tam in secundo quam in tertio dicto, quasi dicatur quòd hoc est quod disponitur hic, dum dicitur ne Christiani comedant, vel bibant cum Iudæis, vel eis domi seruiant, ex quo per ea, quæ concludit à contrario sensu idem Bart in d.l.si quis ita in fine, vbi quod si plures † iubeantur stare simul, vel vnus 5
cum alio, hæc verba videntur importare quod simul viuant, & iddem notauit Bal. in l.qui concubinam §. vxori ff. de legat. 3.idem Bart.in l.quintus,& in l.meuia §. vxore ff. de ann. legat. tuncque dicitur vxor morari † & stare cum filio, quando 6
per eam non stat, quo minus apud eam alatur, & istud est quod addidi in commentar.consuet.S.P Q.P. cap.47.nu. 104. ex alia apostilla ad Bart. in litera B. in l. titia §.fin.ff.de legat 2. quæ ampliat procedere etiam quando vxori esset relicta habitatio in domo cum filijs, quia habebit alimenta, vbi vide quid ipsis mortuis, & facta fortasse diuisione inter filios sufficit vt habitet cum vno, & consequetur legatum, Ruyn.Soccin.Berter. Cephal. & alij per Surd.conf.218 in fine lib.2.

Amplio secundo † vt tales Christiani 7
assiduè conuersantes possent interdici, ne cum dictis in fidelibus communicent, nec conuersentur (& est limitatio ad regulam quod licet infideles excommunicari non possint, vt dico infra in cap. 112. & potest suppleri quæ dixi ad cap. sacro de sent.excomm.lect. 15. ex Borgas. Abbat. & alijs) tamen per indirectum possunt isto casu excōmunicari, ita Io.Petr. Surd.consil.498.num. 27. vol. 4. per cap. quanto, & cap.multi 11 quæst.1. gloss. in cap.iudæi 2. versic. permittuntur in fine de iudæis,& ibi Cardinal.Hostiens. col.2. Marquard.in tract.iudæis lib 2. capit. 5. nu.4,subdens ipse Surd. nn. 28. quod hæc pæna non erit, & interdictio non erit leuis, nam versari inter homines, hominumque carere suffragijs, durum est l. hi, qui sancta C.de Apost.Decian. lib. 5. tract.criminal.cap.13.nu.17.

Amplio tertio † vt multo fortius ve- 8
niat prohibita ex hoc capitulo commixtio inter Christianum, & iudæam habendo carnalem copulam inter se, non obstante quouis matrimonij velamine etenim si sola familiaritas, mora, & esus prohiben-

hibenrur, tāto peius, hnc in quibus etiam
potest cadere pæna adulterij impropriè
tamen, & ratio est, quia tales Iudææ ca-
nes sūt interpetratiuè iuris, vt refert Bo-
er. inferius citatns, Petr. Caball. in suis
resolutionibus criminalibus Casu 4. me-
ritoque dicitur in hoc capitnlo quod mo-
res uostri in nihilo cum ipsis conueniunt
& potest diei illud, nou benè conueniunt,
nec in vna sede morantur, & facit Matth.
cap. 15. ibi, non est bonum sumere panen
filiorum, & darc canibus, & hoc prop-
9 ter sectæ diuersitatem † quæ inducit odi-
um, etiam inter eos, qui sunt, & esse de-
bent amore coniuncti vt dicit Yscrnia in
constit. Regni, super incisionibus, tit. de
maleficijs per text. in l. & si legibua C. de
episc. audient. l. fin. ff. de spons. subdens
ipse per hæc verba, nam, & clerici, & lai-
ci non sunt diuersæ sectæ, scd diuersi ha-
bitus, & tamen oppido sibi sunt infe-
cti cap. clericis lib. 6. dc immnn. ccclef. c.
laicos, & cap. laici 2. quæst. 7. qua de cau-
sa nascitur etiam quod est prohibita pro
tectio circa Iudæos, quos nou licet nobis
suscipere in protectionem per ca, quæ di-
co infta eod. d. cap. 112. tit. dc non fouen-
dis iudæis, vbi aliqua suppleo in mate-
ria, & sic nimia familiaritas cum eis
10 pessima est; intantum † vt si Christianis
immineat periculum, vel scandalum ex
habitationc Iudæorum, potest princeps
sine peccato eos expellere de territorio,
vt post Alberic. de Rosat. in rubr. C. de
Iudæis, & post Oldrad. ait Iacobin. dc
S. Georgio de feudis in vers. vltimo quæ-
ro fol. 12, addo l. ne quis Christianam C.
de Iudæis, Abb. in cap. quanto, & Præpo.
sit. Cardinal. Alex. extr. de diuort. idem
Cardin. in cap. ius gentium col. 2. in vlt.
notab. dist. 1. Abb. in cap. tanta col. vlt. &
pen. extr. qui fil. sint legit. cap. caue chri-
stiane, & cap. si quis iudaicè 28. quæst. 1.
Salicer. in l. transigere & in l quamuis C.
de adult. Iacob. de Bellouiso in sua pra-
xi, tit. de lenonibus in fine, igitur non ca-
11 dit nisi punitio, & ratio est † quia iudea
dettudi in monasterio non potest, ncc vi-
tam ducere monasticam, nec etiam re-
conciliari viro, cum coniunctio omnifa-
riā fieri non posset, nec actus est commix-
tibilis sic Petr. de Belluga in specul. prin
cip. tit. de præpos. grat. fol. 55. num. 27.
quem refert, & sequitur Boer. decis. 317.
num. 5. vbi post Petr dicit quod propriè
non est adulterium (nisi inter ipsos met
Iudæos, & Iudæas, quia tunc iudæi de-
bent iudicari secundum leges, quibus iu-
dicantur alij de ciuitate vt per Clar. §.
iudæus Angel. cons. 114. lib. 1. Alex. d. cōs.
99. lib. 6. Barbat. cons. 63. lib. 4 & de com-
muni * testatur Bermond. de concub fol.
40. num. 32. & 40. idem Clar. in §. adulte-
rium in sua pract crimin. lib. 5. versic. po-
ne stat statutum.) nam potest dissolui d.
cap. quanto, versic. nam etsi matrimo-
nium, & per not. in cap. fin. 28. quæst. 1. &
refert Boet. vbi supta sub d. num. 5. quòd
Parisijs fuit iudicatum * contra quēdam
vt fuisset combustus, ex eo quia ex iudæa,
quam intertenuerat, plures habuisset fi-
lios, quamuis in alio fuisset contrarium
decisum * nam non obstante quòd habuis-
set rem cum iudæa, fuit tantum suspensus
& refert Io. Gall. quæst. 162. fol. 77. col. 2.
& quicquid sit concludit quòd sem-
per comburi debet habens rem cum iu-
dæa, tam si habuerit filios ex ea, quàm
non, vel saltim condemnari ad mortem
vt dicit Hicron. Paul. lib. prouincial. fol.
39. de quo tamen suppleui infra in cap.
Rit. 166. Regis Alph. versic. & est tom. 4.
vbi quod ratione adiectionis, vtputa rap-
tus, vel stupri maximè, etiam aggrauatur
tale delictum, nec semper fit condenna-
tio ad mortem, sed quandoq; iudicis ar-
bitrio remictitur, vt infra dicam versic.
sequenti.
12 Et è conuerso etiam in ipsis iudæis †
& infidelibus habentibus rem cum Chri-
stiana visum est fieri condemnatio * ad
virilia incisa vt dicit Barbat. cons. 63. col.
pen. lib. 4. Dec. in cap. 1. fol. 6. vers. & aliàs
dubitatum fuit de constit. & in cap. con-
suluit versic. sic etiam iudæi extr. de ap-
pellat. Alexa. cons. 99. lib. 6. & ibi Natta
Oldrad. cons. vlt. Matth. de Affl. in constit.
Regni, legum asperitate, Iō. Bapt. de S.
Seuerino. in l. omnes populi col. antepen.
ff. de iustit. & iur. & in hoc est iudicis
arbitrium, cum non semper debeat sequi
mortem, Didac. super 4. Decretal. fol. 112
nu. 3. Mantic. centur. 1. nu. 30. Alciat. cōs.
458. nu. 1. Clar. in pract. crimin. §. forni-
cationes vers. cum iudæis lib. 5. vbi refert
quod quandoq; punitur pæna pecuniaria
prout in facti contingentia cōsuluit Alex.
cons. 13. lib. 7. & Corn. cons. 107. lib. 1. Io.
Petr. Surd. cons. 497. num. 7. vol. 4. vbi de-
13 clarando qua pæna plectatur hæbræus †
carnaliter cognoscens Christianam mu-
lierem, dicit, quod si versamur in mulie-
re vili, & inhonesta, iudæus illam cogno-
scens nulla, vel modica pæna est punien-
dus ex Maccabrun. cons. 38. nu. 29. Rol-
land. à Valle cons. 35. volu. 2. Iacob. Me-
nocch. de arbitr. iudic. casu 290. (maxi-
mè quando ipsi iudæi haberent priuile-

gium

gium quòd tractentur tamquam ciues vt
dicā infra in d.cap. 112.propè principiū)
quia tunc sentit ipse Surdus post prædic-
tos DD.quòd tamquam alij sunt castigā-
di, sicque ipse determinat, vt quoties
mulier est innupta, & vilis, itaut neque
stuprum, neque adulterium concurrat,
14 sed v.g.essemus in meretrice † imponitur
pœna pecuniaria iudicis ecclesiastici arbi
trio vt subdam modo ibi difficultas, &
post Dec.& alios Marquard. de iudæis c.
3.nu.2.part.2.Clar.in d. pract. criminali
§. fornicatio nu. 25. (sed in omnibus me
remitto in hoc ad edicta Reuerendissi-
morum Ordinariorum locorū, nam gra-
ue mihi videtur delictum immixtio Iu-
dæi cum Christiana, quæcumque sit) &
nihilominus iam ipse Clar.cōcludit † pro
cedere quando talis coitus Iudæi cum
Christiana esset simplex fornicatio, nam
aliàs esset punibilis, prout Christianus
cum Christiana, sed debet esse melioris
conditionis, & per Iason.cons.22. libr. 1.
& ita videtur sentire Oldrad & alij con-
trarium tenentes & sic etiam resider Ca-
ball.loco citato, saltim pecuniaria pœna
puniendum Et potest esse alter de casi-
bus præter dictos in consuet. Panor. cap.
33.de meretricum odio, & ita ait etiam
Syluan nuptiali fol.74.col.1.in fine.Mar-
* sil.cons.101.lib.2.& de com.* opin. docet
Boer. loco citato, & sic isto casu non fit
condemnatio ad mortem, ergo aliàs re-
gulariter videretur dicendum quod sic,
15 maximè si Christiana † subiecisset se suo
proprio seruo infideli, nam tunc ratione
maioris infamiæ, venit ad mortem con-
demnanda, prout ita seruari * Cathalo-
niæ refert Hieron. Paulus relatus per
Boer. vbi supra, ac propter maiorem in-
continentiam, arg l. vnicæ C. de mulier.
quæ propr. seruis se immisc.l.fin.C.cōm.
de manumiss. cap. si Iudæos de Iudæis,
(& arg.eorum,quæ dicam infra cap.71.
versic. sic etiam) ¶ Difficultas est vide-
re quatenus dictū est quòd talis Iudæus
cognoscens Christianam mulierem pos-
16 sit castigari à Iudice † de quo Iudice sub-
audiatur, an de ecclesiastico, vel secula-
ri,& licet Surd.cons.122.num.26.& in d.
cons.497.à nu.8. vsque ad finem, & cons.
498.nu.6.& 7. eod.lib.4.concludat quòd
non sit locus etiam præuentioni, & con-
sequenter non obstante quòd Iudex secu-
laris præuenerit, velit ipse, quòd nō pos-
sit Episcopus, nec eius Iudex ecclesiasti-
cus cognoscere de hoc, primo quia non
ligantur constitutionibus canonum, cap.
gaudemus de diuort. secundo quia habi-
tando in terris Principum secularium
sint de eorum iurisdictione, vt dixi infra
in d.cap.112.& sic vult ipse Surdus quòd
non possit castigari à Iudice ecclesiasti-
co, nisi quando laicus esset negligens ex
Anchar.cons.15.Anan.in rubri.de Iudęis
nu.9.Alex.cons.99.num.16.vol.6.Clar.in
§.blasphemia num.6.idem Surd.d. cons.
498.nu.32. ex Fælin. in cap. postulasti de
Iudæis, Decian.cap.14.qui volunt etiam
quando si quidem fuisset Iudæus castiga-
tus per secularem, non tamen sufficiēter,
quia posset idem ecclesiasticus punire,
attamen hæc opinio non potuit hucvsque
mihi in animo sedere,& parcat mihi Do
minus Surdus hac vice cum sequacibus,
quicquid etiam teneant Socein. Anan.
17 Alex. & alij per eum relati, eo quia † in
criminibus mixtis potest Iudex ecclesia-
sticus Iudæos castigare, vt tetigi supe-
rius v. g. quando in imaginem Saluato-
ris nostri impiè aliquid esset gestum, &
in opprobrium fidei, vel quando dum fie-
rent processiones iniecissent immundi-
tiam super Crucem.vel dum blasphemas-
sent, vel quando fecissent turpem sonum
ante imaginem immaculatæ Virginis,
agnum crucifixissent,in crucem conspue-
rent, illam pedibus calcarent, & ob id
iterum parcat Surd. in d. cons. 498. post
Alex.Decian Guid.Pap.Oldrad. & alios
qui determinant secundum eum; sed non
est sic, quod à solo iudice seculari puniri
debeant, nam dico posse etiam ab eccle-
siastico, nedum à seculari puniri vt supe-
rius dixi ex rationibus, quas dedi infra
in d.cap. 112.nempe quia,etsi Petro quo
ad pastum non sint commissi, attamen
quoad potestatem, & dominium sunt illi
subditi,vt ibidem posui, & miror de Sur-
do,qui sic malè audiuit cum alijs a se re-
18 latis, & propterea concludo † quod Iu-
dex Ecclesiasticus habet præuentionem,
& executionem sententiæ, quia non po-
test mitti falx in alienam messem, sicut
dicimus de præoccupatione, exquo non
est iustum, vt alius seminet, alter metat,
& qui præoccupauit iurisdictionem in co-
gnoscendo, & præueniendo vt modo di-
cam,idem sit inexequendo, & præfertur
alijs,nam tales sunt fructus iurisdictionis
vide post multos eundem Surd.cons.152.
nu.22.23.lib.2.& sic potest castigare iu-
deos circa dictum delictum fornicatio-
nis,& ita multoties vidi in Curia Archie
piscopali obseruari, * sicque tenet Fælin.
in cap. postulasti colu. 2. extr.de iudæis,
Bursatt.cons.90. per tot. qui plures citat
Port.cons.4.Calderin.cons.15.de Iudęis,
Zanchin.

Zanchin.de hæret.cap.36.num.1. Director. Inquisit.quæst.46.part.2. Marsil.in l. ex senatusconsulto num.5 ff.ad l.Cornel. de sicar. Fabien. Pegn. Bald. Io. de ligna Caldenn. Abb. Guid. Pap. & alij citati per ipsum Surd. num. 8. licet non secuti per eum, & teneo quòd simplex fornica-
19 tiò † sit mixti fori, & consequenter potest & a laico,& ab Ecclesiastico castigari, ac cognosci,immo quis spiritus reuelauit Surdo, & alijs quòd quando Iudeus commictit fornicationem cum Christiana, non fecerit, nec coiuerit cum illa sine iniuria Catholicæ fidei, & e conuerso? & profectò scimus quòd quando Iudæus iniuriam facit catholicæ fidei, potest tam à laico,quàm ab Ecclesiastico iudice puniri, & est locus præuentioni vt vult ipse met Surd.d.cons.498.num.13.& 20.ex Ancha.in cap.ea quæ nu.12.quæst. 6.de regul.iur.in 6.& in d.cons.15.Bald. cons.100.vol 2.Guid.Pap.quæst. 63.Cal-
20 derin.cons.2.de iudæis, quia vt dixi † superius in criminibus mixtis est locus præuētioni prædictæ inter ipsos iudices Sur. d.cons. 498. num. 19. ex Abb. & alijs in cap. cum sit de for. compet. Boss. tit. de falsis num.159.Bursatt.d. cons. 90.num. 29.Canouistæ in cap.2.de maledict. & in cap.postulasti, vbi Abb. de Iudæis Calderin.loco citato, Bald. d. cons 315. in fine. Io.de Lignan in cons 316.vol.1. inter consilia ipsius Baldi, idem Abb. in cap.quod super col 2.extr.de vot.Decia. cap. 27. num.2. cum similibus per ipsum Surd.num. 32. intantum vt possit primus
21 † iudex,qui præuenit ad instantiam partis præcipere secundo iudici, ne se in ea causa intromittat, ex quo ipse præuenit (argum.eorum quæ dixi supra capit. 49. versic.concordat) & argum.eorum, quæ de præuentione posui in cap Ritus 149. num.34. tom.4. & ex traditis per ipsum met Surd.d.cons.498.num.29. 36. & seq.
vbi concludit quòd in his, quæ concer-
22 nunt opprobrium fidei † & christianæ Religionis dedecus, potest punire ecclesia, & quoad pænas temporales possunt castigari, Paserr.cons.194. num. 52. Decius, & alij DD.in cap.1.extr.de constit. & esto quod non sint subiecti ecclesiæ, attamen delinquendo contra ipsam Ecclesiam, catholicamque fidem, quæ est sub custodia Ecclesiæ S.Romanæ, efficiuntur ipsi iudæi de foro ecclesiæ, ipse Surd.nu. 31.ex d.cap. postulasti de Iudæis, Oldra. d.cons.36.num.1.& 2.l.1.ff.de iudic.cap. cum sit generale de for.comp Bonifac.de Vitalinis in clement.1 num.60.de testib. Bursatt.d.cons.90. num.3. & sic licet nihil ad nos de his, qui foris sunt, tamen delinquendo secus, & ecclesia licet regulariter non puniat iudæum, non est hoc ex defectu potestatis, sed volunta-
23 tis, potest enim Papa † si vult pænam Iudæis imponere Abb.in d. cap. gaudemus de diuort. Aret. Marquard. Soccin. Alex. & alij allegati per ipsum Surd. d. nu. 31. immo si videmus quod potest iudex ecclesiasticus indirectè iubere iudici seculari vt castiget iudæum per ea, quæ ait Bonifac de Vitalin.in d.clement. 1.num. 60. quanto magis directè potest etiam ipse castigare. Sicut etiam ratione iu-
24 ramenti Iudæi † subsunt iudicio Ecclesiæ vult ipse Surd d.num.13 ex Ioann.Andr. & Innoc. in cap. quod super his extr. de vot.Anchar.in d.cap.ea quæ, Roman. in l. quæ superstitis ff. de acquir. hæredit. Imol.cons.1.Abb.cons.39. col. 2. volu.2. Soccin.in d.cap cū sit, n.23.de for.comp. & ibi Fælin.nu.32.Dec.in l.pactum C.de collation. reprobato Ruyno conf.159. vol. 5.sicque iudæus periurus ligatur canone quo ad effectum, vt non audiatur, licet nō quo ad spiritualem pœnam periurij, Surd.d.cons.498.nu.30.

Marius Muta.

Ut nulli Iudæo liceat officium habere publicum. Cap. LXIX.

CUM dignitates infamibus conferri non debeant, nec ij, qui non sunt intra Ecclesiam, ad offitia deputari, in hac consulta constitutione statuimus, vt nullus Iudæorum, qui sunt deforis infames, ad dignitates, aut offitia publica in Regno nostro in posterum assumatur.

SVMMARIVM.



SVNT duæ potissimæ rationes positæ in hoc tex. quare † Iudæi non possunt publicum habere officium, prima quia sunt deforis extra gremium Ecclesiæ, secunda quòd infames; & 1
reuera antequam vlterius progrediar non puto Reges hic velle intelligere de Iudæis, sed de Saracænis, & mauris, turcis, & similibus, nam quantum ad ipsos Iudæos sunt penitus extra Regni terminos expulsi, prout illos expulerunt Hyspaniæ Serenissimi Reges, vt post Corf. in tract. de Regia potest. quæst. 81. ponit Marcus Ant. Natta ad Alex cons. 99. lib. 6. vnde merito infra in cap 112 prohibetur ne vllus accipiat in protectionem Iudæos, vt ibi suppleo; & quicquid sit est ex dispositione iuris communis, nam per
2 illud disponitur non posse esse Iudæos † officiales Auth. iusiur. quod præst. ab his, & cap. iudæi extr de iud capit. nulla dist. 53. cap. constituit 17. quæst. 4. l. fin. C. de iud. l generaliter § fin vbi Bart. ff. de Decur. & quæ dixi in Consuet. Pan. cap. 15. num. 1. & seq. & tetigi supra remissiuè cap. 67 & faciunt quæ post Hostiens. Cardin & alios Canonistas in cap. supra ait Oldrad. de Ponte cons. 72. num. 3. vbi quod hodie non est iurisdicio
3 † nec dominium, nec honor, nec potestas penes infideles, qui non sunt capaces talis iurisdicionis, dominij, vel honoris l. cum prætor ff. de iudic. l. parui §. sed si seruum ff. de arbitr. Iason in rubr. ff. de iustit. & iur. vbi quid si est factus Christianus, Boniorn. hic, & alij l. homo ff. de acquir. rer. domin. cum sint reprobati cap. si iudæos extr. de iud. Crott. in l. stipulatio hoc modo concepta num. 65. ff. de verbor. oblig. Marquar. de Iudæis cap. 6 num. 13. part. 2. cum similibus per Surd. cons. 122. nu. 9 libr. 1. dat rationem etiam, quia non possunt iurare, & con-
4 sequenter † nec possunt esse tutores, curatores, & vel ea ratione quia ipsi non possideant bona de iure, sed de facto, & vide num. 40 41. 42. item subdit ipse Oldrad. d. cons. 72. num. 3. quod per aduentum Christi translata sunt in Christia-

nos

nos omnis honor, poteſtas, ac dominium
iuxta ſanctiſsimam illam elocutionem,
transferetur ſcilicet regnum de gente
in gentem propter iniuſtitias ſuas cap. ſi
de rebus 23. q. vlt.
In ſimili recordor etiam poſuiſſe ad
Conſuet Panor. cap. 36. num 1. quòd om-
5 nis † æquitatis ſunt incapaces, ſed rigor
contra eos ſēper ſeruatur, Natt. ad Alex.
d. conſ. 99. libr. 6. vbi etiam refert quòd
nec moram poſſunt purgare, & eſt limi-
tatio ad regulam quòd licet ęquitas prę-
feratur rigori, hic rigor præfertur æqui-
tati, vt in d. Conſuet. dixi, argum. quod
dicimos vt in caſu animæ, & conſcientiæ
6 tutior ſit opinio rigidorum † vt homi-
nes auertantur à periculo committendi
peccatum ex Auguſt. in cap. ſi quis au-
tem de pęnit. diſt. 7. vbi dicitur, tene cer-
tum, dimitte incertum, & ex S. Anton.
ſic etiam refert, & ſequitur Nauarr.
conſ. 3t fol. 128. col. 3.
Et tamquam etiam infamibus adhuo
7 eis minimè defertur † iuramentum ſup-
pletorum vt dixi in d. conſuet. 36. Natt.
ad Alex. loco citato, leges enim genera-
liter loquentes non comprehendunt in
fauoribus iudæos vt tradit Salicet. in l. 2.
C. de Epiſ. aud pulchre Surd. d. conſ. 122.
nu. 7. & 8 ex Plott. Speculat. Marquard.
Natt. Crott. Lamberteng. Bald. & alijs, eſt
verū qood nō ob id tollitur virtus iura-
menti in eis, quia valet ex his, quæ di-
xi ſupra cap. 67. l. 2. C. de dignit libr. 12.
& ibi gloſſ.
Igitur intelligitur hoc cap. de officijs
publicis, & ſic de priuatis videtur non
prohibitum v. g. mercatoris, & ſimilium
8 dicam In cap. ſeq. num. 4. † quia poſſunt
hæc exercere, intantum vt liceat ipſis
accipere vſuras ex licentia Principis, &
S. Pont. cum illo moderamine, & nō præ-
ter modum in priuilegijs eis conceſſum
vide quæ dixi in d. Conſuet. Pan. cap. 36.
num. 6. nam tunc exigendo præter mo-
dum poſſent excommunicari, vt ſcripſi
in repet. cap. ſacro de ſent. excomm. lect.
25. verſic. limitatur ſecundo, & poſſent
9 per magiſtratus arceri † l. illicitas ff. de
ofic præſid. Marc. Ant. Natt. ad Alex.
conſ. t. libr. 2. ſicut ab homicidijs, blaſ-
phemijs, & alijs vt tango in cap. ſeq. in
princ. & per ea quæ dixi In Conſuet. Pan.
cap. 15. num. 11. vbi quod poſſunt motua-
10 re † ſub vſuris, addo ea quæ dicit Bart.
conſ. 15. vol. 1. col. 1. Additio ad eum in l.
idem Iulianus §. conſtat ff. de leg. 1. &
Boniorn. ſupra in capit. 68. vbi quod ex
conſtit. Regni vſurariorum de vſur. pun.

poſſunt eas exigere a chriſtianis ad 10
pro 100. & quod voluit Caſtrenſ. conſ.
295. col. 1. lib. 11. Bologn. conſil. 42. num
11. qui plus ſubdunt quod ſtante Hæbre-
orum priuilegio niſi debitor redimat pi-
gnus intra certum tempus, tunc poſſit
hæbreus pignus vendere, & eius eſſe, &
ipſo iure extinctum ius ſortis, & vſura-
rum Surd. conſ. 291. num. 13. libr. 2. idem
Surd. conſ. 476. per tot. vol. 4. vbi ſentit
quod poſſunt exigere ad viginti pro cen-
tenario, & conſ. 485. eod. vol. 4 ex San-
ſeuerino in l. cunctos populos num. 33. C.
de ſumm. Trinit. Theſaur. deciſ. 57. Mar-
quard. de iudæis part. 1. capit. 2. eſt com.
opinio, de qua per Barbat. conſ. 16 col.
16. col. 4. vol. 4. Rolland. conſ. 100. num.
21. & ſeq. vol. 2. ſaltim vti intereſſe lucri
ceſſantis, quod omnibus eſt permiſſum
11 exigere † vt ipſe Surd. loquitur num. 4.
poſt Alberic. Bart. & Roland. l. ſi ſaccu-
lum, & l. quintus ff. depoſit. Raymund.
Tholoſas Epiſtolarum legalium libr. 1.
Oldrad. conſ. 207. cum ſimilibus pro hac
parte adductis, pulchrè per Camill. Bor-
rell. conſ. 79. col. 1 & 2. & ſic etiam con-
cluſi in hac materia lucri ceſſantis in
commentar. Conſuet. Panor. cap. 18 num.
20. poſt Dec. Afflict. Natt. & D. Thom. &
modo addo eſſe comm. opin quam refert
Rota Genuę deciſ. 1. nu. 43. intereſſe enim
quatenus concurrit cum pæna poteſt pe-
ti, vt in d. cap. 18. determino num. 35.
Boniorn. in Ritu 154 ex Affl. deciſ. 175.
idem Boniorn. in l. non prodeſt ff. vi bon.
rapt. Surd. in tract. de alim. tit. 1. quæſt.
45. n. 39. com illis nempe requiſitis ſtan-
12 te mora † & interpellatione, & quod tan-
tum potuiſſet lucri facere, vel alijs dare
pecunias, ſi illas habuiſſet ab eius debi-
tore, ſicque debet conſiderari quòd il-
lud lucrum eſſet in potentia propinqua
ex Dec. conſ. 322. nu. 5. ex Paul. de Caſtr.
à ſe allegato, Modern. in tract. de vſur.
& redditibus nu. 36. ac inſpecta qualitate
perſonæ, cui datur, & cui ſit ſolutio, ſci-
licet ſi eſſet mercator, vel alius ſolitus
negotiari, & de iſta praxi loquitur Surd.
d. conſ. 485. nu. 5. poſt Caſtrenſ. in l. 1. nu.
25. C. de ſumm. trinit. Alex conſ. 141 nu.
2. vol. 5. Aret. in l. continuus § cū ita col.
2. ff. de verbor. oblig. Lup. in l. curabit in
1. commentar. § 6. nu. 117. & ibi Cagnol.
num. 69. quia hoc intereſſe dicitur certā
non expreſſa quantitate, quo caſu etiam
ſuſtinetur conuentio huiuſmodi vt poſt
Soccin. conſ. 176 col. 3. verſ. 7. confirma-
tur lib. 2. & alios dic Surd. vbi ſupra in
13 fine, Borrell. n. 27. 28. 29. 30. quia aliter †

intereſſe certum non validat pactum, quamuis ipſe Surd. ſubdat facta exinde probatione quòd tantum interſit, pactum ratum erit ex Alex. Didac. Lup. Dec. & Theologorum opinione. Est verum quod idem Camill. Borrell. limitat non proce-
14 dere † quoties quis habet pecuniam in bancho, ſiue in tabula, quam eum potuiſſet ponere in emptionem redituum ad rationem de decem pro centenario, non poteſt dimittere apud dictos bancherios, ad hocvt ipſi bancherij ſubminiſtrēt illud intereſſe, etiā ad octo pro centenario, nā ſub iſta contractus, & coloris ſpecie videtur quoddā mutuū, & conſequenter nihil inde recipiendum, nec ſperandū ex dicto Lucæ, de quo poſui ſupra in cap. 8. ſub nu. 1. & 2. Regis Iacobi tom. 1. cum concordantibus, & per Borrell. col. 1. & 2. addo quæ ponit Io. Petr. Surd. conſ. 164. nu. 42. & ſeq. vol. 2. vbi etiam poſt D. Thom. Bal. & alios infert quod ſi quis poſsit beneficium remunerare, tamen quando quis ſe obligat, erit vſura, ex quo obligatio
15 † antidoralis non poteſt deduci in pactum obligatorium ex Io. Andr. Goffredd. Anchar. Gabriel. Rodulph. Butr. & alijs & per ea quæ ſcripſi in cap. 27. Regis Alphon. num. 1. cum ſeq. tom. 4. quia illud dictum in Euangelio, mutuum dantes, nihil inde ſperantes, ex præcepto eſt, & non ex conſilio, vt voluerunt Sot. de iuſtit. & iur. quæſt. 1. art. 1. libr. 6. Alciat. Parergon. cap. 10. libr. 6. contra quos communiter * tenēt Theologi. de quibus per ipſum Borrell. num. 10. & ſeq. qui infinitos allegat, ita vt ſi v. g. aliqua communitas faciat ab oneribus aliquem immunem, donec reſtituat ſibi pecuniam mutuo habitam, fœneratitius eſt contractus Pedam. decif. 95. num. 36. Borrell. num. 17. etiam ſi dixerit, mutua mihi decem, & cum veneris de nundinis, dabo vndecim num. 19. ubi eſt vſura, & conſequenter relaxando pecunias ſupradictas penes aliquem ad hoc vt per anni circulum reddat tot pro centenario tantum abeſt vt mutui verus contractus ſit, vt pro dilatione dentur tot pro centenario, ſicque palliantur vſuræ occultando vnum contractum, aliumquè celebrando, vt ibi per eum num. 16. 17. 18. & ſeq. quia creditor relaxans, ſiue hoc modo mutuans eſt ſecurus de credito, & capitali cum vſuris num. 20. & ſeq. & qui vult eſſe tutus in ſorte principali, numquam eſt
16 tutus nu. 21. tunc valete † concludit promiſsio lucri ceſſantis, quando promiſsio annuæ quantitatis eſſet ad vitam, & ita dicit quod loquitur Oldrad. loco citato vt per ipſum Borrell. nu. 24. vt dicam ſuper Bulla poſt cap. 355. Regis Alph verſic. amplia xxiij. ex mente, tom. 5. vel niſi ſimus in intereſſe, & lucris dotium, quæ innituntur alijs priuilegijs: & maximè ſi ſimus in Doctore, & milite non ſolito negotiari, quia hoc lucrum ceſſans non ſoluitur tutè Borrell. num. 27. concludit colu. fin. per totam, quod nec valeat, nec excuſet conſuetudo faciendi ſimiles contractus, nam hæc conſuetudo non poteſt facere quin contractus dicantur vſurarij vt in ſpecie latè determinat ipſe, ex quo eſſet contra bonum publicum per ea, quæ dixi infra in cap. 443. Regis eiuſdē Alph in princ. & ibi ſuppleo,
17 tom. 5. nec † vſus cōmunis nec obſeruantia faciunt licitam vſurarum extorſionem ex Cæphal. conſ. 549. num. 77. vol. 4. cum ſimilib. per eum.
18 Intelligitur ſecundo † de officijs fauorabilibus, ſecus de odioſis Fimia hic ex Bald. in l. ſi quis ſolidum ff de petit. hæredit. M. Muta.

Vt nullus Iudæus audeat medendi artem exercere in Christianum, vel medicinam ſibi dare, vel conficere. *Cap. LXX.*

IN ijs confidere non poſſumus, qui fidem non habent, nec alijs poterunt eſſe fideles, qui eorum dominum prodiderunt. Ea propter prouidemus, & iubemus, vt nullus iudæorum, qui, cum de illius ſpectaremus conſilio, ſiue cura, fortè nobis (cum nos odio habeant) procurabit impendere diſpendia, vel nociua, medendi artem in Chriſtianis audeat exercere, vel medicinas pro Chriſtianis conficere, aut medicinas eiſdem Chriſtianis vendere, vel

vel etiam ministrare, quod si contrafecerint, iubemus, quod iudæus ipse per annum vnum carceri detineatur inclusus, ducens per tempus prædictum in pane tribulationis, & aqua miseriæ vitam suam: Christianus vero, qui ad curam ipsum vocauerit, vel à iudæo medicinam sibi, aut suis propinari, vel confici fecerit, vel medicinam, aut medicinalia ab eo scienter emerit, carceri per tres menses detineatur in pænam, & totum, quod dederat, aut daturus esset ipsi iudæo, salarij, aut pretij nomine, ad curiæ manus perueniat per eam postmodum pauperibus erogandum.

SVMMARIVM.

Iudæi non possunt exercere artem medendi in Christianos sub pæna, nu. 1. & Christiani suscipientes medicamenta similiter puniuntur, & sunt excommunicati num. 2. 3.

Iudæi possunt castigari ex homicidijs, blasphemijs, vsuris, ibid.

Medicamenta non licet accipere à Iudæis medicis, nisi in casu necessitatis, aliàs incurritur excommunicatio, nu. 3.

Iudæi possunt exercere artes, num. 4.

IVBETVR in hoc cap. vt nullus Iu-
1 dæus † artem medendi exerceat in in Christianos, à qua potest meritoper magistratus arceri, & sub pæna carceris anni vnius in pane, & aqua, & e conuerso Christiani accipientes ab eis medicamenta similiter scienter per
2 menses tres stent carcerati † & de iure Canonico sunt excommunicati cap. nullus 28. quæst. 1. Ripa in tract. de peste c. 2. num. 51. & seq. & prout in hoc textu, sic videmus quòd ab homicidijs, blasphemijs, & alijs possunt castigari l. nullus C. de iud. sicut ab vsuris, alijsque illicitis exactionibus, vt sentij supra in cap. præcedenti versic. igitur, per l. illicitas ff. de offic. præsid. Natt. ad Alex. cōs. 1. libr. 2. Ratio est, euidentissima, nam dictis iudæis in ijs confidere non possumus, qui fidem non habent, nec alijs poterunt esse fideles, qui dominum tradiderunt, vt in principio textus habetur, & ob id dixi in Consuet. Pan. cap. 68. nu. 49. quod medici debent esse fideles in ordinandis ægrotis medicamina, & miror quod his annis præteritis aliqui accipiebant medicamenta a quodam medico iudæo, esto quod, vt audio, licentiam medendi haberet, & propterea miratur Boniorn. hic, & inueit cōtra Venetos qui sua ętate, nescio modo, se & eorum filios in ægritudinibus in manibus Iudæorū com
3 mictunt † nam incidunt excommunicationem, maximè hic Panormi vbi adest copia Medicorum, vnde si esset, penuria excusatur infirmus DD. & Fælin. in cap. tua nos de homicid. arg. cap. discipulos de consecr. dist. 5. Rip. loco citato sub nu. 57. Boniorn. hic.

Nec ab re est positum illud adiunctum hic in textu, dum dicitur, ibi, artem medendi, quia si non esset illud medendi,
4 non prohiberentur, sicut non vetantur † artem quamlibet exercere per ea, quæ dixi in d. Consuet Panor. 36. num. 4 quibus addo Andr. Sicul. & Fælin. in cap. sedes de rescrip. col. 7 & in c. 2. de iudæis, Ias. in rubr. ff. rum, Cepoll. cons. 75. nam quantum ad hæc non video esse de iure, nec ex forma statutorum prohibitum, sed concessum, de quib per Nat. ad Alex cōs. 99. vol. 6. & tetigi in c. præcedenti n. 8.

Vt nullus ancillam suam prostituat, & de pæna statuta in eos, qui contrafecerint. Cap. LXXI.

QVàm sit pudendæ relationis causa, & lucrifaciendi modus illicitus,

licitus, quamcumque ancillam, maximè Christianam deputare, vel pati stare prostibulo, & impudicis vsibus ganearum propatulo satis liquet, cum exinde multarum animarum perditio consequatur, pro cuius futuro remedio si quis fortè de cætero præsumpserit seruam suam maximè Christianam prostibulo deputare, vel ibidem pati esse, aut publicè sibi fornicandi necessitatem imposuerit, ipsam eo iure liberam esse iubemus, & à dicta quæstus turpitudine reuocari: & nihilominus dominus ipse per annum vnum in carcere, & vinculis commoretur, & totum id, quod ex turpi quæstu quęsiuerit, restitutum per eum pauperibus erogetur; nisi pœnas prædictas in alias arbitrati fuerimus commutandas.

S V M M A R I V M.

Ancillæ non debent permitti per dominos stare in prostibulo, aliàs amittunt dominium, & puniuntur num. 1.

Ancillam suam carnaliter cognoscens punitur, & quid in stupro, num. 2. & quid si esset pignorata num. 3.

Stuprum an committatur cum ancilla vel sclaua virgine. ibid.

Ancillam pignoratam sibi si quis prostituat, an amittat pignus, vel debitum, num. 3.



Hod. in summa quod nullus debet pati vt eius ancillæ † 1 maximè Christianæ stet in prostibulo causa fornicãdi, aliàs amittit dominium, & per annum carceretur, restituendo quicquid ex turpi quæstu quæsiuerit, facit pragm. 16. tit. 39 de var. ordinat. Boniorn. & de Gregorio hic per l. vnicam §. similiquè modo C. de Latin. Libert. rollend. l. 1. C. si manc. ita ven. Sylua. in l. lenones vbi glo. C. de Episc. aud.

2 Sic etiam veniret puniendus maximè ille dominus † qui propriam suam ancillam cognosceret carnaliter ratione maioris infamiæ, & incontinentiæ, atg. eorum, quæ posui supra in cap. 68. versic. & e conuerso, & ita ait Angel. in l inter liberos in principio ff. de adulter. quem sequitur Nicol. Boer. decis. 317. nu. 6. vbi quod cognoscens, vel stuprans sclauas, quibus in domibus vtuntur domini, quãuis non puniatur pœna stupri iuxta ea, quæ dixi infra in cap. Ritus 166. tom. 4. quia illud intelligitur in libera muliere, vt ibi tetigi versic. intelligo, & ob'd extra ordinem venit puniendus allegat Angel. text in leg. final. ff. de offic. præsid. vbi dicitur de ancilla deuirginata, sequitur Alex. ibi, & Additio ad Bart. Io. de Anan. in cap. significauit col. vlt. extr. de eo qui dux in matrim. nisi in eisdem concurrat etiam violentia in tali commixtione raptus, vel stupri, vt scripsi in d. cap. Ritus 166. Et casu 3 quo ancilla non esset sua propria † sed haberet eam pignoratam, eamquè prostitueret, amittit pignus, arg. eorum, quæ posui supra in cap. 61. versic. & habet locum, & in terminis, de quibus loquor sic in specie dixit Bart. in l. elegantet §. & si res ff. de pignor. act. vbi ponit etiam an amittatur debitum, & referendo Iacob. de Butr. dicit quòd non, l. extat ff quod. met. caus. l. ex facto §. iulianus ff. de vulgar & pupill. substit. quæ opinio an sit vera considera, & Bart. videtur limitare non procedere quando persona erat libera, vel serua erat propriè debitoris secundum Gugl. de Cuneo in d. §. iulianus.

Marius Muta.

Quod

Quòd serui Græci de Romania, postquam cœperint credere articulos fidei, vt Sancta Romana Ecclesia tenet, si ex tunc seruiuerunt per septem annos sint liberi. Cap. LXXII.

Licet Græci de Romania hucusque se ab obedientia sedis Apostolicæ subtrahentes fuerint abominati latinos, tamen, quia eis, qui oderunt nos, benefacere, ac esse misericordes Euangelica doctrina constringimur, etiam Græcis ipsis prouidimus charitatis opera non negari; quapropter salua ordinatione, ac prouisione Sedis Apostolicæ, cui si circa hoc aliquid ordinauit, ac statuit, quod penitus ignoramus, aut de cætero forsan statuetur, sincerè capita nostra submictimus eius prouisioni, atque arbitrio stare, ac obedire, protinus disponentes, statuimus, vt quicumque de prædictis græcis Romaniæ emerit captiuum, & detulerit tanquam seruum, eum non nisi per septem annos audeat retinere, cum ipsum, dicto completo septennio, reddi prouidimus suæ pristinæ libertati, quam constitutionem non tantum ad emendos extendimus, quàm iam ad emptos; hoc tamen beneficium ad eos porrigimus, qui firmiter credent, & simpliciter fatebuntur articulos fidei prout Sancta Romana mater Ecclesia credit, & tenet: ad veritatem redeuntes ipsius, eam vnam, & solam omnium Ecclesiarum magistram, & dominam recognoscant: quod tempus septemnij ex eo tempore iubemus incipere, ex quo cæperint credere, & firmiter confiteri articulos fidei, vt Sancta Romana Ecclesia credit, & tenet, vt superius declaratur.

SVMMARIVM.

Seruus Græcus de Romania emptus lapso septemnio fit liber si perfectus sit Christianus, num. 1. 6. amplia num. 7. limita num. 8. 9.

Benefacere debemus ijs, qui oderunt nos, num. 2.

Odium est quædam animi aduersio, ac passio mentalis, & intrinseca, quæ cadit sub prædicamento pati, ibid.


Odium non potest probari nisi per coniecturas, & indicia, ibid.

Charitatis opera nemini neganda sunt, n. 3.

Reges Siciliæ semper se submictunt determinationi S. Ecclesiæ nu. 4. & seq.

Clausula, promisit habere ratum, gratum &c. importat verbi prægnantia, & quid in procuratorio, num. 5.

Procurator cum libera cum promissione habere ratum, gratum, & firmum intelligitur quoad contenta in mandato, tantum ibid.



IN hoc textu cum subsequenti quasi eãdem materiam
1 habes † scilicet de captiuo, vel seruo græco de Romania empto, vt lapso septẽnio fiat liber si perfectus sit Christianus, & prout in textu.

Noto primo doctrinam illa Catholi-
2 cam, quòd benefacere † debemus ijs, qui ode-

oderunt nos Matth.capit. 5. & 6. quæ est etiam conformis eam instinctu nostro naturali, etenim odium est aduersio quædam animi secundum Dionis in cap. de diuers. nominibus, estque passio mentalis, & intrinseca, quæ non cadit, nisi sub prædicamento pati, vt dicit Bald. in l. ex persona C. de probat. & non potest probari, nisi per coniecturas, & indicia vt per Speculat. in tit. de teste §. 3. & sic videmus quam miserrimum sit odisse indifferenter, & ob id infert dominus Rex hic in principio quòd quamuis Graeci de Romania fuerint abominati latinos, tamen non ob id est eis apportandum odium, sed misericordia cum beneficentia.

3 Noto secundo quod opera † Charitatis nemini neganda sunt, ita, ibi, etiam Graecis ipsis prouidimus quasi creaturis Dei in quibus consistit adhuc dilectio prouenients ex ipsa charitate vt ait Archid. in cap. Charitas de penit. dist. 2. lib. 3. sentent dist. 27.

4 Noto tertio, ibi, qua propter salua ordinatione &c. quòd semper debemus remittere determinationi † sanctæ sedis Arg. m. eorum, quæ dixi infra in capit. 443. Regis Alphonsi sub versic primus igitur modus tom. 3. vbi quod illud, quod Papa approbat, nos approbare debemus qua de causa Rex noster hic air, quod sincerè capita nostra submittimus in his quæ ordinata, & statuta per eam sunt, offerendo se promptum obedire, & stare illius arbitrio, & est alius textus infra eod. capit. 85. vbi Rex concludendo certas eius constitutiones, ait quod si sedi Apostolicæ placuerit aliquid corrigere, mutare, vel supplere circa hæc Regni capitula, id totum, quod prouiderit, gratum, ratum, & acceptum habebit, & faciet obseruari tetigi supra in cap. 24. Garz. de vlt. fine, Fælin. Dec. D. Thom. & alij de quib per Surd. conf. 301. libr. 3 &

5 sic † per verba prægnantia est facta promissio dum dicit, gratum, ratum, ac firmum, sic Socc. Iun. conf. 116. num. 51. 52. libr. 1. quantum ad hæc regni capitula in quibus est facta hæc promissio, sicut diximus de procuratore, in quem si est collatum procuratorium cum libera per constituentem promittentem habere ratum, gratum &c. intelligitur quoad contenta in mandato, itaut non amplictur principalis dispositio Cyn. & Bald. in l. procurator C. de procurat. Alberic. & Iaf. in l. in l 1. ff. de offic. procurat. Cæsar. Alex. Dec. & alij, de quibus per eundem Surd. conf. 160. num. 34. 35. libr. 2.

His igitur notabilibus præpositis colligimus sensum, & thema præsentis capituli quod est pulchrum, & est alius modus præter dictos supra in cap. 59. in 4.

6 dicto in versic. nec residet. in quo seruus acquirit libertatem, nempe † quod quicumque sit, qui emerit captiuum seruum græcum de Romania, & detulerit tamquam seruum, non potest illum vltra leptem annos retinere, quo septemnio completo redit ad pristinam libertatem.

7 Amplia vt procedat † non solum quo ad Græcos seruos emendos, sed etiam ad iam emptos, & sic istud capitulū Regni, & hæc constitutio flectit oculos etiā retro, quamuis natura statutorum sit futura prospicere, vide de hac materia supra in cap. 6 versic. nota fallentiam, & ita disponitur per hunc textum, ibi, quam constitutionem.

8 Limita primo † procedere, & intelligi istud beneficium, scilicet de acquirendo pristinam libertatem per dictos captiuos de Romania græcos emptos, si dicti græci de Romania firmiter eredent, & simpliciter fatebuntur articulos fidei, sicuti Sancta Romana mater Ecclesia credit, & tenet, & sic si redierint ad fidem, ita, ibi, hoc tamen beneficium.

9 Limita secundo † & declara, vt dictum septemnium incipiat currere ex eo tempore ex quo cæperint credere, firmiterque confiteri fidei articulos, prout Sancta Romana Ecclesia credit, & tenet sic habes in hoc capitulo prope finem, ibi, quod, tempus septemnij.

Muta V.I.D.

De non vendendo seruo græco personæ suspectæ, vel alij, si fortè seruus propter deuotionem, quam habeat ad priorem dominum non consenserit. Cap. LXXIII.

QVoniam durum interdum, atque crudele videbatur, Christiana mancipia videlicet de partibus Romaniæ de dominio

minio vnius ad alterum quacumq; alienationis causa transferri, cum fortè ipsa mancipia sub dominio patroni prioris pacificè, honestè, deuotèque diutius conuersata, doleant ad alium ignotum dominum transitura, verentia, vt sub nouæ emptionis dominio honeste viuere nequeant, nec per emptoris abusum absque detrimento animæ conuersari. Prouidemus, vt nullus aliquod mancipium Christianum de Græcis de Romania vendere audeat personæ suspectæ, de qua euidenter appareat, aut coniecturari possit aperte ipsum non nisi seruitium, siue quæstum velle habere, aut si fortè ipsum mancipium tam magnam affectionem ad dominum priorem habuerit, vt nullo modo videatur eidem cum alio viuere benè posse, quo casu non sine voluntate dicti mancipij de ipso alienatio nulla fiat, nisi forte vrgens causa, aut necessitas immineret. Quòd si contrafecerit, seruus protinus fiat liber, pretio, quod venditor inde perceperit, emptori protinus restituto, & nihilominus venditor ipse per vnum mensem carceri mancipetur, nisi pœnas prædictas in alias arbitrati fuerimus commutandas, hoc tamen vt supra.

Subnectitur eadem materia, & propositum, de quibus in antecedenti capitulo locuti fuimus, sed quia est quasi conforme capitulo 65. supra eod. dic vt ibi, in versic. tertia pars, vbi examino de hoc textu latissimè, ob id non immoror.

Quòd nullus audeat mandare seruis suis aliquod, quod sit in Christi opprobrium. Cap. LXXIIII.

QVamuis mancipia suis dominis obedire teneantur, domini tamen ipsi eisdem mancipijs, & maximè Christianis nihil audeant iniungere, vel mandare, quod sit in Christi opprobrium, qui est dominus dominorum, & præiudicium euangelicæ veritatis. Qua propter dominis ipsis sub pœna hæreticæ prauitatis iniungimus, vt aliquod tale dictis eorum mancipijs non audeant iniungere, vel mandare.

S V M M A R I V M.

Seruis non potest præcipi per dominos illud, quod esset in opprobrium Christi, num. 1.

Iniunctio an possit fieri per laicos sub pœna hæreticæ prauitatis, num. 2.

BREVISSIMVM, & succinctum est, & quantum attinet ad obediētiam, quam debent præstare serui eorum dominis, dixi supra in cap. 62. in versic. non negatur tamen propè principium. Duo tantū modo colligo.

Primum quod domini non possunt præcipere seruis eorum † & maximè Christianis, eisque iniungere, & mandare aliquid, quod sit in opprobium Christi, ac in præiudicium euangelicæ veritatis sub pœna incursus hæreticæ prauitatis, vt subdam in § mutabili; & sic præceptum, siue iniunctio iniusta non tenet, argum. eorum, quæ dixi supra in cap. 56. num. 25. Regis Iacobi, tom. 1. vbi quod sicut iniunctio impossibilis non tenet, eodem modo præceptum iniustum, & multo fortius etiam si esset præceptum ecclesiasticum, vt dixi supra in cap. 1. sub versic. tertia promissio.

Secundum quod noto est † quia potest Princeps secularis facere iniunctionem sub pœna hæreticæ prauitatis, ita in textu ibi, quapropter, & sic licet realiter cognitio hæreticæ prauitatis spectet ad iudicem Ecclesiasticum, vt dixi supra in cap. 52. num. 8. eiusdem Regis Iacobi, tom. 1. tamen non negatur quin possit iudex secularis, siue Princeps facere dictam iniunctionem, siue mandatum vt hic.

Quòd nullus vendat seruum suum Christianum pro saracano, & aequaliter puniatur emptor, & venditor. Cap. LXXV.

INiquam cupiditatem aliquorum punire volentes, prouidemus & mandamus, vt qui vendiderit seruum Christianum pro saracæno, per annum captus in carcere teneatur, & precium recuperet emptor, siquidem ignorans fuerit: si vero sciens emptor fuerit, precium, quod venditor ipse perceperit, restituat Curiæ per eam pauperibus erogandum, & in quolibet casu seruus nihilominus fiat liber, nisi tempore venditionis seruus se forte tacuerit Christianum.

SVMMARIVM.

Seruus Christianus si venditur tanquam saracanus efficitur liber, & amictitur pretium, & quando num. 1.



FINIS imponitur materiei successiuæ à cap. 59. vsque huc de seruis tractanti, & colligo alium casum præter dictos, & adnotatos supra in d. cap. 59. in 4. dicto, sub versic. nec resider, per quem seruus potest acquirere libertatem, & est quòd si venditur † seruus 1 Christianus pro saracæno, efficitur liber, & amictitur precium per venditorem, ac per annum carceri mancipabitur, & si emptor esset sciens, perdit etiam precium, & vbi restitutio esset aliàs sibi facienda per venditorem, isto casu est erogandum curiæ in pauperes; nisi ipse seruus tempore venditionis prædictæ tacuerit se Christianum, si enim seruus est quomodo potest vendi pro saracæno, & esset quasi eos vocare canes, quod est prohibitum supra in cap. 63.

M. M.

De incantationibus, & diuinationibus prohibitis, & sublatis. Cap. LXXVI.

NVlli restat ambiguitatis suspensum, qui veneficijs, magicis incantationibus, augurijs, diuinationibus, sortilegijs, cæte-

cæterisque talibus innitentes, peruersores sacræ relligionis fidei à Christi fidelibus reputentur, qui prophetiæ spiritum, & habitum diuinæ sapientiæ simulantes, humanas posse mentes diuertere, & scripturarum inspectione futura prædicere falsò promictunt, volentes Deo similes esse videri, præsentia futurorum, quam sibi Deus ipse singulari priuilegio reseruauit. Igitur, vt tam causa profani erroris dissipentur actores, quàm huiusmodi suspectionis materia præcludatur,& curiositas scilicet diuinandi, antiquas leges ad hoc editas, quæ sub dissimulatione transibant, iussimus obseruandas: statuentes, vt nullus deinceps audeat in talibus perfidijs laborare, & quicumq; post hoc edictum inuenti fuerint in Regno nostro, quacumque ex causa, magicas, veneficia, incantationes, auguria, diuinationes, sortilegia, & huiusmodi talia exercere, tam facientes, quàm ipsos ad huiusmodi prouocantes, per officiales nostros, ad quos tale spectat iudicium, pæna capitis, videlicet exercentes, & deportationis videlicet prouocantes, prout leges ipsæ sanciunt, & distingunt irremissibiliter puniantur, nisi pænas ipsas in alias arbitrati fuerimus commutandas. Quicumq. autem prædictos exercentes, aut prouocantes in publicum detexerint, à curia nostra vnciam auri vnam in præmium consequentur.

SVMMARIVM.

Incantuum, & diuinationum in materia quilibet de populo potest accusare, num. 1. & seq.

Hæreticale an sit delictum circa incantationes, & diuinationes, ibid.

Diuinationes, & incantus sunt delicta prohibita, & tales concremantur, vel deportantur, vel fustigantur, aut carcerantur, num. 2.



DIVIDO hoc cap. in duas partes secundum intentionem rubricæ, in quarum prima tractatur de incantibus, in secūda de diuinationibus, & similibus

1 Et de prima dixi in cap. tit. 149. in 5. casu tom. 4. quòd † quilibet de populo potest circa hoc accusare, in materia addo quæ dicit Bonifac. de Rogger. cons. 31. & 32. libr. 2. quem simpliciter adduxi ad Consuet. Pan. cap. 56. sub num. 28. & retigi supra in cap. 52. Regis Iacobi in prima exclusione, versic. non omne tom. 1. vbi an hoc delictum circa incantationes, & similia sit hæreticale, & transit hic Bon-
2 iorn. & de Gregorio, qui dicunt † hæc esse prohibita per l. 1. §. medicos ff de var. & extr. cognit. rubric. C. de malefic. & math. Ysern. in constit pocula amatoria Barb. cons. 95. & tales auruspices de iure concremantur, & prouocantes deportantur, de iure vero canonico si persona est vilis fustigatur, si nobilis ad perpetuos carceres damnatur 26. quæst. 2. cap. contra sortilegos.

Secunda pars huius textus potest etiā applicari, & reduci ad materiam somniorum, quæ & fabulosa, & ridiculosa, ac superstitiosa, & consequenter prohibita ex narratis supra in dict. cap. 52. Regis Iacobi.

Muta V.I.D.

De non ludendo ad tabulas, & taxillos. Cap. LXXVII.

DAmnosum, atque damnabile alearum ludus, sub quo comprehendimus tam tabularum, quàm ludum quemlibet taxillorum, quem diuersa sequuntur genera vitiorum, inhibere volentes, cum fraus, mendacium, periurium, atque blasphemiæ sæpius commicterentur in ipsis, & ex ipsis postremo rerum damna, & odia sequebantur, statuimus, vt lex illa Græca Diui Imperatoris Iustiniani sub titulo de aleatoribus comprehensa, qua dictus vsus alearum vetatur, quæ per contrariam consuetudinem quasi erat abolita, inuiolabiliter obseruetur, tenorem cuius, vt reperiatur facilius hac constitutione de verbo ad verbum duximus inscribendum, qui talis est.

S V M M A R I V M.

Ludus producit multa mala, & perditionem proprij patrimonij, desperationem, blasphemias, &c. nu. 1.

Ludus, & baractaria sunt probibita præsertim si sit solutio pro eo, & quæ pœna sit, nu. 2. & seq.

Lusores continuò tamquam malæ vitæ possunt condemnari super regijs triremibus ad tempus, nu. 3. 8. vbi quod efficiuntur infames, nec possunt esse testes, nec offitiales, & præsumuntur dilapidare bona.

Triremium condemnatio successit in locum damnationis ad opus publicum, & in metallum, num. 4. & seq.

Triremium condemnatio est à relegatione supra, nu. 5. & seq.

Triremium cōdemnationem possunt imponere Iustitiarij etiam sine regio mandato, & quid hodie, ibid.

Arbitrium Iudici quatuor de causis datur, num. 6.

Ludus vertitur in perniciem circa seruos, & filiosfamilias, nu. 7.

Ludus non est licitus nobis cum seruis, & filijs familias à quibus si vincitur committitur furtum, ibid.

Ludus, & baractaria vbi continuo tenentur, possunt confiscari domus, & quilibet de populo potest agere, nu. 9. & seq.

Baractaria, & ludus quoties continuò exercetur potest publicari bannum per offitiales sub pæna desolationis domorum, nu. 10. limita nisi domus esset aliena, & dominus nesciebat, nu, 15. 16.

Domus possunt confiscari stante banno ne teneatur ibi ludus, ibid.

Testatoris dispositio volētis quod memoria sua conseruetur per erogationem pecuniæ in ludo, non valet sed in alium vsum mutabitur num. 11.

Ludus esto quod sit relictus per testatorem vt eius memoria conseruetur non erit licitus, ibid.

Ludus est licitus vsque ad vnum solidum causa recreationis, & intertenimenti n. 12. & seq.

Rex siue Princeps non debet semper intendere circa negotia priuatarum personarum, sed dare interuallum, & recreationem corpori, nu. 13.

Ludo si heri vicit pecuniam lusor, & die sequenti perdidit cum eodem, esto quòd pecunia sit aliena, non potest per dominum vendicari, & quare nu. 14.

Domus an possit confiscari in quam essent inuenta arma probibita inscio domino, num. 15 & seq.

Scopettoni si inueniantur in domo alicuius eo inscio an teneatur, ibid.

Ieiunium non seruans an peccet si mentem Ecclesiæ non offendat, nu, 16.

Scaccborum ludus veluti intertenimenti non est probibitus, & de promettere ate dare mactum de pedina, quæ postea fit Regina nu. 17. & an talis ludus sit permissus scholaribus, num. 18.

Digni-

Dignitatis augmentum non extinguit legatum, num. 18.
Ludus fortunæ, & taxillorum de se non reprobatur, & an valeat conuentio si plura puncta faciam, num. 19.



SQVE ad cap. 81. agitur de eadem materia ludi, de qua etiam scripsi nonnulla in commentar. Consuet. Panor. cap. 77. fit mentio de l. codicis in tit. de relligios. & sumpt. funer.
quamuis hic dicatur esse sub tit. de aleatorib. & tractabo de ea aliqua, cuius totus tenor iam insertus est infra in capit.
subsequenti, quæ hæc omnia reuerà hodie non seruantur, & vtinam seruarentur, sed videmus multos, & ferè omnes
in perniciem duci causa ludi, producit
1 enim† dictus ludus fortunæ multa mala,
&perditioné patrimonij, facitq; homines
venire ad desperationem, eosque prouocat ad blasphemiam Dei, & Sanctorum
Auth. Alearum vsus d. tit. C. de rellig. &
sump. Hostiens. in summa tit. de excessib.
Prælat. Boniorn. in auth. vt non luxur.
contr. nat. & in d. Auth. Alearum vsus, &
in §. ilud. vero in proœ. Digest. & remissiuè hic, & est constit. mores dissolutè viuentium Bald. in l. quicumque col. 2. C. de
ser. fugit. Marsil. in l. hi quoque ff. ad l.
Cornel. de Sicar. & in Regno hoc sunt
2 pragmaticæ, quæ † prohibent ludos, &
barattariam pragm. 1. & 2. tit. 53. tom. 1.
vbi maximè si fieret solutio pro tali ludo
& pæna est quoad viles, vt remigent per
annos quinque, & si nobiles per annos
totidẽ stent in castro, & per d. aliã pragmat. 2. pæna est vt perdantur siue confiscentur pecuniæ in dictis locis applicandę
officialibus. qui eas caperent, & sub alijs
pænis in iure statutis; sic etiam disponitur per constitutiones Regni, vide Affl.
& alios in d. constit. mores dissolutè viuentium libr. 3 Grammat. decis. 40. & dicit Affl. in constit. Hi qui num. 8. tit. 51.
de inquisit. libr. 1. quod isti continuò lu-
3 sores † tamquam malæ vitæ (sicut dixi
supra in cap. 16. de continuo portantibus
arma, & rixantibus) possent condennari super regijs triremibus ad tempus, &
in operibus publicis, vt subdam inferius
prout sunt triremes ipsæ secundum ea,
quæ ait Io. Ant. Batius ad ipsum Afflict.
4 ibidem, vbi quod damnatio † ad remigandum in regno successit in locum antiquæ pænæ damnationis in opus publicum allegat eundem Afflict. in d. constit.
mores dissolutè viuentium, Imol. in l.
2. ff de publ iudic. Capic. decis. 153. nu. 3.
addo Clar. in pract criminali §. fin. quæst.
67. versic. item damnatio in metallum,
vbi ait quod triremium pæna successit
hodie ad illam pænam damnationis in
metallum, vel ad opus metalli, siuè condennatio esset ad perpetuum, vel ad tempus, quæ damnatio iam scitur quod erat
opus publicum, similia concordantia
adducit Farinac. de indic. tit. de delict. &
pæn. quæst. 19. num. 14. & puto quod sit
5 pæna † à relegatione supra idem Farina.
num. 15. in fine, subdens ipse Batius esse
hoc tenendum menti pro practica quotidiana M. R. C. quæ ita seruat, Afflict.
in constit. regni disputare, & in constit.
multæ leges, Bart. Veronens. inter consilia criminalia cons. 29. 30. 31. Grammat. cons. 18. num. 7. Boss. de defens.
reor. num. 68. gloss. in l. sacrilegij ff.
ad l. iul. peculat. (quæ possunt applicari ad ea, quæ scripsi in prag. vnica
tit. de vagabund. d. tom. 1. pragmaticarum) & hoc possunt facere iustitiarij
etiam sine alio regio mandat(oquamuis
in regno sint necessariæ literæ, quas vocamus dispensatiuas) vt subdit idem de Afflict. ex Bald. in cap. 1. tit. ex quib. caus.
feud. amict. qui ait quod arbitrium datur iudici quatuor de causis † vel ad exagerationem pænæ, vel ad mitigationem
6 ipsius, aut propter incognitam hominum
voluntatẽ, aut propter nimiam negotiorum varietatem, & propter differentiam
circumstantiarum; contra hos etiam inuehit Decian. capit. 8. quot sint species
blasphemię num. 23. tom. 1. & præsertim
dictus ludus † vertitur in perniciem circa seruos, & filios fam. à quibus si à sci-
7 entibus pecunias non esse eorum vincitur, committitur furtum, Bolognin. ad
Anan. cons. 70. Marquard. in tract. de iudæis part. 1. cap. 11. Bossellus ad statuta
Parmæ tit. de pœna ludentium, & est in
specie d. constit. Regni hi, qui, vbi idem
Affl. sub n. 5. & seq. ait † quòd frequentes
lusores publicè taxillorum sunt puniendi
8 pœna arbitraria, etiam, vt dictũ est, superius n. 3. ad operãdũ in operibus publicis
ad tẽpus, & efficiuntur infames, Hostiens.
loco citato, qui inter alia ait quod lusor
agit turpem vitam transgrediendo illa
tria præcepta iustitię, honestè viuere &c.
Paris de Put. in tract. de ludo impresso in
fine sui tractatus de syndi. Io. Ant. Batius
ad Afflict. in d. constit. hi qui, vbi refert
esse

esse infames, nec posse esse testes, nec admitti ad aliquod officium publicum, & præsumuntur delapidare bona, & vti eorum substantia malè ex Bald. Alex. Dec. & Gramm.

9 Extenditur vt† etiā domus, in quibus tenētur dictæ baratariæ, & ludi, intelligantur cōfiscatæ, vt disponitur in d. pragma. quarum vna pars erit denuntiatoris, in quibus pœnis potest fiscus principaliter agere, vt ibidem habetur, & quilibet de populo ex his quæ subdam modo in seq. extensione, & cum ea declaratione de qua inferius limit. 2.

10 Secundo extenditur † intantum esse prohibitum ludum, vt dixerint multi etiā posse officialem promulgare bannum, quod nemo teneat ludum in domo sub pœna desolationis ex his, quæ tetigi supra extensione proxima, & per Capic. decis. 130. num. 72. tetigi supra in cap. 25. versic. sic idem, Boniorn. ibidem in d. cap. 25. & in l. si is cum quo ff. com. diuid. Paris de Put. versic. bannum fol. 26. & transeunt alij hic.

Tertio extenditur, vt non sit hodie verum, nec procedat id, quod habetur in l. legatum ciuitati ff. de vsufr. legat. vbi
11 volebat testator † quòd conseruaretur memoria sui per erogationem pecuniæ, quia licet hoc esset substantiale, adeout prætermitti non posset, stante quia constabat de voluntate testatoris, vt erogetur præcisè in ludo, vt explicat Andr. de Ysern. in tit. quo temp. mil. in ptinc. sub num. 4. nam dico quòd hoc non procedit stante isto Regni capitulo prohibente ludum; vnde bene subdit ipse Dominus de Ysernia quòd stante quia illi vsus, quos testatur, & demonstrauit, & taxauit, non licitè poterant fieri, erogabitur talis dispositio in alios vsus (argum. eorum quæ dixi de conuersione vnius vsus in alium in cap. 25. Regis Mattini infra tom. 3. vbi allego concordantia) addo additionem ad Speculat. in tit. de instrumentorum editione §. nunc vero aliqua sub num. 23. in literam D. quæ ponit hæc eadem verba, loquiturque de ludo olim prohibito Bononiæ circa ludum Canauellæ, sed mutabitur dispositio per primates Ciuitatum ad alium ludum licitum.

Limito primo quod non ob id vetatur, sed in his casibus, notatis insequen-
12 ti capitulo, permittitur ludere † vsque ad vnum solidum, erat hoc etiam de iure, quia quicquid vltra solidum in ludo vincatur, perdenti restitui debebat, d. l. alearum vsus C. de relig. & sumpt. fun. Io. Ant. Bossell. ad statuta Parmæ tit. de pœna ludentium. vbi pulchrè, & latè in in materia ludi fol. 180. sicquè ludus causa intertenimenti est permissus d. prag. 1. tit. 53. & ex his quæ ponam modo in versic. schaccorum, sicque dicebat Affl. in constit. generalia num. 3. tit. vt vniuersitas accusata rubr. 2. libr. 2. quòd etiam
13 Rex † non debet semper intendere circa negotia priuatarum personarum, sed sed etiam, vt sanus viuat, & dare interuallum negocijs, & recreationem corpori ex legenda S. Ioann. Apost. in voragine fol. 18. & ex dicto Catonis [interpone tuis interdum gaudia curis] Fælin. & alijs per eum, si ergo non vltra solidum ludatur, & amittitur, sit vicentis, etiam si illud solidum esset de pecunia aliena, & illud est quod ait Cuman. in l. si alieni ff. de solu. vbi quod si anteceden-
14 ti † die ludendo pecuniam amisi, & die sequenti victor mecum ludendo amittat pecuniam, quæ erat aliena, non poterit dominus pecuniæ illam à me tamquam propriam vendicare, quia effecta fuit mea, & compensatur cum illa, quam paulo ante perdideram, vt refert, & sequitur Io. Petr. Surd. cons. 4. num. 10. lib. 1. arg. eorum quæ dixi in cap. rit. 122. in 4. beneficio tom. 4.

Limito secundo non procedere quo-
15 ad ea, quæ dixi supra† extensione prima quatenus nempe dicitur, & hic quod nullus in priuatis, vel publicis domibus ludat, nec ludum teneat, siue instrumenta, non procedere, nec afficere eum, in cuius domo aduena receptus talia instrumenta reposuerit, vt in proposito tenentis tormenta rotata breuiora in domo ait Io. Petr. Surd. cons. 462. nu. 31. lib. 4. dat ibi rationem, quia mens ordinis non offenditur ex Bertaaol. cons. 74. nu. 8. & seq. volum. 1. criminalium, inferens ipse Surd. quod constitutio continens aliquid non propter se principaliter, sed ad euitandum aliquid mali, non obligat transgressorem ad pœnam aliquam, nisi lædatur finis, ad quem constitutio tendebat cap. quoniam contra in fine, & ibi DD. de probat. Cardinalis in Clement. 1. q. 38. de priuilegijs, quòd vbi cessat respectus, quem ille textus considerauit, non est locus pœnæ in eo contentæ, vnde ex
16 Abb. Aret. & alijs etiam infert† quòd qui non seruat ieiunium, non tenetur si mēte Eclesiæ non offendit ex Fælin. in d. cap. quoniam contra num. 11. vbi Dec nu. 17. idem Surd. cons. 272. num. 8. (& seruiunt

pro

pro apportatione sconcertonum, siue eorum inuentione in domibus, de quibus tetigi supra in cap. 33. numi. 80. Regis Iacobi Tom. 1.) nam non est locus d. pragmaticæ in isto casu ex supradictis.

17 Scacchorum ob id ludus, cum sit intertenimenti † per ea, quæ tetigi superius limit. 1. semper est permissus, etiam clericis, cum sit ludus ingenij vt cõclusi in d. cõsuet. Panormi. qu. 3. de quo legi fuisse compositum librum scacchorum, qui incipit multorum fractum ordinis nostri, vt meminit Afflict. in constit. Regni ponitatem lib. 3. de præstando Sacramento libr. 1. addo Bosell. loco præcitato post Abb. & Archid ab eo allegatos, & adduxi in d. cõsuetudine illud de pedina, de promittente dare mactum ex ea, quibus addo eundem Bart. in l. legatis §. si ex officio ff. de legat. iij. qui dicit quod quando fit regina, fit mutatio de officio ad artificium, ideo desinit habere virtutes peditis secundum Ricchar. & Cyn. quos ipse citat, & ibi vide Additionem, & in l. falsa §. sed et si cui ff. de con. tit. & demonstr. qui ait quòd augmentum di-

18 gnitatis † non extinguit legatum, & infert ad quæstionem de hoc ludo scacchorum, est verum quòd idem Matth de Affl. loco citato post Alberic. de Rosate. in Auth. interdicimus C. de Episc & cleric. subdit quòd scholaribus etiam talis ludus scacchorum est pestilens, quia perdunt tempus, quo nil charius est per cap. in ciuitate extr. de vsur. sicut etiam ludus

19 fortunæ † & taxillorum de se non reprobatur, hinc dicunt DD. quòd valet conuentio vt soluam tibi decem, si plura puncta facies quàm ego ex apportatis per Dec. cons. 1 5. nu. 3. DD. Neapolitani referunt in d. l. alearum vsus.

Marius Muta.

Constitutio C. de ludis alearum, & azardi inuiolabiliter obseruanda, Cap. LXXVIII.

ALearum vsus antiqua res est, & extra opera pugnatoribus concessa, verum pro tempore prodijt in lachrimas, multa millia extranearum nationum suscipiens, quidam enim nec ludentes, nec ludum scientes, sed numeratione tantum proprias substantias perdiderunt, die, noctuque ludendo, argento, apparatu, lapidibus, & auro. Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare, idest Deo maledicere, conantur, & instrumẽta conficiunt. Cõmodis igitur subiectorum prospicientes, hac generali lege decernimus, vt nulli liceat in publicis, vel priuatis domibus, vel locis ludere, neque inspicere, & si cõtrafactum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab ijs, qui dederunt, aut eorum hæredibus, aut his negligentibus, ab eorum procuratoribus, vel patribus, seu defensoribus, repetat Fiscus, non obstante, nisi quinquaginta annorum præscriptione. Episcopis vero locorum hoc prouidentibus, & Præsidum auxilio vtentibus; Deinde vero ordinent quinque ludos Comonbelon, idest ludus, vbi lapis in longum proijcitur, Comondiaulion, idest ludus vbi lapis, vel palus in breue spacium proijcitur, Rhindalca, idest ludus, vbi equites currendo in terram rẽ proijciũt, Ecperusan, idest ludus, vbi pondus dẽtibus eleuatur. Sed nemini permictimus etiã in his ludere vltra vnũ solidum,

etiam

etiam si multum diues sit, vt si quem vinci contigerit, casum grauem, non substineat: non enim bella solummodo bene ordinamus, sed & res ludicras; sed istam interminantes pœnam transgressoribus, potestatẽ dando Episcopis hoc inquirendi, & Præsidum auxilio sedandi &c.

De ludis permissis, & pœna statuta contra eos, qui ad tabulas, vel taxillos ludere præsumpserint. Cap. LXXIX.


PRæter autem quinque ludos prædictos permissos ad balistas, ac etiam ad arcus, ac lancearum, & dardorum iactus, & huiusmodi similes ludere, cum causa virtutis vertatur in ipsis, & noxij non existant sub prætaxata quantitate indies non tam permictimus, quàm hortamur. Quicumque autem contra hoc venire præsumpserit, præter pœnam in ipsa constitutione comprehensam, per vnum mensem carceri mancipetur, & totum, quod in ludo apud lusores inuentum fuerit, Curiæ commodis acquiratur per eam pauperibus postmodum erogandum, nisi pœnas prędictas in alias arbitrati fuerimus commutandas. Quicumque autem prædictos ludentes in publicum duxerint, seu detexerint, medietatem pecuniæ in ipso ludo inuentæ, in præmium assequentur, alia medietate baiulationis compendio acquirenda: & nihilominus domus, in qua inuenti fuerint aliqui ludere ad tabulas, vel taxillos, ad opus nostræ Curiæ publicetur.

Causa, quare ludus quilibet taxillorum prohibetur, & vt nemo emat, faciat siue portet, aut teneat taxillos, & quæ pœna statuitur in eos, qui contra fecerint. Cap. LXXX.

NImirum si ludum azardorum, vel quemcumq; alium taxillorum solummodo tollere contenti non sumus, sed comprehendimus, & tabularum, quoniam si sublato taxillorum ludo, simpliciter permicteretur ad tabulas ludere, nostra intentio, quæ est, vt commodis subiectorum prospiciamus, damnorum ipsorum viam præcludamus, & blasphemandi Deum, ac commictendi periuria, atque mendacia, quæ quidem omnia, & alia in ludo taxillorum, siue azardorum certum est sæpe commicti, perfectum effectum nullatenus sortiretur. Nam cum tabularum ludus propè sit proximus azardorum, homines tenentes se tantum prohibitos ludere ad azardum, vel simpliciter taxillorum,

ludo

Medici an aequiparentur obstetricibus, ibid & nu. seq.
Obstetrices an sint medicae, nu. 4.
Doctores, & Medici non poterant de iure communi carcerari, non obstante statuto & quid hodie, num. 6.
Milites possunt portare calcaria deaurata, & quascumque vestes, nu. 7.



SVBNECTVNTVR modo à cap. 86. vsque huc certae ordinationes circa modum vestitus virorum, à cap. enim 90. videbimus modū apportandi ornamenta quo ad mulieres, dominas, siue etiam matronas, quas constitutiones vult Rex noster intantum obseruari, vt velit quòd Iurati in quolibet suo quarterio vigilent, & attendant, si isthaec capitula facta in hoc colloquio Messanae obseruentur, vt decet; & concordare videntur haec regni capitula cum pragm. 1. & 2. & 3. & §§. ibidem sequentibus tit. 64. de faustu, & pompa omnis generis vestium moderandis, tom. 1. vbi suppleo, & iterum in Pragm. vnica tit. 47. cum §§. ibidem sequentibus de moderatione faustus vestimentorum tom. 2. & quae dicam infra in infrascripto cap. 90. & cum dispositione iuris communis, dicitur quippe in textu l. offensiocum l. seq. ff. vbi
2 pupil. educ. debeat, quòd sumptus † pro modo facultatum sunt faciendi, nam dicit versus,

„ *Qui plus expendit sua quā possessio reddit,*
„ *Non admiretur si paupertate grauetur.*

vt ait Matth. de Afflict. in constit. hi qui nu. 7. tit. de inquisit. & propterea possunt fieri statuta, & promulgari banna concernentia modestiam, & conseruationem facultatum subditorum Alberic. in l. si dominus ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. Boniorn. supra in d. cap. 86. cum similib. infra in d. c. 90. versic. & quod plus: sic
legi quòd valet statutum † de non retinendo v.g. nisi decem famulos per ea, quae ait postBar. in l. inficiado §. infans col. vlt. ff. de fur. Bertac. in verbo, statutū fol. meo 100. col. 4. vbi quomodo puniat habentē viginti, & quę dico infra c. 98. §. 4. vbi tāgo de simili statuto permictente certas personas in conuiuijs, an puniat superfluas.
Et quantum attinet ad praecedens cap.
3 87. & 88. aequiparantur Doctores † in legibus cum Medicis, quia vterque potest portare calcaria deaurata, & frenum, & confutatur illorum opinio, qui tenent medicos esse viles, ratione quia assimilentur obstetricibus, vt est reuera textus in l. si duobus in verbo, medicos autem, & obstetrices C. com. de legat. Speculat. in tit. de salario §. fin. in principio, gloss. 2. in cap. sane 14. quaest. 5. dicens Speculat. medicos non esse maioris authoritatis quàm obstetrices, cum pari aestimatione apprecientur, sentient ipse non esse dandum maius salarium primis quàm secundis, Rip. in tract. de peste §. medicorum auxilio num. 166. & quae dixi in consuet. Panh. cap. 68. nu. 47. quamuis ipse dicat nō credere dictum textum in d. l. si duobus quoad supradictam aequiparationem, licet Petr. de Bellaper. ibid.
4 teneat quòd cū † obstetrices sint medicae, & tam medicorum quàm obstetricium offitium sit vile, à pari consequēter debeant procedere, latè tamen resoluas ex Andrea Tiraq. in tract. de nobil cap. 31. num. 389. cum seq. vbi multa ad laudem, & vituperium medicorum: ergo regulariter erat prohibitum portare per
5 dispositionem huius capituli frenum † deauratum, itaque realiter est concordans cum dispositione iuris communis, vt est rubric. & textus in l. 1. C. nulli licere in frenis lib. 11. vbi Bald & Angel. de Perus. & Luc. de Penna, & ibi plus disponitur, nc in frenis, nec sellis (sic dictae quia equos fremere cogant, vel haec frendeant equi, dentibusque comminnant, & sellae à sedendo, quasi sedis, idest paruis sedibus.) margaritae, smaragdi, nec hyacinthi apportentur; quòd iam subintelligitur quoad istum textum, quia si est prohibitum portare ea deaurata, quanto magis cum dictis petris preciosis, & maximè carbunculis, adamantinis, rubinis, & topacijs, & transit hic simpliciter Boniorū, qui aequiparat Doctores, & Medicos, & in l. medicos C. de profess. & medic. Matthesil. Marsil. Brun.
6 & alijs: concludens quod sicut † Doctor non potest carcerari, sic nec medicus non obstante statuto de capiendo eos personaliter, sed non procedit in practica hodie hoc dictum Boniorni, & aliorum in d. cap 87.
7 Eodem modo concludo in militibus † qui possunt similiter calcaria deaurata, & frenum portare, vt dixit Andr. de Ysern. in constit. Regni, vt vniuersis tit. 47. de seruādo honore lib. 1. & facit infra c. 99. vbi agitur quando milites accipiunt cingulum, de quibus militibus, & Baronibus, ac magnatibus, & vxoribus eorum

oderunt nos Matth. capit. 5. & 6. quæ est etiam conformis cum instinctu nostro naturali, etenim odium est aduersio quædam animi secundum Dionis in cap. de diuers. nominibus, estque passio mentalis, & intrinseca, quæ non cadit, nisi sub prædicamento pati, vt dicit Bald. in l. ex persona C. de probat. & non potest probari, nisi per coniecturas, & indicia vt per Speculat. in tit. de teste §. 3. & sic videmus quam miserrimum sit odisse indifferenter, & ob id infert dominus Rex hic in principio quòd quamuis Græci de Romania fuerint abominati latinos, tamen non ob id est eis apportandum odium, sed misericordia cum beneficentia.

3 Noto secundo quod opera † Charitatis nemini neganda sunt, ita, ibi, etiam Græcis ipsis prouidimus quasi creaturis Dei in quibus consistit adhuc dilectio prouenient ex ipsa charitate vt ait Archid. in cap. Charitas de penit. dist. 2. lib. 3. sentent dist. 27.

4 Noto tertio, ibi, qua propter salua ordinatione &c. quòd semper debemus remictere determinationi † sanctæ sedis Arg. m. eorum, quæ dixi infra in capit. 443. Regis Alphonsi sub versic. primus igitur modus tom. 5. vbi quod illud, quod Papa approbat, nos approbare debemus qua de causa Rex noster hic ait, quod sincerè capita nostra submictimus in his quæ ordinata, & statuta per eam sunt, offerendo se promptum obedire, & stare illius arbitrio, & est alius textus infra eod. capit. 85. vbi Rex concludendo certas eius constitutiones, ait quod si sedi Apostolicæ placuerit aliquid corrigere, mutare, vel supplere circa hæc Regni capitula, id totum, quod prouiderit, gratum, ratum, & acceptum habebit, & faciet obseruari tetigi supra in cap. 24. Garz. de vlt. fine, Felin. Dec. D. Thom. & alij de quib per Surd. conf. 301. libr. 3 &

5 sic † per verba prægnantia est facta promissio dum dicit, gratum, ratum, ac firmum, sic Socc. Iun. conf. 116. num. 51. 52. libr. 2. quantum ad hæc regni capitula in quibus est facta hæc promissio, sicut diximus de procuratore, in quem si est collatum procuratorium cum libera per constituentem promictentem habere ratum, gratum &c. intelligitur quoad contenta in mandato. itaut non amplietur principalis dispositio Cyn. & Bald. in l. procurator C. de procurat. Alberic. & Iaf. in l. in l. 1. ff. de offit. procurat. Cæsar. Alex. Dec. & alij, de quibus per eundem Surd. conf. 160. num. 34. 35. libr. 2.

His igitur notabilibus præpositis colligimus sensum, & thema præsentis capituli quod est pulchrum, & est alius modus præter dictos supra in cap. 59. in 4.

6 dicto in versic. nec residet. in quo seruus acquirit libertatem, nempe † quod quicumque sit, qui emerit captiuum seruum græcum de Romania, & detulerit tamquam seruum, non potest illum vltra septem annos retinere, quo septemnio completo redit ad pristinam libertatem.

7 Amplia vt procedat † non solum quo ad Græcos seruos emendos, sed etiam ad iam emptos, & sic istud capitulũ Regni, & hæc constitutio flectit oculos etiã retro, quamuis natura statutorum sit futura prospicere, vide de hac materia supra in cap. 6 versic. nota fallentiam, & ita disponitur per hunc textum, ibi, quam constitutionem.

8 Limita primo † procedere, & intelligi istud beneficium, scilicet de acquirendo pristinam libertatem per dictos captiuos de Romania græcos emptos, si dicti græci de Romania firmiter credent, & simpliciter fatebuntur articulos fidei, sicuti Sancta Romana mater Ecclesia credit, & tenet, & sic si redierint ad fidem, ita, ibi, hoc tamen beneficium.

9 Limita secundo † & declara, vt dictum septemnium incipiat currere ex eo tempore ex quo cæperint credere, firmiterque confiteri fidei articulos, prout Sancta Romana Ecclesia credit, & tenet sic habes in hoc capitulo prope finem, ibi, quod, tempus septemnij.

Muta V.I.D.

De non vendendo seruo græco personæ suspectæ, vel alij, si fortè seruus propter deuotionem, quam habeat ad priorem dominum non consenserit. Cap. LXXIII.

QVoniam durum interdum, atque crudele videbatur, Christiana mancipia videlicet de partibus Romaniæ de dominio

minio vnius ad alterum quacumq; alienationis causa transferri, cum fortè ipsa mancipia sub dominio patroni prioris pacificè, honestè, deuotèque diutius conuersata, doleant ad alium ignotum dominum transitura, verentia, vt sub nouæ emptionis dominio honeste viuere nequeant, nec per emptoris abusum absque detrimento animæ conuersari. Prouidemus, vt nullus aliquod mancipium Christianum de Græcis de Romania vendere audeat personæ suspectæ, de qua euidenter appareat, aut coniecturari possit apertè ipsum non nisi seruitium, siue quæstum velle habere, aut si fortè ipsum mancipium tam magnam affectionem ad dominum priorem habuerit, vt nullo modo videatur eidem cum alio viuere benè posse, quo casu non sine voluntate dicti mancipij de ipso alienatio nulla fiat, nisi forte vrgens causa, aut necessitas immineret. Quòd si contrafecerit, seruus protinus fiat liber, pretio, quod venditor inde perceperit, emptori protinus restituto, & nihilominus venditor ipse per vnum mensem carceri mancipetur, nisi pœnas prædictas in alias arbitrati fuerimus commutandas, hoc tamen vt supra.

SVbnectitur eadem materia, & propositum, de quibus in antecedenti capitulo locuti fuimus, sed quia est quasi conforme capitulo 65. supra eod. dic vt ibi, in versic. tertia pars, vbi examino de hoc textu latissimè, ob id non immoror.

Quòd nullus audeat mandare seruis suis aliquod, quod sit in Christi opprobrium. Cap. LXXIIII.

QVamuis mancipia suis dominis obedire teneantur, domini tamen ipsi eisdem mancipijs, & maximè Christianis nihil audeant iniungere, vel mandare, quod sit in Christi opprobrium, qui est dominus dominorum, & præiudicium euangelicæ veritatis. Qua propter dominis ipsis sub pœna hæreticæ prauitatis iniungimus, vt aliquod tale dictis eorum mancipijs non audeant iniungere, vel mandare.

SVMMARIVM.

Seruis non potest præcipi per dominos illud, quod esset in opprobrium Christi, num. 1.

Iniunctio an possit fieri per laicos sub pœna hæreticæ prauitatis, num. 2.

BREVISSIMVM, & succinctum est, & quantum attinet ad obedienctiam, quam debent præstare serui eorum dominis, dixi supra in cap. 62. in versic. non negatur tamen propè principium. Duo tantùmodo colligo.

Primum quòd domini non possunt præcipere seruis eorum † & maximè Christianis, eisque iniungere, & mandare aliquid, quod sit in opprobium Christi, ac in præiudicium euangelicæ veritatis sub pæna incursus hæreticæ prauitatis, vt subidam in 2. notabili, & sic præceptum, siue iniunctio iniusta non tenet, argum. eorum, quæ dixi supra in cap. 56. num. 25. Regis Iacobi, tom. 1. vbi quod sicut iniunctio impossibilis non tenet, eodem modo præceptum iniustum, & multo fortius etiam si esset præceptum ecclesiasticum, vt dixi supra in cap. 1. sub versic. tertia promissio.

Secundum quod noto est † quia potest Princeps secularis facere iniunctionem sub pæna hæreticæ prauitatis, ita in textu ibi, qua propter, & sic licet realiter cognitio hæreticæ prauitatis spectet ad iudicem Ecclesiasticum, vt dixi supra in cap. 52. num. 8. eiusdem Regis Iacobi, tom. 1. tamen non negatur quin possit iudex secularis, siue Princeps facere dictam iniunctionem, siue mandatum vt hic.

Quòd nullus vendat seruum suum Christianum pro saracano, & æqualiter puniatur emptor, & venditor. Cap. LXXV.

INiquam cupiditatem aliquorum punire volentes, prouidemus & mandamus, vt qui vendiderit seruum Christianum pro saracæno, per annum captus in carcere teneatur, & precium recuperet emptor, siquidem ignorans fuerit: si vero sciens emptor fuerit, precium, quod venditor ipse perceperit, restituat Curiæ per eam pauperibus erogandum, & in quolibet casu seruus nihilominus fiat liber, nisi tempore venditionis seruus se forte tacuerit Christianum.

S V M M A R I V M.

Seruus Christianus si venditur tanquam saracanus efficitur liber, & amictitur pretium, & quando num. 1. 1

FINIS imponitur materiei successiuæ à cap. 59. vsque huc de seruis tractanti, & colligo alium casum præter dictos, & adnotatos supra in d. cap. 59. in 4. dicto, sub versic. nec residet, per quem seruus potest acquirere libertatem, & est quòd si venditur † seruus Christianus pro saracæno, efficitur liber, & amictitur pretium per venditorem, ac per annum carceri mancipabitur, & si emptor esset sciens, perdit etiam pretium, & vbi restitutio esset aliàs sibi facienda per venditorem, isto casu est erogandum curiæ in pauperes; nisi ipse seruus tempore venditionis prædictæ tacuerit se Christianum, si enim seruus est quomodo potest vendi pro saracæno, & esset quasi eos vocare canes, quod est prohibitum supra in cap. 63.

M. M.

De incantationibus, & diuinationibus prohibitis, & sublatis. Cap. LXXVI.

NVlli restat ambiguitatis suspensum, qui veneficijs, magicis incantationibus, augurijs, diuinationibus, sortilegijs, cæte-

cæterisque talibus innitentes, peruersores sacræ relligionis fidei à Christi fidelibus reputentur, qui prophetiæ spiritum, & habitum diuinæ sapientiæ simulantes, humanas posse mentes diuertere, & scripturarum inspectione futura prædicere falsò promittunt, volentes Deo similes esse videri, præsentia futurorum, quam sibi Deus ipse singulari priuilegio reseruauit. Igitur, vt tam causa profani erroris dissipentur actores, quàm huiusmodi suspectionis materia præcludatur, & curiositas scilicet diuinandi, antiquas leges ad hoc editas, quæ sub dissimulatione transibant, iussimus obseruandas: statuentes, vt nullus deinceps audeat in talibus perfidijs laborare; & quicumq; post hoc edictum inuenti fuerint in Regno nostro, quacumque ex causa, magicas, veneficia, incantationes, auguria, diuinationes, sortilegia, & huiusmodi talia exercere, tam facientes, quàm ipsos ad huiusmodi prouocantes, per officiales nostros, ad quos tale spectat iudicium, pæna capitis, videlicet exercentes, & deportationis videlicet prouocantes, prout leges ipsæ sanciunt, & distingunt irremissibiliter puniantur, nisi pænas ipsas in alias arbitrati fuerimus commutandas. Quicumq. autem prædictos exercentes, aut prouocantes in publicum detexerint, à curia nostra vnciam auri vnam in præmium consequentur.

SVMMARIVM.

Incantuum, & diuinationum in materia quilibet de populo potest accusare, num. 1. & seq.

Hæreticale an sit delictum circa incantationes, & diuinationes, ibid.

Diuinationes, & incantus sunt delicta prohibita, & tales concremantur, vel deportantur, vel fustigantur, aut carcerantur, num. 2.



DIVIDO hoc cap. in duas partes secundum intentionem rubricæ, in quarum prima tractatur de incantibus, in secunda de diuinationibus, & similibus
Et de prima dixi in cap. rit. 149. in 5. ca-
1 su tom. 4. quòd † quilibet de populo potest circa hoc accusare, in materia addo quæ dicit Bonifac. de Rogger. cons. 31. & 32. lib. 2. quem simpliciter adduxi ad Consuet. Pan. cap. 56. sub num. 18. & retigi supra in cap. 52. Regis Iacobi in prima exclusione, versic. non omne tom. 1. vbi an hoc delictum circa incantationes, & similia sit hæreticale, & transit hic Bon-
2 iorn. & de Gregorio, qui dicunt † hæc esse prohibita per l. 1. §. medicos ff de var. & extr. cognit. rubric. C. de malefic. & math. Ysern. in constit pocula amatoria Barb. cons. 95. & tales aruspices de iure concremantur, & prouocantes deportantur, de iure vero canonico si persona est vilis fustigatur, si nobilis ad perpetuos carceres dannatur 26. quæst. 2. cap. contra sortilegos.

Secunda pars huius textus potest etiã applicari, & reduci ad materiam somniorum, quæ & fabulosa, & ridiculosa, ac superstitiosa, & consequenter prohibita ex narratis supra in dict. cap. 52. Regis Iacobi.

Muta V.I.D.

De non ludendo ad tabulas, & taxillos. Cap. LXXVII.

DAmnoſum, atque damnabile alearum ludus, ſub quo comprehendimus tam tabularum, quàm ludum quemlibet taxillorum, quem diuerſa ſequuntur genera vitiorum, inhibere volentes, cum fraus, mendacium, periurium, atque blaſphemiæ ſæpius commicterentur in ipſis, & ex ipſis postremo rerum damna, & odia ſequebantur, ſtatuimus, vt lex illa Græca Diui Imperatoris Iuſtiniani ſub titulo de aleatoribus comprehenſa, qua dictus vſus alearum vetatur, quæ per contrariam conſuetudinem quaſi erat abolita, inuiolabiliter obſeruetur, tenorem cuius, vt reperiatur facilius hac conſtitutione de verbo ad verbum duximus inſcribendum, qui talis eſt.

S V M M A R I V M.

Ludus producit multa mala, & perditionem proprij patrimonij, deſperationem, blaſphemias, &c. nu. 1.

Ludus, & baractaria ſunt probibita præſertim ſi ſit ſolutio pro eo, & qua pœna ſit, nu. 2. & ſeq.

Luſores continuò tamquam malæ vitæ poſſunt condemnari ſuper regijs triremibus ad tempus, nu. 3. 8. vbi quod efficiuntur infames, nec poſſunt eſſe teſtes, nec offitialis, & præſumuntur dilapidare bona.

Triremium condemnatio ſucceſſit in locum damnationis ad opus publicum, & in metallum, num. 4. & ſeq.

Triremium condemnatio eſt à relegatione ſupra, nu. 5. & ſeq.

Triremium cõdemnationem poſſunt imponere Iuſtitiarij etiam ſine regio mandato, & quid hodie, ibid.

Arbitrium Iudici quatuor de cauſis datur, num. 6.

Ludus vertitur in perniciem circa ſeruos, & filiosfamilias, nu. 7.

Ludus non eſt licitus nobis cum ſeruis, & filijsfamilias à quibus ſi vincitur committitur furtum, ibid.

Ludus, & baractaria vbi continuo tenentur, poſſunt confiſcari domus, & quilibet de populo poteſt agere, nu. 9. & ſeq.

Baractaria, & ludus quoties continuò exercetur poteſt publicari bannum per offitiales ſub pæna deſolationis domorum, nu. 10. limita niſi domus eſſet aliena, & dominus neſciebat, nu. 15. 16.

Domus poſſunt confiſcari ſtante banno ne teneatur ibi ludus, ibid.

Teſtatoris diſpoſitio volẽtis quod memoria ſua conſeruetur per erogationem pecuniæ in ludo, non valet ſed in alium vſum mutabitur num. 11.

Ludus eſto quod ſit relictus per teſtatorem vt ſius memoria conſeruetur non erit licitus, ibid.

Ludus eſt licitus vſque ad vnum ſolidum cauſa recreationis, & intertenimenti n. 12. & ſeq.

Rex ſius Princeps non debit ſemper intendere circa negotia priuatarum perſonarum, ſed dare interuallum, & recreationem corpori, nu. 13.

Ludo ſi heri vicit pecuniam luſor, & die ſequenti perdidit cum eodem, eſto quòd pecunia ſit aliena, non poteſt per dominum vendicari; & quare nu. 14.

Domus an poſſit confiſcari in quam eſſint inuenta arma probibita inſcio domino, num. 15 & ſeq.

Scopettoni ſi inueniantur in domo alicuius eo inſcio an teneatur, ibid.

Ieiunium non ſeruans an peccet ſi mentem Eccleſia non offendat, nu. 16.

Scacchorum ludus veluti intertenimentũ non eſt prohibitus, & de promeſſione dare mactum de pidina, quæ poſtea ſit Regina nu. 17. & an talis ludus ſit permiſſus ſcholaribus, num. 18.

Digni-

Dignitatis augmentum non extinguit legatum, num. 18.
Ludus fortunæ, & taxillorum de se non reprobatur, & an valeat conuentio si plura puncta faciam, num. 19.



SQVE ad cap. 81. agitur de eadem materia ludi, de qua etiam scripsi nonnulla in commentar. Consuet. Panor. cap. 77. fit mentio de l. eodicis in tit. de religios. & sumpt. funer. quamuis hic dicatur esse sub tit. de aleatorib. & tractabo de ea aliqua, cuius totus tenor iam insertus est infra in capit. subsequenti, quæ hæc omnia reuerà hodie non seruantur, & vtinam seruarentur, sed videmus multos, & ferè omnes in perniciem duci causa ludi, producit
personaliter, sed non procedit in prac-
tica hodie hoc dictum Boniorni, & alio-
rum in d. cap 87.
7 Eodem modo concludo in militibus †
qui possunt similiter calcaria deaurata,
& frenum portare, vt dixit Andr. de
Ysern. in constit. Regni, vt vniuersis tit.
47. de seruãdo honore lib. 1. & facit infra
c. 99. vbi agitur quando milites accipiũt
cingulum, de quibus militibus, & Baro-
nibus, ac magnatibus, & vxoribus eorum

sequar infra in cap. 105. & 106. & 107. quæ non sunt nimis vtilia, seu quoad ipsos milites, & Capitaneos quòd possunt vti quibuscumque vestibus est dispositũ per d.pragm.vnicam tit.47.§.13.& transit Boniorn. & in rubric.C.de dignit.lib. 12.cum similib.per eum in d.cap.87.

M. Muta.

De vestibus, & apparatibus dominarum. Cap. XC.

QVòd nulla domina, siue mulier audeat portare, siue induere vestes, cuius fimbriæ, siue faldæ sint vltra palmos quatuor,& quòd nullus sutor audeat facere vestes habentes maiores faldas, seu fimbrias sub pæna vnciarum, videlicet sex à portantibus, & vnciarum trium à facientibus exigenda.

S V M M A R I V M.

Vestes moderatè sunt adbibendæ, & suis temporibus adaptari nu. 1. & quid de consuetudine, nu.2.& 14.

Vestes renouantur de anno in annum de consuetudine, nu.2.

Vestes immoderatæ, & fausttus apportant libidinem, & multa mala, ibidem cum nu seq.

Libido in quibus rebus vt plurimum ardeat, ibid.

Vestes purpureas, & de scarlata non licebat mulieribus omnibus apportare sed magnatibus, num 3.

Vestes, & ornamenta si essent ex statuto probibita portari, nec ceaunt legato, nu. 4.cum seq.

Vestium appellatione an, & quando veniant ornamenta, nu.5.& seq

Vestes prohibita non continentur appellatione vestimentorum, nu.6.& an saltim, eis legatis, debeatur pretium nu.8.

Falsum instrumentum non dicitur instrumentum, sicut nec falsus testis dicitur testis, num.7.

Perla ficta, & aurum fictum non dicuntur verè. ibid.

Loeria, siue pensiones domorum possunt per Principem taxari, nu.9.& 10.

Vestimentorum taxatio potest fieri per Principem, ibidem, & per Episcopum, num.12.

Dotes taxari possunt, ibid

Linec emere C. de iure deliber. fallit in taxatione domorum &c. ibid.

Studij rector vel protector potest taxare pensiones domorum pro scholaribus, nu. 10.& quid pro lectore nu.seq.

Lector studij siue doctor salariatus debet habere domum gratis, quæ dicitur oraculum Ciuitatis, num. 11.

Vestes superuacua ne portentur pro honestate mulierum potest Episcopus facere statuta nu. 12.præsertim meretricium, num.seq.

Meretricibus possũt prohiberi certa vestes sumptuosæ, nu. 13.

Vestium ex qualitate capitur coniectura, sicut ex qualitate facti, & similium ibidem.

Conuersatio personarum multum operatur, ibidem.

Vestes quæcumque possunt non obstantibus statutis portari de consuetudine, nu 14. & maximè per virgines nu.16.& 20.

Principis gesta mores eius potus & vestes solent sequi per omnes, ibid.

Rex siue Princeps quilibet dicitur in sua domo, nu.15.

Virgines possunt induere quaslibet vestes & habent multas prærogatiuas, nu. 16. cum seq.

Virginis testimonio magis creditur, quàm viduæ nu.17.

Virgines quandoque veniant sub priuilegio viduarum, ibid.

Priuilegium concessum tali, & descendentibus eius masculis, & fœminis an competat maritatis, num 18.

Statutũ si dictat quòd existentibus masculis filia non dotata non succedat, an ipsa possit succedere vna cum masculo, n. 19.

Vestes ornatæ licet sint prohibitæ per statuta, tamen possunt mulieres quoad earum ornatum portare nu.20.

HAEC

HAEC rubrica tractat super vestibus mulierum, stante quòd supra locuti fuimus de vestibus virorum, tangam tamen, etiam aliqua generaliter ⁝

1 Et præsuppono primo quòd vestiri † moderatè satis conueniret, suisque temporibus, idest pro hyeme, vt fiant vestes in calendis Septembris duraturæ vsque ad calendas Aprilis, æstiuæ autem è contra, vt est textus in l. 1. C. de milit. veste lib. 12. quo loco Bart. dicit esse notandum pro familiaribus, quibus permittuntur vestes hiemales, & estiuæ Io. de Platea ibidem, Io. Petr. Surd. in tract. de alimēt. tit. 4. quæst. 17. nu. 5. ex Roman. etiam in singul. 601. Corsett. in singul. incip. vestis, Galiaul. in consuet. Alex. ver. solidos quæst. 6. nu. 114. de consuetudine † vero
2 de anno in annum renouantur ex Bald. Io. de Garzon. Cott. Tiraquell. Alex. & Galiaul. citatis per ipsum Surd. quamuis nimis excessiuum nostris temporibus videatur, quod abhorruerunt tam antiqui, quàm moderni, considerarunt quippe multa inconuenientia, quæ sequuntur, & dicit Valer. in tit. de luxuria, & libidine, blandum, inquit, malum luxuria, quàm accusare aliquanto facilius est quàm vitare, iunguntur illi libido, quæ ex ijsdem vitiorum principijs oritur, neque autem à reprehensione, aut ab emendatione separentur gemino mentis errore, connexæ scilicet vitio malæ voluntatis, quæ est in libidine, & prauæ voluntatis, quæ est in luxuria, & nimio vsu, aut potius abusu vestium, ædificiorum, ciborum, potionum Veneris, & cæterarum illecebrarum, aduersus quæ fugiendum à sexu est salubre remedium, vterque, inquit, ignis est, vterque stipula est sexus humanus, vt si se vir, & mulier inspexerint, solo vel oculorum nutu, nedum contactu vulnerentur in mortem, cui incendio ne ardeat, nullum ex quo esse cœperit humanitas remedium, atque præsidium potuit maius inueniri, quàm recessus, & fuga, quod qui non quæsierunt, tamquam subita vel combusti flamma, vel obruti vnda periere, & ita refert, & sequitur etiam post Boss. Veronens. in epist. 65. Additio ad Gugl. de Bened. in quæst. an occid. lic. peccatores in litera D. & hac de causa fuit etiam sancitum per pragm. vnicā tit. 47. de moderat. fastus cum 66. ibidem seq. tom. 2. pragmat. cum similib. quæ posui supra circa vestitus virorum cap. præcedenti.

Et de iuris communis dispositione cauebatur etiam ne mulieres possint ha-
3 bere aliquas vestes † prout scarlatas, & purpuras l. 1. C. de vestib. olob. & aurat. lib. 10. vbi Bart. Bald. in l. fin. C. de condit. ob caus. & in l. quamuis ff. de aur. & arg. legat. quia in summa chlamis militem, purpura Regem, stola sacerdotem toga aduocatum, cuculla monachum demonstrat gloss. in l. 1. C. nulli licere in frenis libr. 10. Bal. in cap. causam de probat. Chassan. in cathal. gloriæ mundi p. p. consider. 13. vbi refert illud Senecæ ad vxorem Neronis, indue te charissima vxor delicatè, non propter te, sed propter honorem imperij.

Adeout quando ex forma statutorum
4 † prout hic dominabus, & mulierib. interdicta sunt aliqua ornamentorum, vestiumque genera, non cederent legato, eo quia capitula Regni vetatent, vt dixit idem Bart. in d. l. quamuis, Bald. siue Angel. de Perus. in d. l. vnic. C. vt nulli licere in frenis lib. 10. vbi ait quòd hodie in multis ciuitatibus adsunt statuta, vt hic, ne isthæc ornamenta liceat mulieribus portare, inferens, quòd si maritus stante isto, vel simili statuto, legaret
5 vxoris vestes † quòd licet de iure contineantur omnia ornamenta per l. vestes, & d. l. quamuis ff. de aur. & arg. legat. tamen subdit quòd eo casu quo essent prohibitæ, non possunt dici accessiones vestium, nec illud vestimentis accedere, argum. d. l. vnicæ, & sic eodem modo non possunt dici mulieris gratia comparata, ea, quæ eius gratia sunt prohibita, licet quo ad præmissa contrariū teneat Bald. in l. cum te C. de donat. ante nupt. & in rubr. C. de cond. ob turp. caus. vnde loquendo de iure communi tales vestes
6 prohibitæ † non continentur appellatione vestis, ex quo sunt reprobatæ prout posui aliqua concordantia in consuet. Panormi cap. 61. nu. 13. sicut dixi infra in cap. 135. Regis Alph. limit. 21. tom. 4. quòd falsus testis non dicitur testis, nec falsum instrumentum dicitur instrumen-
7 tum † esto quòd esset factum in forma cameræ, quia nec est exequibile, sed suspenditur eius exequutio vt posui in margine Rit. 161. pro 19. moderatione tom. 4. ex Caputaquēsi decis. 274. par. 2. Bar. in l. 1. §. & parui ff. quòd vi aut clam. Caffi. decis. 1. Farin. in praxi crimin. de var. & diuers. quæst. quæst. 100. num. 66. qui testatur sic decisum * Ann. 1551. patt. 3. ad-

do eundem Bart. in d. l. quamuis, & faciunt notata in l. multum ff. de verb. oblig. idem Bart. in l. apud iulianum in fine ff. delegat. 1. Bald. in rubr. ff. de condit. ob
8 turp. cauſ. vbi habetur † quòd ſaltim debetur œſtimatio quando ſic eſſent legata, per ea; quæ ſcripſi in Conſuet. Panor. cap. 33. num. 30. vbi limitaui procedere quando abſq; legatariorum delicto cauſaretur l. fideicommiſſa §. ſi ſeruo ff. de legat. 3. Fimia hic ex Soccin. conſ. 10. lib. 1. cum ſimil. Bald. in d. l. 1. C. vt nulli lic. in fren. laté Additio ad eundem Bart. in d. l. quamuis, vbi etiam tangit quid de perlis fictis & rebus de auro ficto. Barb. in procem. element. §. fin. Fimia hic.

Intantum vt ſicut circa victum poteſt taxari certum pretium, vt dicam infra in cap. 15. Regis Martini, poſt princip. tom. 3. ita circa veſtimenta, ſicut etiam circa taxationem penſionum domorum
9 † dixit Afflict. in prælud. conſtit. Regni quæſt. 3. ſub nu. 7. vbi adducit exemplum de Rege Carolo I. qui taxauit mercedem pro penſionibus domorum ſcholarũ non valere pluſquàm ducatos 12. prout in 1. folio capitulorum Regni Neapolis, & ita poſt Franc. Marc. deciſ. 540. & 541. & ibi Aufrer. Bald. in l. 1. nu. 3. C. de Epiſc. audient. Stracc. & Cruuer. cit Petrus Caballus in ſuis reſolutionibus criminalibus caſu 9. nu. 2. & 4. centur. 1. qui etiam ſic refert poſſe taxari dotes, & facit pro taxationibus dotium de paragio, vt videbimus infra in cap. 117. Regis Caroli verſic. eatenus cum verſic. ſeq. tom. 8. & ita dixi ſuper reformatione ſtudiorum Clariſſimæ Ciuitatis Cataniæ in tit. de priuilegio totius vniuerſitatis, & adnotaui etiam pro fallentia ad l. nec emere C. de iur. delib. vbi poſui quòd licet illa vulgata lex diſponat, vt nemo teneatur vendere rem ſuam, tamen tenetur locare fauore ſcholarium, Doctorum &c. quibus dominus cogitur locare domum,
10 & Rector ſtudij, ſiue Protector poſſet taxare penſionem, vel alius officialis Rebuff. quem refert. & ſequitur Carrocc. in tract. de locat. & conduct. in tit. de libertate ad materiam l. ne cui quæſt. 1. n. 10. fol. 145. cum ſeq. & benè dixi fauore ſcho-
11 larium, nam † pro Lectore ſalariato non eſt aliter taxanda domus, ſed à publico illi eſt danda, Roman. ſingul 824 qui ſubdit debere eſſe in loco celebri, & non remoto per l. 2. §. ſed & Caius Scipio ff. de orig. iur Vinc. Carroc. in d. tract. de locat. & condut. part. 7. concluſ. 74. qui addit eſſe domum Lectoris Ciuitatis oraculum ex Barbat. in procem. Clem. lect. 2. nu. 48. Cagnol. in l. 2. num 475. ff. de origin. iur. Cicer. libr. 1. de oratore, quæ omnia faciunt ad propoſitum pro pragmat. 5. in pragmat. ſanctionibus varijs additis in fine pragmaticarũ fol. 369. vbi quòd officiales Aduocati, & procuratores curiam ſequentes in conducendis domibus gaudent etiam quodã priuilegio prout ibid. & ex alijs actis Viceregijs nouiter editis.

Et quod eſt plus poſſunt etiam Epiſco-
12 pi † facere ſtatuta quòd ſeruetur honeſtitas mulierum, & ne portent veſtes ſuperuacuas, nimiſque ſumptuoſas, vt ait hic Fimia ex l. 1 itaq; de legib. connub. fol. 207. Præpoſit. in cap. cum ceſſante de appell. Caccialup. in reper l. omnes populi col. 44 ff. de iuſtit. & iur. & tranſit Polus hic, & per ea, quæ poſt Alberic. & Boniorn. poſui ſupra in d. cap. 86. & inferius ſub verſic. excipiuntur.

Et maximè prohibendo mulieribus
13 meretricibus † quæ ſunt prohibitæ portare tales veſtes d. pragm. vnica tit 47. §. 17. loco citato, quia capitur coniectura ex qualitate veſtium, vt memini alibi dixiſſe l. item §. ſi quis virgines ff. de iniur. ſicut capitur coniectura ex qualitate facti, conditione perſonarum, ex conditione, & natura cuiuſque, vt ex conuerſatione, Gram. deciſ. 34. n. 61. Capi. deciſ. 30. nu. 13. Iudit. demo in tract. ench. parpoſito int. com opin. fol. 496. in verbo talem eſſe ex opinione.

14 Conſuetudo tamen aliud ſeruat † quia non obſtantibus huius regni capitulis, ſimilibuſque ſtatutis, portantur tales veſtes vt dicit Bart. in d. l. quamuis in fine Soccin. Iun. conſ. 32. col pen. lib. 3. etenim ſubditorum mos in omnibus id ſequitur quod Reges, aut proprios principes facere conſpiciunt, auctore Claudiano,

„ *totus componitur orbis*
„ *Regis ad exemplũ, nec ſic inflectere ſenſus,*
„ *Humanos edicta valent quã vita regentis*
„ *Mobile mutatur ſemper cũ Principe vulgus.*

quem ad propoſitum refert, & ſequitur Ludouic. Molina de Hiſpan primogen. orig. lib. 1. cap. 2. nu. 21. & ſeq vbi etiam citat Ciceron. 1. de legib. & 3 eod. ſubdẽs quòd adeo Regum Hiſpanorum facta in omnibus vaſſalli imitantur, ac ſequuntur, vt non ſolum id in chriſtianis inſtitutis, ciuilibus factis, armorum vſu, veſtitu, loquela, idquè genus ſimilibus efficiunt, ſed etiam in comedendi, ac bibendi guſtu id in ſumma obſeruent, quod Hiſpanorum Reges viderint obſeruare ea fortaſſe ratione, quia vulgò dici ſo-

15 leat † quemlibet in domo sua esse Re-
gem, ac Principem, vt ait ipse Molina
num.24.per text.in cap.duo 23.quæst.4.
Ioann. Andr.& Abb. in cap. venerabilem
de electtion. Corsett. de regia, & excel-
lent.quæst.23.num.24.Gomez. in cap. 1.
de constit.libr.6.num.33. addo gloss.in l.
apud eum ff.de manumiss.& ibi Caranit.
qui allegat Frecc.& sentit Surd.cons.454
nu,27.lib 4.vbi quòd hodie mores aliam
vitam postulant,cum priuati nunc splen-
didius, largius, & honorificentius ves-
tiant, viuant,& incedant.

Excipiuntur tamen in his capitibus
16 ornatus† ac vestitus virginum,quibus est
permissum vt possint decorari; & ornari
ad libitum vsque ad diem, quo nupserint
& inde vsque ad alium annum comple-
tum, & non vltra,vt disponitur infra in
cap. 95. §. virgines; & sic in hoc etiam
priuilegiantur plusquam aliæ, & recor-
dor vidisse Port.lib.2.conclus.30. vbi ait
17 in alio proposito quòd magis creditur †
testimonio virginis quàm viduæ ex Bal.
in cap.pen.col,2 de probat.Fælin.in cap.
in nostra col.3.de testib & in cap.causam
de probat.nec ita est multoties quando
fit mentio virginum, nam non compre-
henduntur viduæ, prout est è conuerso
facta mentione viduarum in fauorabili-
bus veniunt etiam virgines,qua de cau-
sa extendi remissiuè ritum infra in cap.
133. sub num. fin.tom.4. quòd procedat
etiam ad virgines, & ita fuit decisum *
in M.R.C. per delegatos ann.1536.men-
se Februarij in causa illorum de Mundo,
vt vidi quandam apostillam ad d. cap ri-
tus; quod volui dicere ad effectum de-
monstrandi quòd virginitas habet mul-
ta priuilegia, sicut dixi de capillo, seu
virginitate supra tom.1. cap. si aliquem
in 3. prærogatiua sub versi. quemadmo-
dum, vbi posui quòd filia fœmina, etiam
quòd sit minor, dummodo sit virgo, præ-
fertur alteri sorori maiori maritatæ, sic
etiam dixit Bar.in l.quoties C.de priuil.
scholar. libr. 12 Iason in l. cum quædam
puella ampl.3.ff.de iurisd.omn.iud.Fæli.
& alij relati post Petr. de Gregorio de
concess.feudi part.4.quæst.5.num.5.quòd
18 priuilegium † concessum alicui,& omni-
bus eius descendentibus masculis, & fæ-
minis, non competit fæminis maritatis,
sed in capillo existentibus non maritatis,
licet hæc illatio non faciat ad propositū.
nam ibi est alius casus, quia esto quòd
sint viduæ, gaudent priuilegio, & ideo
non curo,nec vim facio in hoc: Ita etiam
dicit ipse de Gregorio nu. 5. quòd stante
19 statuto † vt existentibus masculis filia nō
dotata non succedat,filia non dotata suc-
cedit vna cum masculo ex Bald. Paul. de
Cast.&alijs.hæc etiam illatio nō stringit
ad propositū, quia potest esse quod nō sit
virgo, & non sit dotata, & nihilominus
succedere,ideoque non facit ad priuile-
gium virginitatis, eiusq. prerogatiuam,
Hoc modo etiam dixi in d. c. si aliquem
nu.226. quòd maritatæ sufficit pro dote
de paragio tertia tertiæ, in capillo vero
existenti si non sufficiat ipsa tertia ter-
tiæ, dabitur plus, vt nubat pari; Sequor
ergo materiam, & dico quod licet vsus
apportationis aliquorum vestimento-
20 rum † sit prohibitus multoties per sta-
tuta maxime in masculis vt hic,& tetigi
superius in versic. & quod plus, ta-
men fit exceptio, vt quo ad ornamenta
mulierum non sint prohibita modo præ-
dicto, Bald.vel Angel. de Perusio in d. l.
vnica tit.nulli licere in frenis lib. 10.per
l.2.C.de vestib.& olober.

V.I.D. M.M.

Cap. XCI.

ITem quòd non audeant portare in vestibus, quas induerint, nisi septem bottonos ad plus, quorum cuiuslibet pretium non possit transcendere tarenos viginti duos, & quòd nullus aurifex audeat facere bottonos maioris pretij nec ponderis, & quilibet bottonorum ipsorum sit ponderis vnciæ vnius ad plus sub pæna libræ auri vnius. Si vero aliquis aurifex facere voluerit bottonos maioris precij, vel ponderis, quàm superius dictum est alicui extero, qui non sit incola Siciliæ, super hoc petat licentiam à Cu-

ria illius terræ, vel loci, in quo habitauerit aurifex ipse, quam licentiam Curia ipsa concedat eidem, constito sibi exinde prius per sacramentum exteri, hoc sibi facere petentis.

Cap. XCII.

ITem quòd nulla domina, siue mulier cuiuscumque conditionis existat audeat portare in equitatura, quam equitauerit, sambucam, in qua sit aurum, vel argentum, siue perlæ, seu folia auri, vel argenti, seu æris laborati, excepto quòd in arzonibus sambucarum ipsarum possit poni aurum, circa graffilia de ære deaurato, & albæ ipsarum possint cooperiri ære, & fieri smaltæ, & quòd faldæ sambucæ ipsius non sint de samito, vel de panno auri, seu de seta, sed tantum de lana: frenum autem de ære, vel de ferro deaurato portare minimè prohibetur, nec etiam portare frenum de argento, & quòd aliquis aurifex, siue sutor, siue alius sambucam, vel frenum facere, vel vendere non præsumat, nisi modo prædicto, sub pœna vnciarum auri duodecim à portantibus, & vnciarum auri sex, à facientibus vel vendentibus exigenda. Si vero aliquis aurifex, sutor, siue alius aurifex sambucam, vel frenum facere voluerit alicui extero, qui non sit incola Siciliæ in alia forma, vel modo, quàm quæ permissa est ex tenore præsentis capituli, petat super hoc licentiam à curia illius terræ, vel loci, in qua, vel quo habitauerit aurifex, sutor, vel aurifex ipse, quam licentiam curia ipsa concedat eidem, constito sibi exinde prius per sacramentum exteri, hoc sibi fieri petentis.

Cap. XCIII.

ITem quòd nulla domina, siue mulier audeat portare cappam pro equitando de samito, vel de aliquo panno aureo, vel serico, nisi tantum de panno laneo, vel iamellocto absque omni infrixatura, cuius panni pretium sit adlibitum eorum, & quòd nullus sutor, cappam pro equitando facere possit, nisi de panno laneo, vel iamellocto, vt supra, sub prædicta pœna vnciarum duodecim à portante, & vnciarum auri sex à faciente, vt supra ponitur exigenda. Sed si aliquis sutor alicui extero, qui non sit incola prædictæ Insulæ, cappam alio modo, quàm quo supra notatur, facere voluerit, petat idem sutor licentiam à Curia, & concedatur sibi per eandem Curiam ipsam licentia, sicut supra.

Cap.

Cap. XCIIII.

ITem quòd nulla domina, siue mulier audeat portare cappellum imperlatum, siue smaltatum sub pæna vnciarum duodecim, non tamen prohibetur quòd ex superiori parte cappelli, siue orbis sui possint poni antifrisa, & quòd illa pars interior, quæ reuoluitur, possit esse laborata de auro, vel seta, sicut voluerit.

Cap. XCV.

ITem vxores tantum militum possint portare gerlandam imperlatam, & cum gemmis, & auro, sicut voluerint, non tamen vltra mensuram digitorum duorum per latitudinem, & quòd in gerlandis ipsis non sint aliquæ mergulæ sub pæna vnciarum duodecim: virgines vero possint decorari, & ornari ad libitum vsq; ad diem, quo nupserint, & ab inde vsq. ad vnum annum completum, & non vltra, tamen ordinatione de faldis robbarum sublata, cappis equitandis, & gerlandis, vt superius est expressum.

Cap. XCVI.

ITem quòd nulla domina, siue mulier audeat portare circellos, quorum pretiũ omnibus computatis transcendat vncias quinque, sub pæna vnciarum auri quatuor.

Cap. XCVII.

ITem quòd dominæ, vel mulieres cuiuscumque status, gradus, & conditionis existant, possint vti vestimentis earum, quæ habent ad præsens, cum fimbrijs quas habent, etiam vltra metam, dummodo sint sine frisis, listis de auro, & perlis, hinc vsque ad annos duos. Et iddem intelligatur de vestibus militum scutiferorum, & aliarum personarum per annum vnum tantum.

DE his omnibus capitulis vide quæ posui supra in cap 90. in vers. excipiuntur, & tanquam parum, aut in nihilo vtilia prætermitto, & transeo ad magis vtilia.

De

De solemnitatibus nuptiarum. Cap. XCVIII.

QVòd nemini liceat ire ad nuptias faciendas extra Ciuitatem, vel terram de qua, vel in qua habitat vltra milliaria triginta ad plus, nisi fortè sit pater, vel mater, filius, vel filia, frater, vel soror, primus consobrinus, vel consobrina sponsi, vel sponsæ sub pœna vnciarum quatuor.

Item quòd in nuptijs non fiant indumenta donantia, siue dari solita histrionibus, & licitum sit dare cuilibet histrioni vsque ad vnciam vnam, & non plus sub pœna vnciarum quatuor.

Item quòd licitum sit de die facere in nuptijs sollemnitates ad libitum, de nocte autem nullus vadat ad nuptias, vel moretur in eis cum blandonibus, vel sine blandonibus, nisi nubentes sint viduæ, ad quas liceat ire cum eis ad ecclesias, & deinde redire ad domos suas cum blandonibus vsq. ad sex, qui sint sponsi, & sex sponsæ. Itaquòd numerus blandonorum duodecim nullatenus excedatur. Volumus tamen quòd personæ ipsæ possint ire de domibus eorum ad domos nuptiarum, & ab inde redire ad domos suas, videlicèt si sint Comites, & magnates, cum blandonibus vsque ad sex, & si sint alterius inferioris gradus, vsque ad blandonos quatuor tantum. Itaquòd cum peruenerint ad domos nuptiarum blandoni ipsi statim extinguantur sub pæna vnciarum sex.

Item quòd anuli, iocalia, & alia dona, & exenia dari consueta sponsæ secundò die post nuptias, eodem die, vel alio dari prohibentur sub pæna vnciarum quatuor.

Item prohibentur generalia conuiuia nuptiarum, & quòd tantum illis, qui attinent sponso, quàm sponsæ in primo, & secundo gradu, & ijs alijs venientibus de exteris partibus ad nuptias, possit parari, & fieri conuiuium durante tempore nuptiarum per diem vnum tantum sub pæna vnciarum quatuor.

S V M M A R I V M.

Nuptiarum festiuitates tunc intelliguntur factæ quando matrimonium contrahitur de præsenti etto quòd sponsa ad domum viri non sit ducta, num. 1.

Nuptias per legitimas conseruatur genus humanum, ibid & nu. seq.

Nuptiæ præstant immortalitates humano generi num. 2.

Nuptiæ olim quomodo sollemnizabantur antequàm sponsa traduceretur ad domum viri, nu 3.

Vxores vetulas ducere non laudatur, num. 4. & seq.

Maritos fines capere non laudatur ibid.

Vxores bonæ diligunt viros suos, malæ, non num. 5.

Mulier citra quinquagenaria generare nō potest regulariter nisi ex Dei voluntate, num. 5.

Constantia Imperatrix generauit sa-

tis

tiis vetula, ibidem.

Lustrum est spacium quinque annorũ, n.6.

Histrionibus potest gratia ioci dari aliquid etiam alapa accepta & c. nu.7. dummodo honestatis læsio non lædatur, nu.8.

Scenica ars an sit licita, & quomodo, ibid.

Matrimonium præsumitur factum per ductionem uxoris ad domum, nu.9.

Strinæ sponsarum, quæ alio nomine vocantur xenia, sunt ipsarum, & quomodo, nu.10. cum seq. limita num. 14. 18. 20. 22. 26 27. 28.

Anulus datus per sponsum sponsæ efficitur ipsius sponsæ, nu.11.

Vestes datæ per sponsum sponsæ sunt ipsius sponsæ, & quomodo, maxime datæ a fratre mariti, ibid & num.12. & seq. limita nu.14 18. 20. 25. 26, 27. 28.

Mariti frater præsentans vestem, anulum, & quid simile sponsæ fratris sui, videtur ipsi sponsæ donare, nu. 12. cum seq. limita nu. 14. 18. 20. 21. 26. 27. 28.

Filiofamilias si aliquid donatur præsumitur ipsius non patris, nu. 13. nisi ejus occasione detur. nu.28.

Ambasciatoribus si aliqua dona præsentantur, sunt eorum nec acquiruntur communitati, nu.15.

Sacerdoti quando aliquid datur si est coniuncta persona cum donante, ipsi sacerdoti acquiritur, non Ecclesiæ, num. 16. & seq.

Amico si est factum legatum an ipsius intuitu dicatur, nu.17.

Uxoribus, siue sponsis si aliqua dona data sunt per parentes, vel amicos maritorũ, eorum intuitu donata censentur, nu. 18. fallit quando constaret dedisse intuitu sponsarum, vel si adesset consuetudo, num. 19.

Sponsis quando dona, vel strinæ præsentantur per parentes, & amicos an efficiantur sua, ibid. & nu.20.

Sponsus si misit ornamenta sponsæ antequã traduceretur ad domum non efficiuntur sponsæ, nu.20. 25. etiam si diceret, dono tibi.

Vestes, & iocalia magni valoris non censentur donata spõsæ sed ad ornatum esse quod à quocumque essent data, & repetuntur per hæredes mariti num. 21. nisi aliter obseruatum esset nu.22.

Vestes lucubres consequitur uxor viduata ex consuetudine, dummodo non nubat statim nu. 23. & quid si iterum viduatur & quid si esset relicta usufructuaria nu. 24.

Uxor mortuo marito si recepit vestes lucubres, et statim nupsit hæredibus mariti restituere tenetur, ibid.

Usufructuaria uxor si esset relicta per maritum non debet habere vestes lucubres, num.24.

Tutor potest sine decreto consignare uxori testatoris munera consueta dari tempore nuptiarum, nu.25.

Uxor præmoriens marito nihil sibi, & hæredibus suis acquirit de rebus donatis, num.26.

Uxor transiens ad secũda vota tenetur reservare filijs primi matrimonij res sibi datas, & quando, nu.27.

Legitima filiorum imputantur profectitia num. 30. & quæ alia nu.39. & quid in nepote nu.40. 43. 46. 47. 49. & quæ non imputantur, num. 35. 36. 37. 38. 41. 42. 43. 44. 45.

Dos succedit loco legitimæ, ibid. & nu. 32. 33. 34.

Legitima succedit loco alimentorum n.31.

Dos si est data filiæ per patrem, & stipulata reddi sibi patri, an poterunt hæredes matris repetere, nu. 34.

Dos est acquisita filiæ, ibid. cum seq.

Dos in filia dicitur profectitia, in nepte aduentitia, nu. 36.

Nepos an imputet in legitimam dotem habitam à matre, nu 40. 45.

Vestes, & apparatus dati filiæ an computentur in legitimam, nu. 41.

Rex si donat mille filiæ alicuius propter merita patris, erit dos profectitia n.46.

Soluisse ille videtur, cuius contemplatione alius soluit nu.48.

Legatum relictum per patrem filiæ computatur in legitimam, nu. 49.

Nuptiæ quando fiunt an valeat statutum de non habendo in conuiuio nisi tot personas, & quid si pater, & filius faciant simul conuiuium, nu. 50.

Nuptias illegitimas, & incestas contrahens non gaudet forma statuti, perdit bona, & filij non succedunt n. 51 cum seq.

Incestus grauiter punitur, & displicet etiam animalibus, nu 52.

Matrimonio indignus qui est, indignus est etiam nuptijs nu.33.



APITVLVM hoc continet quatuor §§. siue versiculos, prout in textu ipso videri possunt: & capiendo ipsam rubricã, intelligo sollemnitates, siue festiuitates nuptiarum, quando matrimo-

nium contrahitur de præsenti, posito
quòd ad domum viri non sit ducta vxor
iuxta textum in l. seia sempronio ff. de
donat.int.vir.& vxor. l. cum fuerit, & l.
tio centum §.titio genero 3. vbi Bar.sub
num.7.ff.de condit. & demonstr.& sic de
nuptijs legitimis, per quas conseruatur
elegans genus humanum, auth. de nupt.
in princ.vbi etiam habetur quòd nuptiæ
2 † immortalitates præstant humano ge-
neri l.1.ff.sol.matr. Bald. in tit. de feud.
controuer. cap. filij nati, Pern. cons. 10.
col. 2. in feudalibus, de illegitimis enim
aliud disponunt iura, vt subdam infra li-
mit.1. Quæ sollemnitates, siue festiuita-
tes fuerunt etiam subauditæ de iure com
3 muni, nam prius † antequam virgo tra-
duceretur ad domum viri, iuxta ea,quæ
tango inferius in §.2.agna, & ignis acci-
piebatur, nuptiæquè sollemnizabantur,
& erat quædam forma, qua nuptiæ ipsæ
celebrabantur, vt dicit gloss. in d. l. seia
Sempronio, quæ adducit versus.

„ *Vota viri captant, quæ iã captã ia put abãt*
„ *Quod faciet iustos ignis, & vnda viros.*

& propterea accendebatur quædam tæ-
da, ſe lignum, sic apud nos vocatum
(apud Græcos, gamos, licet aliàs acci-
piatur pro muliere, vnde bigamus, tri-
gamus,monogamus)quod veluti candela
ardet, & accendebatur in matrimonio
contrahendo, vt ipsi coniuges in amore
accenderentur, & sic indies seruatur
circa has candelas, quod dictum ad lite-
ram correspondere, & alludere videtur
ijs, quæ ait Vincent. Cartari Historio-
graphus in suo libro imaginum Deorum
antiquorum fol. meo 10. & 11. vbi refe-
rendo Platonem, ait quòd ipse Plato di-
cebat ordinando leges suas quòd homi-
nes collocari deberent causa generandi,
ad effectum vt vitam, quam ipsi ab alijs
acceperunt velut ardentẽ facem in alios
transmitterent, quod fuit etiam dictum
à Lucretio libr.2.vbi loquens de succes-
sione mortalium aie, quòd currentes
damus alter alteri lumen vitæ, & facit
quod dicunt Philosophi quòd corruptio
vnius generatio alterius, qua de causa
4 semper bonum esset eas ducere vxores †
non tam vetulas, aut senes, & iddem e
conuerso de ipsis mulieribus ne ducant
maritos senes, ne incidatur illud, quod
ait Bart.in l.pater seuerinam §.socrus ff.
de condit. & demonstr. quòd nempe da-
tur occasio quandoque expectandi, &
captandi mortem, quia posset esse talis
conditionis vir, & vxor, vt expecta-
re mortem alterius non esset triste, vtpu-
ta quia vir esset senex, vxor iuuenis vt
per ipsum Bart. in l. mutiane ff. de con-
dit. & demonstr. vnde licet multæ muli-
eres tristarentur de morte virorum, &
5 maximè bonæ † quæ diligunt viros vltra
filios, malæ gauderent, vt regulari-
ter ait ipse Bart malas esse omnes muli-
eres vt in auth. vt sin. prohib. ma. deb.
§. quia vero: & maxime ea ætate citra
quinquagenariam, in qua generare non
possent, nisi ex re mirabili vt in l. si ste-
rilis ff. de action. empt. & quia sic Deus
vellet, vt de illa Augusta Constantia ma-
tre Imperatoris Federici, & vxore Impe-
ratoris Henrici VI vt referunt Io. Andr.
in regula, actus legitimi libr. 6. in mer-
curialibus, & B. Antoninus Archiepis-
copus Florentinus in 3.part.cap.6.tit.19
libr.Historialium, Isernia in constit.sta-
tuimus cum similibus, quæ de hac Con-
stantia Imperatrice posui supra cap. 6.
num.37. & 38. Regis Iacobi tom. 1. vbi
ipse Imperator Federicus ait præter spẽ
sibi obuenisse hæc duo regna vt tetigi su-
pra in c.27.vers. voluit, quasi dicat quòd
erat quinquagenaria tempore quo nup-
sit, & feci mentionem in Genealogia Re-
gum Siciliæ d. Tom. 1. vbi retuli illos
versus, ibi, vndeno lustro, per quos ver-
sus demonstratur quòd peperit annorum
6 quinquagintaquinq. quia lustrum † est
spaciũ quinque annorũ. allego famosum
Poetam Petrarch. in stant. 114. Pommi
&c. in fine, ibi,

„ *Continuando il mio sospir trilustre.*

quasi dixerit quòd annis quindecim arsit
amore.

Quoad 1.§. huius capituli, qui imme-
diate sequitur post textum, tangam il-
lam particulã de histrionibus, per quam
7 canetur quòd † potest ad certam sum-
mam taxatam, & non vltra, vt hic, dari
aliquid ipsis histrionibus, nec de iure
hoc prohibetur; & multo magis si ipsi
histriones paterẽtur sibi gratia ioci, &
delectationis dandæ, tradi sibi aliquam
alapam, aut etiam verbera, & pacisce-
rentur eis dari aliquam mercedem, nam
si esset illa merces moderata, poterit co-
gere promittentem ad talem mercedem
persoluendam (& est limitatiuum eorum
rum, quæ tãgo de alapa infra in cap.117.
sub versic & quantum, ibi, secundo dico
ex quo ars in se licita est ad hominum
delectationem, dummodo absq; proximi
præiudicio, & honestatis læsione exer-
ceatur secundum D. Thom. & Caietan.
2.2 quæst.168 art.3. Syluestr. in verbo, ars
quæst. 7. Couar. in regula peccatum par.
2.§.2.

ſ. §. 2. num. 5. quos refert, & ſequitur
Carroec.in tract.de locat. & cond. in tit.
de mercede remuneratoria num. 163.
quamuis Zaſ.teneat contrarium in l. ge-
neraliter num.31.ff.de verb.oblig.quem
reprobat ipſe Carrocc.& in eodem tract.
in tit.ad materiam l.necui. quæſt.9.in fi-
8 ne fol.148.col.3.igitur ſi honeſtatis † læ-
ſio inducitur, nec talis ars quidem exer-
cenda eſt, nec per conſequens aliquid
eis dandum ſic ſentit Cicero libr.1.offic.
vbi ait quòd nec hiſtrionibus, oratori-
buſque concedendum eſt, vt his hæc ap-
ta, ſint nobis diſſoluta ſcenicorum qui-
dem &c. retinenda eſt igitur huius ge-
neris verecundia, præſertim natura ip-
ſa magiſtra, & duce &c.

In §.2.nota ibi, & abinde redire, quòd
9 ductio ad domum † facit præſumi matri-
monium, etiam ſi non conſtat aliunde
ita Bart. in l. cum fuerit ff. de condit. &
demonſtr.l.ea, quæ ff.ad municipal. cum
ſimilibus, & tetigi ſuperius in initio
commenti.

In §.3.vide Cremenſ.ſingul.83.Roma.
conſ. 405. & quæ poſui in Conſuet. Pan.
10 cap.47. num. 76. vbi de his ſtrinis † quæ
dantur ſponſis tempore nuptiarum à cõ-
ſanguineis maritorum, quas alio nomi-
ne Bartol.in l.ſed ſi plures §.in arrogato
in fine ff.de vulg. & pupill. vocat xenia,
prout realiter ſic vocant DD. (maximè
in illis ſtrinis, quæ dantur officialibus in
principio Ianuarij, de quibus ſcripſi ſu-
pra in cap.7.verſic.dumtaxat) in hoc er-
go §. videtur colligi quòd tales ſtrinæ
ſunt mulieris, dum dicitur ibi, dari con-
ſueta ſponſæ, & præſertim quando ipſe
maritus, ſiue ſponſus præſentaret, nã tũc
clarum eſt quòd intuitu ſponſæ dare vi-
11 detur, vt de anulo † ſcripſi in d. Conſuet.
47.num. 73. valet enim talis anuli dona-
tio, vt ſcripſit Maſuer.ad Iaſon. in d §.in
arrogato in litera C. vbi etiam de veſti-
bus, & ſimilibus Hartmand. Piſtoris q.
44.libr.quæſtionum iuris, Natt.conſ.317.
libr.2.Cardinal conſ.43.& ita etiam poſt
Roman & Bald.conſ.271.lib.4.ait Carol.
Ant.Puteus conſ.vnico nu. 74 & per ea,
quæ habentur in gloſſ.in l.vt liberis verſ.
ſponſos C. de collat. vbi quòd donata
12 ſponſæ † à mariti fratre, non efficiuntur
mariti, ſed ſponſæ, cui donantur, quam
gloſſ. dicit ibi Angel. ſingularem, Bald.
Roman.Salicet. Fulgoſ. & Iaſon, de qui-
bus per Io.Lup.in rubr.de donat.int.vir.
& vxor § 44.in principio, Alciat.in tract.
præſumpt.regul.1.præſumpt.18. Menoc.
lib.3.præſumpt.2.n.13.& 17. & recordor
in hoc propoſito vidiſſe Cumiam in cap.
ſi aliquem fol.268. ſic etiam dicit Surd.
conſ.488.num.3.volum.4.vbi à ſimili lo-
quendo de his donationibus ſponſalitijs,
ait quòd in dubio datum filio familias
13 † præſumitur ipſius filij, non patris per
l fin.C.de vſufr. in fine, & ibi gloſſ. Bart.
in l.ſi filio 2.nu.2.ff.de donat. cauſ. mor-
tis, & in l.cum aliquis nu.3.C.de iur. de-
lib.vbi Bald. Caſtrenſ. Alex. & alij, qui
ampliant procedere etiam ſi patris men
tio facta ſit, ex quo demonſtrationis gra-
tia factum exiſtimatur, non autem vt pa-
tri quæratur, Surd. vbi ſupra, Alex. in d.
§.in arrogato nu.7 & 12. vbi pulchrius,
& diffuſius ad ſatietatem latè Iaſon à nu.
8.cum plurib.ſeq.poſt Bart Zaſ.Rolland.
Papienſ. & Cappell. Tholoſan. vbi ſupra
niſi ipſius patris occaſione data ſint vide
14 inferius n.28.conſiderata tamen † quali-
tate rei donatæ, ſi ſolum conueniret vxo-
ri, vt per Angel.& Iaſ.in d.§.ad ſubſtitu-
tos nu. 8. cum concordantib. Sicut vide-
mus quòd donatio facta Ambaſciatori-
15 bus † de quibus latè tracto infra in cap.
27. Regis Martini tom. 3.) eſt ipſorum
propria, & non acquiritur Communita-
ti, cum ipſorum perſona principaliter
ſit conſiderata, quod facit pro Ambaſcia-
toribus, qui ſolent ordinariè deſtinari
per hanc vrbem, Meſſanam, & Cata-
niam, & alias Ciuitates Regni, vt in pro-
poſito ait Io.Franc.de Ponte conſ. 2. nu.
189.ex Bart.& alijs in l.ſocium §. fin. ff.
pro ſocio, DD.in l.ſi vero §. 1. ff. ſolut.
matr.addo eundem Bart. in d. §. in arro-
gato, & ibi Additio, ac Iaſon. d.num 8.
16 Sicut donatum Sacerdoti † nam licet do-
natum Eccleſiæ videatur, tamen ſi ipſe
Sacerdos ſit coniuncta perſona, tunc cen-
ſentur datum perſonæ ipſius intuitu, ac
ratione affectionis, vt ait Soccin.& Bar.
in l.2.ff.de reb.dub.Surd.conſ.72. libr.1.
17 vbi ſubdit ſic eſſe † quando legatum eſſet
factum valdè amico, namque præſumitur
intuitu amicitiæ, non eccleſiæ ex Iaſon.
Bald. Alciat. Mantic. & alijs: Niſi eſſent
donata ipſis vxoribus, & ſponſis à con-
18 ſanguineis viri † quia efficiuntur viri,
cuius occaſione fuerunt donata, vt ſubdit
ipſe Surd.n.12.Corn.Iaſ.Dec.in l.vt libe-
ris C.de collation. Io Lup.in d.repet. ru-
bri.de donat. int. vir. & vxor. §. 45. per
tot.Cagnol.in l.contractus num.38.ff.de
regul. iur. Clar. in §. donatio quæſt. 10.
Surd d num. 17. qui multos cumulat, &
extendit etiam in amico donante) Rol-
land.latè conſ. 10.libr.1.Cappell. Tholo-
ſan.quæſt.336.Pract.papienſ.forma libel-

li pro hæred. diuid. versic. communiter
fol.23.& ibi Masuer. Zas. pulchrè libr.2.
intellectuum singul. c. 2. Natt. cons.317.
19 Beneuerũ † quòd potest esse quòd quan-
doque dentur à consanguineis mariti, &
nihilominus fiunt propria ipsius vxoris,
& sponsæ, sicquè sponsæ commodo cede-
rent, & efficiuntur sua, vt doctè scripsit
Rolland.d.cons.10.num.8.lib.1.quem se-
quitur Masuer.ad Iason. loco citato sub
nu 9 in littera A. dicens hoc esse verum
si constaret ipsos consanguineos sic de-
disse, vt sponsæ acquirantur, aliàs secus,
vt subdam inferius nu. 29. vel esset con-
suetudo, vt donata per consanguineos
mariti, eiusque amicos, efficerentur
sponsæ, vt apud eam remanerẽt, vel eius
hæredes, Rolland.nu.10.& seq. vbi hæc,
& alia pulchrè examinat, Cappell. Tho-
los.d.q.336.cum cõcordantib.addo præ-
dictis Cagnol.in d.regula contractus nu.
35.& seq.ff.de regul.iur. Doctor. in apo-
still.ad Bart.in l. si donatæ §. si sponsus ff.
de donat.int.vir. & vxor. ¶ Sicut iddem
20 dicimus † quando ipse maritus misisset
ornamenta sponsæ ante traductionem ad
domum, quia non efficiuntur mulieris,
ex quo videntur data vt magis ornatè ad
eam accederet, vt dixi in d. consuet. 47.
nu.73.addo Masuer.ad Iason.inferius ci-
tatum ex Bart. in l. pen. §. seruus ff. so-
lut.matr.Roman.cons.146 non enim cen
21 serentur donata ea iocalia, & vestes †
quæ essent magni valoris, & ad ornatum
ipsius vxoris, vt per Carol.Ant.Puteo in
suo cons. vnico impresso inter consilia
Sfortiæ Oddi in fine vol.nu.74 & seq.fol.
326.v.g. vestes sericas, & magni valoris
vt post Afflic decis. 315.num.10. Ioseph.
Ludouic.concl. 38. illatione 30.& sentit
Bart.in l.si vsusfructus §.dos legata ff ad
l.falcid.vbi quòd hæres debet habere, &
recuperare vestes praciosas, viles mulier
Ang.cons.252.& 134.Anchar.cons.173.
& 181. Paul. de Castr. cons. 184. Ro-
22 man.d.cons.146. nisi aliter † obseruatum
esset vt per Ludou.& vide omnino Bald.
Nouell de dot.priuil.73.par.6.vbi in du-
bio fauore dotis venit quòd est maius,
sicut si etiam fauore Ecclesiæ.& piæ cau-
sæ,quia hoc mariti faciunt ex necessitate
ob quandam consuetudinem, etiam si
vir diceret, dono tibi hoc, nam subau-
ditur quo ad vsum ex Clar. & Purpurat.
ab eo allegatis, & subdit quòd abhac
opinione nullo pacto est in practica re-
cedendum, Menoch.de arbitr.iudic.ca.
218. vbi ait sese pluries interrogatum fo-
luisse distinguendo respondere, Hæc ma.
Pistoris libr.suo quæst.iuris quæst. 44. &
consequ.nter quando isto modo ad or-
natum essent data siue à marito, siue à
quocumque, nunquam efficiuntur vxoris
sed mariti, quæ si vellet, posset siquidem
dictæ vxori legare, alias ei non acquirun-
tur, sed in casu separationis matrimonij
hæredibus viri debentur: tantummodo
23 ipsa consequetur illas vestes † lucubres,
quas gestare debent pro maritis mor-
tuis, vt tango infra in cap. 100. num. 5.
de quibus scripsi in comment. Consuet.
Pan.cap.45.num.21.& 22.addo Natt.ad
Alex.cons.171.lib.2.idem Alex. cons.14.
libr.6.col.5.Angel.in §. fuerat col. ante-
pen. instit. de actionib. vbi quòd dantur
pro viduitate, l. plenum §. æquitij ff. de
vsu, & habit, Afflict. in constit. Regni,
Baiulos num.55.tit.73. de ferijs libr. 1.
qui intelligit deberi de consuetudine, do-
nec que durat in viduitate, & nu.56.vbi
facit plures illationes, & dummodo non
nubat statim, nec dictum luctum, habi-
tumque vidualem dimictat, siue deponat
nam tunc vestes lucubres, quas recepit,
hæredibus defuncti viri restituere tene-
tur, Bald. cons. 478.num.3. vol 5.Capr.
cons 135.in 3. dubio cum similib per Io.
Ant Bosell.ad stat.Parmæ tit.de alimen-
24 tis fol. 96.libr.2.nec arctantur † ad pri-
mam vicem vt ex Natt. loco citato, sed
toties quoties nubit, & viduatur, nisi
ipsa vxor esset relicta vsufructuaria
nam tunc tales vestes lucubres ipsa sibi
facere debet vt per Guid.Pap.quest.541.
nu.3 & circa præmissa vide decisionem *
M.R C. Ann.1590. 13.Iunij 3.indic. latã
per Dom.de Milanisi,in tantum vt possit
25 tutor quoad hæc consueta munera nup-
tiarum tempore consignare sine decreto
vt notauit Bald. Nouell. de Dot. part.6.
26 priuileg. 60. & maximè quando vxor †
præmoritur viro,quia tunc nihil ipsi,nec
eius hæredibus acquiritur, vt subdit ipse
Meno.n.75.& 76.Intantũ vt etiam si ipsa
27 mulier transeat † ad secunda vota, te-
neatur reseruare filijs primi matrimonij
quando donatio esset facta ab extraneo
contemplatione viri vt post Roman. &
alios sentit idem Surd.cons.164. nu. 39.
vol.2. Et iddem si patris occasione & ip-
28 sius intuitu ad filium familias † vel filiã
tempore nuptiarum processerit, & per-
uenerit,quia tunc dicerentur profectitia
& consequenter a patre illius prouenisse
censentur subdit Surd.d. cons. 488. num.
9.& seq.per d.§ in arrogato, quo in loco
ponitur exemplum quòd acceptum, vel
habitum beneficio arrogatoris, videtur
de-

descendisse ab ipso arrogatore, subdens
d.num. 17. quòd licet multi velint dona-
ta à consanguineis mariti acquiri spon-
sæ, tamen si sponsa haberet patrem, vt
puta quòd esset filia familias, secundum
dispositionem iuris, in dubio intui-
tu patris cẽseantur relicta ex eod. Alciat.
& Menocch. vbi supra, quia ratio sangui-
nis mouisse videtur nu. 18. ibiquè addu-
cit plures doctrinas, quando pater illius,
cui donatur adhuc viueret nu. 21. ex Ia-
son. Rip. Berengar. & Quintil. Mandos. &
ante hos Bart. in d. §. in arrogato in fine,
29 qui † determinat quòd si datæ sint à con-
sanguineis viri videntur datæ ipsius in-
tuitu, aliàs secus, vt tetigi superius sub n.
19. licèt Additio ibi sẽtiat cõtrarium ex
Bal. cons. 215. lib. 4. Ferd. Bonio. Doctore
Siculo eximio in causa Spaccafurni q. 2.
vers. at vbi lib. 1. feudaliũ, Rolla. & Cap-
pell. Tholosan. Zas. & Papiens. inferius ci-
tati: Et consequenter si essent profecti-
30 tia † computarentur filiæ, vel filio in le-
gitimam, sicut vera dos, quæ succedit lo-
co legitimæ, vt dixi de dote ipsa in com-
mentar. consuet. Panor. cap. 43. nu. 71. &
cap. 47. nu. 172. (cum concordantib. quæ
tango infra in cap. 117. Regis Caroli
circa dotem de paragio sub versic. limi-
to tamen tom. 8. & paulo infra num. 32.
* 33. 34.) & est com. * opinio, de qua te-
statur Intrigl. sing. 305. vbi etiam quòd
daret filiæ ingredienti monasterium; in-
tantũ quòd si succedit loco legitimę, non
potest in ea grauamen imponi, nisi in eo,
cuius quantitas excedit ipsam dotẽ per
ea, quæ dixi supra in cap. 6. sub versic. &
sic, vbi pono quando valeat, & teneat pa
ctum quòd dos restituatur dotanti, & te-
neo quòd quatenus excedit ipsam legiti-
mam, potest apponi grauamen pactum,
& substitutio; item succedit loco alimen
31 torum † Boer. cons. 127. nu. 11. 12. Addi-
tio ad Bart. in l. titio centum §. titio ge-
nero sub num. 7. litera C. ff. de condit. &
demonstr. immo erant quædam statuta,
32 quod dos succedat loco legitimæ † vt per
Bart. in l. 1. ff. ad l. falcid. & quæ dixi su-
pra in d. cap. 6. loco citato (intelligendo
tamen prout per Surd. cons. 393. à nu. 33.
vsque ad num. 36. vol. 3. §. vbi ex Castrens.
Soccino, Bruno, Riminald. Alciat. An-
char. Modern. Simon de Præt. & alijs di-
cit quòd tunc succedit loco legitimæ,
quando statutum excluderet fœminas
stantibus masculis, & vellet quòd dos nõ
esset minus legitima, sicque statutum
mandaret simpliciter congruenter eas
dotari) & tunc dos consolidari debet in
filiam, & tam hæredes patris, quàm pa-
ter ipse teneretur illam stipulationẽ, siue
pactum remittere scripsi in d. cap. 6. loco
33 præcitato: vel quando statutum † iube-
ret dotari arbitrio boni viri, tunc enim
est verum quòd dos succedit loco legiti-
mæ, vel dicit ipse, succedit loco legitimæ
& in eam subrogatur quo ad aliqua, sed
non quo ad omnia, nam subrogatio non
semper fit quoad omnia, vnde subdit
ipse, succedit dos loco legitimæ quo ad
quantitatem, quoad necessitates, quoad
fraudes, quoad priuilegia, quoad modũ,
& alia: & licet ipse dixerit secus esse quo
ad transmissionem, hoc mihi non placet,
quia potest ipsa transmitti: subaudio
etiam quòd licet dos succedat loco legi-
timæ, tamen quando pater dotauit filiam
34 † & stipulatus esset dotem reddi ipsæ fi-
liæ tacitè, vel expressè, cui filiæ successe-
runt nepotes veluti hæredes eorum ma-
tris, poterunt tamen isti petere legitimã
matris suæ, sic ait Alex. cons. 24. visis lib.
* 1. vbi refert com. * opin. ratione quia
dos est acquisita filiæ, nec est de substan
tia aui, reprobat tamen ibi Apostilla
hanc communem, & opinionem, quã vi-
de, eamque etiam reprobat Surd. d. cõs.
206. sub d. num. 9. vbi quòd in practica
contraria opinio seruatur; nisi etiam es-
35 semus in casibus † quando v.g. caperetur
aliquid extra substantiam patris, vel aui,
nam tunc non imputatur in legitimam
idem nu. 8. vbi quòd si pater relinquat
in suo testamento filio rem alienam, non
imputatur in legitimam, aut quando fi-
lius habuisset dotes matris vti eius hæ-
res, tunc non imputantur n. 17. & sic non
ex illa consuetudine Martini, sed vti hæ-
res, nam tunc non imputat, nec est me-
lioris (hoc casu) conditionis, quàm ma-
ter, nam mater habet immediatè, nepos
* verò mediatè, vt ibi latè per eum, & di-
cit esse com. * opin. ex Dec. Capr. Bertra.
& alijs, & quoties dos descendit origina-
liter ab auo, vel à patre, tamen postquam
exiuit eius patrimonium, non conside-
rantur amplius illorum personæ ex Ro-
36 doric. & multis, & in filia † dos dicitur
profectitia, in nepte aduentitia, quod ta-
men etiam considerãdum est, & Castrens.
Rip. & Berengar. tenuerunt contrarium,
& ego cum his teneo, licet Surd. eos re-
prehendat num. 18. & quòd in nepte dos
data per auum dicatur aduentitia, &
non profectitia, tenet idem Surd. consil.
219. nu. 23. cum seq. lib. 2. quicquid di-
cat Cyn. in l. scimus C. de in offic. testam.
& consequenter non imputatur in legiti-

mam

mam filij, quod intelligo quando filius fuisset pauper, vt ibi per eum, & suo loco dixi, nam tunc auus tenetur dotare, nep-
37 tem: vel nisi † illud, quod caperetur, haberetur ex contractu, vel inter viuos, quia non imputatur in legitimam, sed ea sola, quæ ex vltima voluntate perue-
38 nerunt, idem nu. 10. Sic nec illud † quod præstatur filijs, tamquam æs alienum non computatur in legitimam num. 14. ex Bald. conf. 57. libr. 1. cum similibus, esto quòd caperet ex patrimonio patris: vel
39 maximè quando pater † expressè diceret quòd imputet in legitimam, siue esset instituta in toto, siue in parte Surd. d. cõs. 206. num. 9. & sic esset illud relictum ordinatum ad filij commodum, & consequenter pater vel auus esset immediata causa, & proxima quòd filius haberet idem sub nu. 16. & ad prædicta vide Additionem ad Bart. in l. titio centum §. titio genero sub nu. 7. in litera C. ff. de condic. & dem. Tiraq. in l. si vnquam in verbo, susceperit nu. 112. C. de reuoc. donat. Brun. in tract. quòd stantib. mascul. art. 1. quæst. 3. Vergius conf. 49. & conf. 50. Menocch. conf. 7. num. 8. qui omnes concludunt quòd sicut dos computatur in legitimam (& per Surd. d. conf. 206. col. 1. & seq. lib. 2. qui loquitur de dote data filiæ,
40 cui nepos successit, nam imputabit † nepos dictam dotem in legitimam matris suæ, præcisè nu. 6. quicquid postea dicat nu. 11. & seq. vbi ait non imputare nepotem dotes matris in legitimam, quoties capit ex consuetudine Martini iuxta l. in quartam ff. ad l. falcid. quia eius opinio non placet, & parcat Surd. & male reprobat Bart. & communiter alios, sed teneo quod imputabit filius dotem matris in dictam legitimam, & ita est com.* opinio, esto quòd ipse Surd. teneat cõtrarium sub nu. 16. omne enim quod capitur ex substantia patris, vel aui, computatur in legitimam, vt subdam inferius)
41 ita & aliæ vestes † & apparatus dati per ipsum patrem dictæ filiæ tempore nuptiarum, quia computantur in ipsam legitimam, prout dixi in dictis commentarijs loco citato, & optimè intellexit idem Surd. conf. 488. num. 7. libr. 4. per textum in l. quoniam nouella §. 1. vbi omnes DD. C. de inoffic. testam. Bart. & Picus in l. in quartam ff. ad l. falcid. Vasq. Craff. Port. Iacob. de Aret. Bald. Rodoric. Alex. Rip. & alij adducti per ipsum Surd. qui eodem
42 modo concludit circa ea omnia † quæ essent datæ filiæ, vel filio intuitu patris, vel per eum erogata, inferens num. 10. ipse

mam,

Surd. ex Petr. & Cyno in l. omnimodò quæst. 1. C. de inoffic. testam. (moti per d. textum in § in arrogato) & ibi Rayner. Gugl. de Cuneo, & Salicet. quòd eodem
43 modo videmus in militia † filio empta à patre (iuxta text. supra in cap. 5. Regis Iacobi Tom. 1. vbi agitur etiam de militia filij) imputatur in legitimam, veluti
44 & officium † ex Bart. in l. 1. §. nec castrense ff. de collat. bonor. Vasq. in tract. de success. creat. §. 30. nu. 203. Craff. in §. legitima quæst. 26. num. 1. in eodem tractatu de legitima in verbo ex substantia nu. 34. etenim imputari debet valor dictæ militiæ, quam filius obtinuit patris intercessione, & precibus d. l. omnimodo in fine, & ibi Bart. & in d. l. in quartam, quod imputatur in quartam quicquid occasione patris filius lucratur, inferens
45 etiam ad neptem † quæ imputat sibi in legitimam dotem matris, sicuti imputaret pater, quia dicitur profectitia, & ibi Angel. quòd dos nepti data ab auo, imputatur sibi in legitimam patris, ex quo videtur habuisse à patre, cuius contemplatione auus dedit, Imol. & alij ibidem, Socc. conf. 33. num. 15. vol. 3. Dec. conf. 81. num. 5. Gloss. & DD in l. profectitia ff. de iur. dot. Io Lup. in d. repet. cap. per vestras in rubr. de donat. int. vir. & vxor §. 45. in fine, qui infert, quòd si Rex
46 † propter merita patris donat mille filiæ in dotem, erit dos profectitia, tamquam descendens à patre, Crauett. conf 421. num. 3. Ruyn. conf. 112. nu. 4 vol. 1. Rip. & Cucch. per Surd. allegati nu. 11. Castrens.
47 conf. 196. num. 2. vbi quòd filia † imputat in legitimam sibi debitam in bonis patris dotem, quæ simul à patre, & patruo socijs omnium bonorum data fuit, Alex. conf. 179. vol. 5. & conf. 31. num. 4. vol. 4. Dec. conf. 81. nu. 5. Picus in d. l. in quartam nu. 173. & seq. & ibi Ripa num. 139. & 206. Berengar. in cap. 3. num. 66. Bologn. nu. 781. Ruin. conf. 148. num. 8. & conf. 196. volu. 2. Soccin. Iun. conf. 33. num. 3. lib. 1. & conf. 77. nu. 2. vol. 2. Alcia. conf. 153. num. 2. qui testatur de communi * Menocch. conf. 153. num. 10. Gabr. comm. opin. tit. de iur. dot. conclus. 5. nu. 13. Simon de Præt. de interpetr. vlt. volun. interpr. 2. dubit. 2. fol. 6. num. 17. libr. 1. Cucchus, Mascar. Quintil. Mandos. Port. Imolens. Ceph. Natt. & Rubeus, de quibus per Surd. d. conf 488. nu. 15. ille enim
48 soluisse † videtur, cuius contemplatione soluit alius, gloss. in l. ait prætor §. apud Marcellum ff. de negot. gest. sicuti de le-
49 gato per patrem relicto filio, quia computatur,

putatur, & compensatur in legitimam, plures cumulat idem Surd.cons.112.nu.3.libr.3.& per ea, quæ dixi in d.cap.117. Regis Caroli loco citato.

In §. 4. in quo tantum certæ personæ
permittuntur stare in conuiuio, die va-
50 lere statutum † de non habendo vltra tot
personas in nuptijs sub pœna Bart. in l.
inficiando §.infans col.vlt.ff. de furt. vbi
quid si pater & filius faciãt simul nuptias
cum pluribus personis, & quæ dixi supra
in cap.89.sub nu.2.

Limitantur supradicta procedere præ-
supposita nuptiarum sollemnitate legi-
51 tima, secus in illegitimis † vnde contra-
hens incestas nuptias vltra quòd non pos
set gaudere forma statuti, perdit etiam
statim bona, & filij ex tali matrimonio
non succedunt ita Dec.cons.235. Andr.
de Ysern. in §. contrahentium incestas
nuptias, quæ sint regalia, Bald.in l.rapto-
res C.de Episc.& cler.abhorrent enim iu-
ra ciuilia, & canonica similia, immo in-
52 cestus punitur † pœna grauissima, adeout
etiam animalibus irrationabilibus dis-
plicuerit, nam refertur de quodam equo
qui cum esset deceptus vt ingrauidaret
eius matrẽ equam, quã coopertam ad se
adduxerunt, eamque cũ postea vidisset, &
cognouisset, turbatus est valde, ac cum
proprijs dentibus in præsentia astantium
abscidit sua propria genitalia Boer. de-
cis.318.Nicol.de Lyra in cap.19.Matth.
vbi refert de quodam elephante ducto
vt ingrauidaret matrem coopertam in-
siluit præ dolore, & interfecit inductorẽ
suum vt per Rodoric.Suarez in l.9.delos
pleytos sub nu.18.

Secundo limitatur non procedere in
53 ijs † qui essent indigni nuptijs, & cum
quibus matrimonium non posset contra-
hi, & sine dedecore nubere non possent
secundum mores ciuitatis, quia tunc ex
quo sunt indigni matrimonio, cõsequen-
ter sunt, & nuptijs per ea, quæ adducit
Bart.in l.cum ita ff.de condit. & demon.
gloss.in l.pen.ff.qui & à quibus l.si roga-
tus §.matrimonij, & ibi gloss. ff. de ma-
num. vind.

Marius Muta.

De militari sollennitate. Cap. XCIX.

IN solemnitatibus militiarum seruetur per totum ordinatio nuptiarum, excepto quòd liceat quibuslibet ire ad domum militare debentis vna nocte, illa videlicet, in cuius sequenti crepusculo debet cingulum accipere eum blandonibus, & associare eum ad Ecclesiam, & stare ibidem, videlicet Comes, Baro, & Magnas, cum blandonis sex, & alius quilibet blandonis quatuor, quilibet blandonorum ipsorum ponderis à rotulis sex infra, & non maioris, sub pœna vnciarum quatuor.

NOn est vtile, sed vide supra in capit. 89. versic. eodem &c. vbi mentionem facio de hoc capitulo, & quasi sunt ridiculosa respectu modernorum temporum.

De funeraria sollemnitate. Cap. C.

QVòd nulla domina, siue mulier audeat ire cum feretro, seu post feretrum, cum corpora defunctorum deferuntur ad Ecclesias, vel sepulturas, quantumcunq; defunctus consanguinitate, vel affinitate sibi iunctus fuerit sub pœna vnciarum quatuor. Item quòd huiusmodi corpora defunctorum deferantur

rantur cooperta per totum ad Ecclesias vel sepulturas easdem, & si quis contrafecerit, soluat vncias quatuor.

SVMMARIVM.

Funerarijs sollennitatibus vti, erat etiam gentilium, & quæ cerimoniæ aderant, nu. 1. quæ hodie sunt sublata nu. 2.

Libertas intelligebatur acquisita seruis, eo ipso quod stabant pileati in funerarijs ceremonijs dominorum, ibid.

Funebre carmen non amplius cantatur in mortuis, nu. 2.

Mortuos non possumus hodie cũ carminibus canere, nec pectora scindere, & similia, ibid. & seq.

Luctus debet esse moderatus in mortuis, & & non in Ecclesijs, num. 3. limita num. 11. 15. 17.

Reputatrices, cantus, & soni sunt hodie probibiti in mortuis sub pœna, nu. 4.

Lucubres vestes portare pro mortuis necesse est, & barbam, & possunt locari, num. 5.

Vidua portare debet vestes lucubres, ibid.

Funebris pompa nobilium debet esse maior, & sumptuosior quàm ignobilium, num. 6.

Mortuorum corpora nobilium vnguntur vnguentis, & aromatibus, ibid.

Mortuorum corpora possunt portari tã cooperta quàm discoperta, ibid.

Mortuorum corpora quando transferuntur de licentia Prælati eadem sollennitas, vel probibitio ordinata censetur, n. 7.

Funerarijs in sollennitatibus mortuorum quando gestantur ad Ecclesias, cuius sint cerei, num. 8. & an valeant statuta de non apportandis nisi tot, nu. seq.

Statutum laicorum taxãs certum numerũ clericorum, & cereorum in funebribus an valeat, & quòd non possit expendi vltra decem, nu. 9.

Funerum impensa est priuilegiata & præfertur anteriori creditori & possunt detineri libri scholarium, nu. 10. & deducitur vt æs alienum, nu. 19.

Condemnatis ad mortem non denegantur sacramenta Ecclesiæ, nec sepultura, n. 11.

Condemnati ad mortem non possunt sepelliri absque licentia Principis, ibid.

Condemnati ad mortem corpus potest dari medicis ad faciendum anothomiam, nu. 12. cum seq.

Anothomia de corpore non potest fieri absque licentia Principis, & quo tempore, ibid. & an possint medici retinere pinguedinem, nu. 13. & an possit quis ordinare, vt post eius per mortem fiat de se anothomia, num. 14.

Corpora damnatorum non possunt dilaniari in partes, nisi in certis casibus, n. 13

Mortuus an potuerit in vita sua consentire vt de eius corpore fiat anothomia, & extrahatur cor, vel viscera, nu. 14.

Occidentes semetipsos cum proprijs manibus lugeri non debent, nisi ex quadam miseria, & in malum locum abire præsumuntur, nu. 15. & an valeant eorum legata, nu. 16.

Homicidiũ qui fecit de se ipso an possit facere legatum pro anima sua, nu. 16.

Mortui quomodo lugeri debeant ex ordinatione pragmaticarum nu. 17.

Sepultura potest ordinari per testatorẽ eius heredi vt non expendat nisi tot sub pœna, & an transeat ad heredes heredis & potest promictit aliquid pro ea num. 18. cum seq.

Sepulturæ expensas potest hæres facere, & repetere etiam cum funeraria sollennitate, tanquam æs alienum, nu. 19.

Sepultura potest per morientem eligi etiam extra locum sibi competentem, num. 20. & seq.

Episcopus potest sibi eligere sepulturam etiam extra Cathedralem Ecclesiam, ibid.

Filius familias licet testari non possit, tamen potest sibi eligere sepulturam, nu. 21.

Sepulturæ ius transit in heredem non extraneum, n. 22. nisi ei esset legatum, n. 23.

Sepelliri debet vxor in sepulchro mariti, ibid.

Sepulturæ propriæ vtendi ius potest legari cuicumque, nu. 23.

Sepulturæ possunt habere epitafia, arma, & insignia & versus non longos, nu. 24.



OSTQVAM vidimus in antecedentibus Regni capitulis de sollennitatibus nuptiarum, operæ pretium est videre de funerarijs, & ab hoc capit. vsque ad cap. 104. inclusiue talis materia tãgitur.

Erat

Erat potius gentilium quàm Christianorū vti similibus funerarijs † solem-
1 nitatibus, de quibus legitur in l. vnica, §. sed & qui domini C. de latin. libert. tollend. vbi demōstratur antiquitas quædam, quæ erat, vt in ipso lectulo essent quidam stantes serui, non pileati, quia si pileati, hoc est pileos ferentes in capite, ipso iure effecti erant liberi, vt ibidem habetur, & hi tales cadauer ventilabant thore, cuiusmodi proferendorum lectorum in simili funere meminit Cicero lib. 2. de legib. Halicarnasseus libr. 4 antiqu. Romæ disputans de quibusdam veterum institutis circa seruos, & hoc ad morem illius quod scribitur de Dione Pertinaci mortuo, & in lectulo in foro collocato adhibitum fuisse puerum, qui pennis pa-
2 uonis muscas abigebat. Quæ omnia † sunt prohibita tamquam gentilium mores prout in cap. 22. Concilij Tholetani cap. qui diuina 13. quæst. 2. vbi habetur quòd funebre carmen, quod vulgo defunctis cantari solet, vel in pectoribus se, aut proximos, aut familiares cædere omnino prohibemus vt refert Dominus Amescua in tract. de potest in se ipsum c. 11. num. 9. libr. 1. vbi refert multas leges Hyspaniæ, & alios DD. luctusque debet
3 esse moderatus † nec mortuos immoderatè lugere vt ait D. Chrisostom. Homil. 4. cap. 4. Epist. 1. Diui Pauli ad Thessalonis. & homil. 41. cap. 1. ad Chorint. & multa iura, & DD. & scripturas citat ipse Amesc. ad quem recurras, & propterea scribitur Hierem. cap. 22 nolite flere mortuum, nec lugeatis super eum fletu & maximè in Ecclesijs sub pœna de qua infra cap. 102. & Leuit. cap. 19 super mortuo non incideris carnes vestras, neq; figuras aliquas, aut stigmata faciatis,
4 qua de causa prohibentur † reputatrices cantus, & soni, nec alia instrumenta interuenire in similibus mortuis sub pœna etiam frustræ, si non habent in ære, luant in corpore d. cap. 101. dixi in consuetudine Pan. cap. 58. num. 2.

[*Corpore det pœnas qui caret ære malus.*] vt per Boniom in d cap. 101.

5 Portare igitur † vestes lucubres necessarium est vt infra cap. 103. & 104. in quibus etiam est licitum portare barbā l. vestem ff. de iniur. cum similibus, præsertim in filijs & vxoribus vt ibidem, etenim viduæ si non deferunt tales vestes, priuantur certis conditionibus vt est videre per Gogl. de Bened. in cap. Raynutius in verbo, qui eum alio nu. 171. & de quibus scripsi supra in cap. 98. num. 23. & addo Cumiā in cap. si aliquē, in verbo, in capillo nu. 4. & 5. arg. not. in l. sicut & de oper. libert cū similibus, vnde de iure fuit consideratum quòd hæ lucubres vestes possunt locari vt dixi in Consu. Pan. cap. 35. num. 3.

Maxime in funeribus nobilium, quia vt dicit Alex. in l ex facto §. si quis rogatus per l. 1. ff. ad senatusc. Trebell pompa
6 † funebris nobilium debet esse maior, & sumptuosior quàm ignobilium Cornel. tacit libr. 4. multa cumulat Tiraquell. de nobilit. cap. 20. nu. 150. cum seq. hinc videmus multoties quòd vnguentis, & aromatibus condantur ex traditis per Boer. decis. 287. & propterea per pragmaticas huius regni datur in hoc quædam moderantia in tit. 79. de var. ordinat. tom. 1. nec consideratur an corpora mortuorum deferantur cooperta, vel discooperta, quia prout libet ea portare licet ad ecclesias quicquid dicatur in hoc capit. in §. item quòd.

Hæc eadem dico procedere non solum quando v. g. tali die mortuus quis fuerit sed etiam in translatione ipsorum corpo-
7 rum defunctorum † quia eadem sollennitas prohibita, & concessa videtur, intelligendo de licentia Prælati, ad quem spectat, vt est videre per Affl. in vlt. const. Regni nu. 10.
8 Illi vero cærei † qui portantur pro funere an debeant esse pro fratribus sepelientibus, vide Bald. in l. 3 §. sed & qui C. de latin. libert. tollend. & ex dictis per Bart. & Additio ad eum in l. medico §. mulier ff. de aur. & argent. legat. & in hoc proposito cæreorum non valet statutum
9 † per quod taxatur certus numerus Clericorum, & cæreorum ita Alderan. Mascard in suo tract. de gener. stat. interpr. conclus. 1. n. 23. ex Abb. in cap. fin. de reb. Eccles. non alien. & cons 26. num. 63. libr. 1. Roman. singul. 358. Dec. Fælin. & alij per ipsum Mascard. quasi velit dicere quòd fit per laicos factum, & attingat connexa spiritualibus Roman. singula. verb. reuerendi &c. Bertac. h. in verb. statutum fol. meo 99. col. 1. qui dicit quòd statutum, vt pro mortuarijs non possit expendi vltra decem, non valet, quod non puto. verum hodiè ex Pragmaticis sanctissimis Illustrissimi Io. Veghę olim Proregis in hoc Regno, tantummodo valet statutum concernens pompam inutilem, pura circa superfluas vestes lucubres & similia vt hic, secus in concernentibus clerum, & cæram, vt per eum; expensio quorum, sicut & aliarum necessariarum re-

 rum

rum pro ipso funere sepelliendo per quē-
libet facta est tam priuilegiata, vt quam-
uis legamus creditorem anteriorem de-
bere præferri posteriori, attamen isto
casu est totum oppositum, vt posui in
consuet. Pan. cap. 38. nu. 30. vbi num. 36.
10 extendi etiam quòd si talis expensa † es-
set fortasse facta in scholarem mortuum,
posset detineri libri, donec hæredes scho-
laris prius soluant, & deducitur vt æs
alienum vide inferius nu. 19. addo eun-
dem Bald. in l. restituenda C. de pet. hæ-
red. & in l. fin. C commod. & in l. pen. C.
de pignor. act. per l. retentionem C. de
vsu. latè Bart. in l. si non inducta C. in
quib. causs. pign. tacit. contrah. Paul. de
Eleazar. in cap. fin. extr. de dol. & con-
tum. cum similib. Bald. cons. 253. lib. 3. de
quibus per Additionem vltimam ad eun-
dem Bart. in l. si non fortem, §. si centum
ff de cond. indeb. Moder. Saxon. in tract.
de processib. execut. cap. 2. part. 1. nu. 223
vbi iddem concludunt dicti DD. de me-
dicinis, prout aliàs etiam dixi in consue-
tudinibus, ratione quia in materia ex-
pensarum factarum datur retentio arg.
eorum, quæ dixi supra in cap. 38. versic.
tertium auxilium.

Limito isthæc omnia procedere in de-
functis mortuis morte naturali, quia si
ciuiliter condennati sint, quamuis eis
11 non denegentur † sacramenta Ecclesiæ,
nec sepultura etiam sollemnis, prout in
cap. fin. 13. q. 2. & in clement. 1. de penit.
& remiss. vbi Archid. cap quid ergo 23. q.
5. Abb. in cap. ex parte de sepult. & per ea
quæ dico infra in cap. 117. limit. 7. nihi-
lominus nō possunt sepelliri sine licentia
Principis, cui est confiscatum cadauer l.
fin. ff. de cadauer. punit. & prout habetur
per Gugliel. de Benedict. in repet. capit.
Raynutius in verbo mortuo itaque te-
statore primo nu. 105. part. 2. & iterum
in quæst. an occid. lic. peccatores nu. 25.
Bald. cons. 42. lib. 1. Rip. in tract. de re-
med. præseru. contra pestem cap. 4. num.
240. Chassan. super consuet. Burgund. in
tit. des iustices §. 5. rubr. 1. vers. s'il n'ha
grace, & versic. du prince nu 6. quia cum
sit in confiscatione ipsius Principis cor-
pus talis condemnati, potest de eo ad
quicquid voluerit disponere, etiam illud
12 dando medicis † ad faciendum anotho-
miam, præcedente dicti principis licētia,
vt sentit idem Gugliel de Benedictis lo-
co citato nu. 26. Chassen. vbi supra in tit.
des confiscations rub. 2. §. 1 gloss. il con-
fisque num. 7. de quo ante eos dubitauit
Bart. in d. l. fin. ff. de cadauer. Boer. decis.
288. nu. 6. & 7. dummodo tamen eo tem-
pore fiat, in quo pestilentia, & malus
odor oriri non posset, prout ait Ripa vbi
supra n. 241. qui ponit æstiuo tempore il-
lam non faciendam; & licet sit contra
communem regulam, qua habetur cor-
13 pora damnatorū † per frustra dilaniari
non posse, nisi in quibusdam casibus prop-
ter atrocissima facinora l. capitalium §.
famosos ff. de pæn & in l. 2. ff. arbor. urt.
cæsar. attamen isto casu stante quòd vet-
satur publica vtilitas, vt Medici pro con-
seruandis corporibus humanis, fiant pe-
ritiores, vt per Franc. Curt. in l. impe-
rium ff de iurisd. omn. iud. quem post Lā-
cellot Dec. ibidem col 2. refert, & sequi-
tur Boer. vbi supra; & quòd possit fieri
de eis anotomia dixit Clar. quæst. 100.
vbi etiam tangit ex lo. de Anan. an liceat
medicis in foro conscientiæ retinere pin-
guedinem hominis in cap. fures extr. de
furt. nu. 3. In mo quantum ad hanc ano-
14 tomiam † faciendam posset quis consen-
tire, vt post mortem suam detur corpus
medicis, eiusque cadauer, ad hoc exerci-
tium, sicut posset disponere quòd ex eius
visceribus extrahatur cor, & portetur
alibi, vt post Corn. in d. l. imperium dixit
Dominus de Amescua in d. suo tract. de
potest. in seipsum cap. 12. num. 24. libr. 1.
subaudito hīc ex iustis, honestisq; causis
quæ subaudition: ob has causas impossi-
bilis mihi videtur; nec verificari posse.

Limito secundò secus esse quo ad eos,
qui tamquam suspēdiosi manus sibi pro-
prias intulerunt, nam lugeri non debent
15 † nec possunt, nisi ex quadam miseria l.
liberorum §. non solent ff. de his qui not.
infam. eo quòd tamquam ex mala con-
scientia in malum locum abire præsu-
muntur, stante quòd non fuit licitum se
ipsos occidere, vt latè exornat Domin.
Amesqua loco citato lib. 1. cap. 1. num. 7.
& quasi per tot. illum tract. & præcisè
etiam in cap. 23. eod. lib. 1. cum similib.
quos adduxi supra in cap. 32. Regis Iaco-
bi sub versic. ita quòd Tom. 1. & vide per
eundem Amesc. cap. 12. à nu. 28. vsque ad
16 finem vbi tenet quòd valet saltim lega-
tum relictum Ecclesiæ per hunc talem
pro anima sua, & ait esse com. * opin.
17 Limita tertio † prout in dictis Prag-
maticis superius citatis tit. 79. de vat.
ordinat. rom. 1. vbi disponitur per pragm.
2. ibid. per quam renouātur isthæc capi-
tula Regni Serenissimi Regis nostri Fe-
derici vsque ad pragmat. 7. ne fiant repu
tatricum dictorū vlulatus, nec plangan-
tur mortui vltra triduum, etiam per ser-
uas

ols, & quamuis coniunctas, præsertim transeunte processione, vel Sanctiss. Eucharistia, maxime ante missarum celebrationem, & similia, et ibidem.

His dictis tangamus aliqua circa sepulturas, de quibus hic, & in capitulis subsequentibus, & dico quòd possunt loqui hæc capitula vel de sepulturis ordinatis per testatorem v. g. hæres omnino successurus sciens voluntatem eius construi fecisset sepulcrum, vel de alijs ordi-
18 narijs, potest enim testator precipere † heredi vt faciat monumentum, etiam sub pœna priuationis hæreditatis, & quòd expendat tãtum, & non plus ex his, quæ ait Bartol. in l. 1. §. de impensa ff. ad l. falcid. quia est licitum soluere ad hunc effectum, sicut valere cõsuetudinem, aiunt DD. permittens aliquid solui pro sepultura vt per Dec. cons. 215. in causa; beneuerum quòd hæc pœna non transit ad hæredem hæredis ita post Bal. in l fin. quæst. 22. C. de hæredib. instit. Alex. cons. 113. col. fin. vol. 2. Dec cons. 290 ait Io. Franc.
19 de Ponte cons. 4. nu. 55. & casu quo † per testatorem non fuisset ordinata expensa sepulchri, potest hæres illam facere, & repetere, etiam cum funeraria sollemnitate, ac defalcare tamquam æs alienum vt tetigi superius n. 10. Bart. in d. § de impẽsa vbi pulchre, & per tradita à Dec. cõs. 691. vbi quòd etiã extraneus potest repetere ab hærede mortui expensas funerũ.

Secundum quòd tango est quòd dum in hoc capit. dicitur, vbi, deferuntur ad
20 ecclesias, vel sepulturas subaudi † siue essent propriæ destinatione sibi factæ, vt tetigi modo idest ex electione sic facta, etiam extra locum sibi competentem vt de Episcopo, qui potest sepulturam eligere etiã extra Cathedralem Ecclesiam refert, & sequitur Rhodoan. de reb. eccles. non alien. quæst. 51. cap. 9. num. 12. nam hæc electio in potestate est eligentis
21 vt dicimus adhuc de filio familias † qui non obstante quòd alias de iure communi testari non posset, potest tamen eligere sepulturam, scribit in l. senium C. qui testam. facere poss. ex Bart. in l qui in potestate ff. de testam. per cap. licet de sepult. in 6. idem Bart. in l. si filius familias ff. eod. siue eis competentes ex institutio-
22 ne † hæreditaria, dummodo non essent hæredes extranei, ad quos iura sepulchrorum nõ transeunt Additio 4. ab Bar. in [illegible] ff. de vulg. & pup. ex parentela, aut aliter v. g. in vxore, quæ potest, & debet sepelliri in sepultura secundi mariti, quando verteretur dubium super hoc, Guid. Papa quæst. 149, per tex. in cap. is, qui § mulier de sepult. in 6. siue
23 ex legato † eis facto, vtputa quando aliquis legaret [illegible] sepulturam, nam intelligitur legare ius utendi ipso sepulchro ex Iason. in l. cum responso C. de legat.

Tertium quod tango est quòd non ob
24 id prohibita videntur † epitafia solita poni in sepulturis, nec arma, nec insignia, nam hæc omnia sunt permissa, & Poetæ aduertunt vt dicta epitafia sint breuia, nec excedant vltra quatuor versus, vt erat hoc ex lege Platonis in Republ. Spartorum, de quo sentijt Martialis dum scripsit.

„ *Ara duplex primi testatur munera pili,*
„ *Plus tamen est titulo quod breuiore legis.*

Et Tassus famosissimus in suo Poemate Hierusalem liberata cant. 8 stant. 29.

„ *E in breue note altrui vi si ponea*
„ *Il nome, e la virtù del guerrier morto.*

qui omnes declarant circa Epitafium, nã quoad insignia, & arma in dictis sepulturis mortuorũ meminit Ripa in cap. cum Ecclesia nu. 97 de caus. possess. & propr. & sit finis huic vtili, & curioso commento.

Muta V.I.D.

Cap. CI.

ITem quoniam ruputationes, cantus, & soni, qui propter defunctos celebrantur muliebriter, animos astantium conuertunt in luctum, & mouent eos quodammodo ad iniuriam Creatoris, prohibemus reputantes funeribus adesse, vel aliæ mulieres, quæ earum vtantur ministerio, nec in domibus, seu ecclesijs, vel sepulturis, vel alio quocumque loco, nec pulsentur circa funebria guideme, vel timpana, vel alia solita instrumenta, quæ ars magis ad gaudium, quàm ad tristitiam adinuenit, pœna vncia-

rum auri quatuor mulctandis ijs, qui eas admiserint circa hoc, & ipsis reputatricibus similiter, quæ reputatrices, si pœnam soluere propter paupertatem non possint, ne pœnalis prohibitio eludatur, fustibus cædantur per Ciuitatem, & Terram, vbi prohibita tentauerunt.

Cap. CII.

PRohibemus etiam à dominabus, & mulieribus, alijs quantumcumque consanguinitate, vel affinitate iungantur iam mortuis, ire ad Ecclesias, seu sepulchra defunctorum diebus festiuis, vel alijs occasione consuetudinis ad plorandum ibidem propter defunctos, vel temporibus statutis, pœnam vnciarum auri quatuor transgressori mulctando.

Item statuimus quòd filij, filiæ, & vxores defunctorum, & non alij, vel aliæ lugubria induant, ob interitum eorum pœna vnciarũ sex transgressori mulctando.

Cap. CIII.

NVllus præterea consanguineus, vel affinis maximè defunctorum audeat vltra octo dies barbam deferre propter obitum eorum, exceptis filijs, & fratribus, qui iustè dolorem prosecuntur, quibus permittitur vsque ad mensem si voluerint, barbam, & lugubres vestes portare, pæna vnciarum auri quatuor contemptori mulctando.

Cap. CIV.

ITem quòd dominæ, vel plebeæ, scilicet maritatæ propter mortem consanguineorum non mutent sibi vestes, nec aliquam nouitatem in vestibus, & habitu faciant, sicut hactenus consueuit, nisi pro morte maritorum suorum tantum sub pæna vnciarum auri sex à transgredientibus petenda.

Quæ omnes pænæ exigantur per baiulos terrarum, & locorum Siciliæ, si fortè baiuli tempore non exigerent pænas easdem, vel componerent de eisdem, aut essent tepidi, vel remissi in executione earum, licitum sit Secreto, Gabelloto, vel Credenzerio, à baiulo deficiente in hoc extorquere pænam vnciarum duodecim, nec non & à delinquentibus exigere pœnas prædictas, vt supra Curiæ

vtili-

vtilitatibus, si Credenzerius, vel eiusdem Secretus, Cabellotus fuerit, applicandas.

Circa hæc capitula vide quæ dixi supra in c. 100. post principiũ, & transeo ad subsequẽs.

Ordinationes speciales de Baronibus, & alijs. Cap. CV.


QVia magis opportunum, & decens est quòd Comites, Magnates, Barones, & habentes à Curia certam prouisionem vel stipendia, armorum potius, quàm vestium pulchritudini innitantur, prouisum est quòd Comites, Magnates, Barones, milites, & habentes huiusmodi certam prouisionem, aut stipendia, non posint induere se, & socios suos, si quos habuerint, dummodo sint milites, panno valoris vltra decem, & octo tarenos per cannam, sub pœna vnciarum auri viginti. Licere tamen volumus eis quòd posint induere se, & huiusmodi socios suos huiusmodi panno bis in anno ad plus, & facere inde ad plus tria guarnimenta, in quorum vno tantum dominus militum posit portare vayrum, milites vero, & socij sui non, nisi in capite. Si vero aliqui ex eisdem socijs non sint milites, sed aspirent, & intendant ad militiam, liceat eidem domino, huiusmodi socios suos ad militiam aspirantes induere prædicto panno, sicut alios prædictos milites socios suos, non tamen quòd ipsi socij, qui non sint milites, posint portare vayrum in capite, sicut alij milites. Et si contrauentum fuerit, dominus militum soluat vncias decem, & soeijs contrafacientibus, vncias quatuor; cordatam autem ipse dominus militum, & socij sui milites, vel intendentes ad militiam, posint in indumentis portare pro libitis.

SVMMARIVM.

Honor semper dandus est Comitibus, Baronibus, & alijs militibus, nu. 1. & seq.
Militares causæ spectant ad iudicem eorum ordinarium ibid. etiam ratione delictorum, num. 2. declara, num. 3. 4. cum seq. & num. 8.
Natura immutabilis est, nu. 2.
Milites propriè dicuntur ij, qui viuunt in honore militari, nu. 3.
Milites habent eorum forum, & Iudicem tam in ciuilibus quàm in criminalibus caussis, num. 4. & quid quando Capitaneus triremium commisit delictum in terra in crimine raptus num. 5 & quid si post commissa delicta fiunt milites, nu. 6. 7. & quid si essent dimissi, nu. 8.
Capitanei triremium committentes delicta raptus in terra, an gaudeant eorum foro, num. 5.
Milites si post commissa delicta fecerunt se milites, an gaudeant foro, nu. 6. & seq.
Priuilegium subsequens, & mutatio status an consideretur circa forum, nu. 7.
Fori declinatoriam an possit petere qui

habuit

habuit priuilegium subsequens, ibid.
Milites dimissi à militia ob aliquam ignominiam fiunt infames, amittunt forum & non consequuntur amplius dignitates, nu. 8.



IDIMVS de vestibus virorum, & mulierum, nunc specialiter de Magnatibus, & militibus, quãuis poterant hæc capitula continuati supra post capit. 89. nec perdam tempus in his parum vtilibus, solummodo tangam vtiliora, & dico quòd honor † semper debitus est dandus Comitibus, Baronibus, & alijs militaribus viris, de quibus est scriptum in constit. Regni, vt vniuersis tit 47. de fernando honorem libr. 1. Sic videmus hos miliares viros habere eorum specialem forum tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, quia eorum causæ spectant ad iudices eorũ dinarios, tã ex Regia veteri quàm ex noua constitutione l. magisteriæ C. de iurisd. omn. iudic. & prout infra versic. declara, l. militibus ff. de custod. reor. & quæ in terminis posui suprà in cap. 61. num. 7. & 8. Regis Iacobi, tom. 1. & per gloss. in d. const. Regni, vt vniuersis; adeout hoc priuilegium fori extendatur ad filios l. infacris C. de proxim. facr. scrin. lib. 12. l. fin. C. de profess. & medic. cum concordantib. per Andr. de Yser. in d. constit. natura enim dicit † ipse immutabilis est l. senatoris filius ff. de senator l. filius §. 1. ff. de cõdic. & demõstr. (& quę posui in c. 33. Reg. Iac n. 219. tom. 1.) itaut nec ratione delictorum alibi commissorum debeat fieri remissio (non obstãte regula generali, de qua latius pono infra in cap. 51. Regis Martini in 6. obseruantia, tom. 3) sic Dominus Carolus Tapia Regius Consiliarius in eius pulchris Adnotationibus ad iura Regni Neapolis sub tit. vbi de crim. agi oport. fol. 39. nu. 45. libr. 3.

Declara intelligi de illis tantum militibus, & Baronibus, qui viuunt in honore militari, hoc est in equis, armis, & alijs militaribus signis, quibus Barones, & milites condecet decorari arg. l. semper §. negotiationis ff. de iur. immunit, ibi quandiu in huiusmodi actu sunt, l. nullus C. de veteran lib. 12. l. per id tẽpus C. de Decurion. eod. lib. 12. cum cõcordant. per gloss. in d. constit. vt vniuersis, vbi Andr. de Ysern. & quæ posui supra circa seruitium militare in cap. 39. Regis Iacobi nu. 194. d. tom. 1. Sed hodie licet ille text. in d. l. magisteriæ recipiat interpetrationem quando essent in d. expeditione, & quando delictum esset militare, tamen in Regno Neapolis ex ordinatione Proregum, & hic etiam obseruatur ex similibus ordinationibus, vt omnes tam ciuiles quàm criminales causæ omnium militum tam equestris, quàm pedemestris militiæ, & aliorum, qui regijs stipendijs militant, & quandiu sunt milites cognoscantur à Sp. Auditore generali exercitus (vt tango infra in cap. 7. Regis Martini in 4. requisito extensione 12. tom. 3.) text. est pulcher in l. eam collatores C. de re milit. lib. 12. vbi quòd omnes Duces militum belli sunt subiecti d. magesteriæ potestati, & ibi Bart. (cuius officium in hoc Regno Siciliæ exercet nũc D. Io. Franc. Castillo V. I D. eruditissimus omnibus virtutibus insignitus) ex Vinc. de Franch. decis. 88. sic ait Dominus Carolus de Tapia ad iura Regni Neapolis loco citato num. 45. & 46. limitando † secus esse in illis Capitaneis, siue Ducibus alicuius triremis delinquentibus in terra in crimine raptus, in quo cessat huiusmodi fori priuilegium per l. 1. C. vbi senat. vel clariss. quibus addo Petr. Caball. in eius resolutionibus criminalibus casu 147. vbi ita esse dispositũ per capitula militarium legionum etiam quòd facti essent milites † post commissa delicta, nam si tempore ferendæ sententiæ sunt milites, sententia est participanda cum dicto Auditore generali, præsertim quando condennatio esset arbitraria, vt modo dicam (argum. eorum quæ dixi de clerico infra in cap. 37. Regis Ferdin. limit. 10. tom. 7. (Decian. & alij per ipsum Caball. citati nu. 6. 7. & 8. cum seqq. vbi subdit nu. 13. & seq. fallere nisi per fraudem, & dolum se fecissent milites ad euitandos carceres, impensas, & alia, in quibus benignius cũ militibus agitur, nam tunc secus, & totaliter remanerent sub iurisdictione Iudicis secularis, & maxime quando pœna, dequa veniret condennatio facienda, esset ordinaria, & non arbitraria, nam tunc nullum subsequens † priuilegium, nec mutatio status consideratur sed secundum prius fit condennatio Io. Bapt. Rosell. conf. 34. int. consil. crim. diuers. tom. 2. Caball. nu. 15. 16. 17. & 18. cum seq. Bart. Salycet. Alex. Socci. Castrens. & Carpan. in constit. Mediolani per eum citati, præsertim quando dicti milites

milites † essent dimissi à militia ob aliquam ignominiam, nam tunc, vltra quòd sunt infames, nec possunt consequi dignitatem l. milites vbi Bart. C. de re milit. libr. 12. amittant consequenter forum ex supradictis. Marius M.

Cap. CVI.

Volumus insuper quòd liceat eisdem militibus habere vltra prædicta tria guarnimenta, syrcotum vnum sine manicis, cum quo comedant, & morentur in domibus, quandiu ibi steterint: sed eo extra domos aliquatenus non vtantur sub pæna amissionis eiusdem syrcoti.

Item quòd liceat eisdem Comitibus, Magnatibus, & Baronibus & militibus, & alijs habere robam vnam aptam ad equitandum, seu causa equitandi extra terram, nec non & cappam vnam cum cappuccio, & caligas de scarlato, quibus possint vti in terra, & extra terram.

Item quòd liceat illis, quos ex prænominatis nostris extra Siciliam ad faciendum aliquam legationem aliquando miserimus, indui se de nouo, etiam si illo anno bis induerint se, seruato tamē pretio panni, & ordinatione de infoderaturis vt supra.

Item quòd omnes alij milites, Barones familiares, & stipendiarij, qui milites non sint, exceptis filijs Baronum, & Magnatuum, tamen non audeant induere de panno valente vltra tarenos 13. per cannam sub pæna vnciarum decem: filijs tamen Doctorum, Comitum, & Magnatuum liceat induere se de pāno valoris taren. 16. vt supra.

Item quòd familiares Comitum, Magnatuum, Baronum, & militum possint indui ad libitum dominorum suorum, dummodo pretium cuiuslibet cannæ panni, quo eos induerint, tarenos 15. non excedat, sub pæna vnciarum decē à domino exigenda, & amissionis robæ ipsius.

Item quòd non liceat Comitibus, Baronibus, Magnatibus, militibus, scutiferis, & stipendiarijs facere conuiuia extra terram, in qua habitant, & morantur, quorum expensæ transcendant in tertia parte eorum quotidianas expensas sub pæna vnciarum viginti à Comitibus, Magnatibus, Baronibus, vnciarum sex, militibus, vnciarum quatuor, stipendiarijs, & scutiferis exigenda.

Item quòd nullus Comes, Magnas, Baro, vel miles, seu alius audeat tenere in comitiua sua aliquem stipendiarium Curiæ, vel habentem à Curia terram, vel prouisionem, quæ transcendat vncias sex per annum, nec ipsi audeant morari cum eis, sub pæna vnciarum viginti à tenente, & amissionis terræ, vel prouisionis, per

moran

morantem huiusmodi perferentes: habentes autem terram, vel prouisionem vnciarum sex vel infra, possint morari, & esse in comitiua Comitum, & Magnatuum, Baronum, vel militum, & ipsi possint tenere eosdem.

Item quòd nullus Comes, Magnas, nec miles, vel Baro, seu alius prouisionem habens à Curia, audeat dare familiaria indumenta, vel quotidianum esum, siue annonam stipendiarijs, & familiaribus nostris, vel habentibus terram, vel prouisionem à Curia, à prædictis vncijs sex supra, nec ipsi audeat recipere ab ipsis, sub pœna prædicta. Licere tamen volumus ipsis quòd possint dare eisdem stipendiarijs terram, iocalia, equos, & similia. Nam Dominus Rex nō reciperet incompotum seruitij debiti Curiæ per illum, ex prædictis Magnatibus, Comitibus, Baronibus, & alijs prouisionem habentibus, pro Comitatu, Baronijs, feudo, & prouisione sua per huiusmodi stipendiarios, & familiares, ac habentes huiusmodi terras, & prouisiones, à prædictis vncijs duodecim supra secum ducere ad præstandum seruitium debitum per eundem.

Item quòd Comites, Magnates, Barones, & milites possint habere pro buchuruando, seu tenendo arma, duo guarnimenta, videlicet tunicam incordatam de scarlato, & mantellum, qui sit de panno valoris tarenorum auri decem, & octo pro canna tantum, & adeo infra, quo guarnimenta ipsa possint esse infrisata frisis de aureo, & mantellum infoderatum cyndato cum cappellis de auro, vel seta ad libitum. Alij vero, qui non sunt milites, possint habere eadem causa similia guarnimenta duo, scilicet tunicam incordatam, & mantellum de panno tantum prædicti prætij valoris tarenorum tresdecim: sint tamen mantelli ipsi infoderati cyndato cum capellis de seta.

De his vide supra in cap. 89. vbi est materia militum in fine, non enim sunt vtilia.

De vxoribus Comitum, militum, & aliorum Curialium. Cap. CVII.

QVòd vxores Comitum, Magnatuum, militum, & aliorum curialium, non possint indui panno, cuius pretium transcendat tarenos 25. sub pœna arbitraria ab vncijs viginti infra, secundum conditionem personæ, & quòd possint indui bis in anno ad plus, & habere duo guarnimenta, & non vltra, de quolibet indumentorum, absque vayris tamen, quos portare non audeant, nisi in matello sub eadem pœna.

Item

Item quòd vxores aliorum nostrorum habentium terram, & prouisionem à Curia non audeant se induere panno, cuius pretium transcendat tarenos 18 per cannam, & liceat eis habere tantum duo guarnimenta ad plus, & semel in anno possint de nouo indui, sub pæna vnciarum sex.

Item quòd prædicti Comites, Magnates, Barones, milites, & vxores eorum possint habere in æstate guarnimentum vnum de serico, sub eo farsetum, vel dublectum ac iuppam de serico, prout voluerint; possint etiam habere mantellum vnum de serico, & liceat in huiusmodi mantello posse ferri coxellos de auro filato, vel seta absque pernis.

Item quòd milites, cum assumunt honorem militiæ, & vxores eorum cum nubunt, possint indui panno quocumq; voluerint, & infoderare indumenta de varijs, ita quòd non induant indumenta huiusmodi, quæ dictam ordinationem excesserint, nisi per primum annum tantum.

Tanquam ea, quæ sunt minus vtilia, nil scribo hic, sed vide supra in cap. 89. in fine.

CONSTITVTIONES FACTÆ IN CASTRO IOANNIS PER REGEM FEDERICVM.

De receptione bannitorum. Cap. CVIII.

CVrātes vt Regnum Siciliæ quietum, pacatumque regamus, quod non de facili obtinebimus, nisi fautores, & receptatores delinquentium, sine quibus diutius malefici latere non possunt, acriter puniamus, præsenti constitutione sancimus, vt nullus Regni nostri nobilium, siue sit Comes, Baro, miles, burgensis, vel quicumque alius, bannitum, vel foriudicatum à quibuscumque offitialibus nostris, in castris, terris, massarijs, domibus, vel locis alijs receptare, vel occultare audeat, vel præsumat, nec occultatos, vel receptatos deinceps detineat. Transgressores vero præsentis laudabilis sanctionis infrascriptis pænis sine venia feriantur. Comes videlicet, vel baro magnus, si contrafecerit, in vncijs auri centum ipso facto mulctetur. Cæteri vero in vncijs

quinquaginta, fiscalibus commodis applicandis; ad quarum exactiones sine accusatore ex officio iudicis procedatur, cum genus receptantiũ delinquẽtes à sacratissimis legibus pessimum reputetur. Iubentes nostris officialibus, quamcumque à nobis iurisdictionem exerceant, quòd si in exactione pænarum huiusmodi occasione aliqua fuerint tepidi, vel remissi, tantumdem ærario Magnæ nostræ Curiæ persoluere teneantur, pænis alijs in eos infligendis suo loco, & tempore reseruatis.

SVMMARIVM.

Sceleratos, & scelera extirpare optima res est nu. 1. cum seq.

Banniti nõ possent diu viuere sine receptatoribus, & fautoribus, nu. 2 cũ pluribus seq amplia vsque ad nu. 85. limita à nu. 83. vsque ad nu. 97.

Hæretici non diu viuerent si non haberent receptatores, ibid.

Banniti illi dicuntur, quorum contumaciavere cognita fuit à Iudice, n. 3. cũ seq.

Sententiæ lata contra contumaces quomodo pronuntientur, nu. 4.

Iudex si errauit in ferendo sententiam, vt puta quia credebat diem feriatum, cum non esset, quid fiet, ibid.

Bannitus multa incommoda incurrit, nu. 5. 6. 17. 20. 21. 22. 23. 24 25 26. 27.

Bannitus nõ excludit feminã stãte statuto, quòd masculus excludat feminã, ibid.

Bãnitus diu aliquis est, nõ potest capi possessio infra annum de feudo, nec de alijs stabilibus, & quando nu. 6. cum seq.

Bannitus æquiparatur relegato, ibid.

Relegatus non est insuccessibilis, sicut deportatus, ibid.

Banniti solet fieri per fiscum quædam annotatio bonorum, & si infra duos menses nõ se præsentat cõfiscatur tertia pars bonorum nu. 7. etiam mobilium num. 9. etiam de fructibus feudi num. 8. & quid si nil habeat in bonis nu. 12. vel essent apposita bona non ponenda nu. 13 & quid si venerit post annum, nu. 15. & quid in Barone bannito nu. 17. 18.

Confiscari potest feudum feudatarij banniti quoad fructus, nu. 8.

Bannitus si perseuerat per bimestre non se præsentando, Fiscus lucrifacit tertiam partem bonorum mobilium, num. 9. & quid in iudice bannito nu. seq.

Bannitus Iudex si perseuerat per duos menses amittit iudicatum, nu. 10.

Fructus pendentes sunt pars fundi, nu. 11.

Bannitus si nil habet in bonis, fit descriptio apud acta quòd nil habet in bonis, n. 12.

Banniti si fiat inuẽtariũ, vel repertoriũ, & ponerẽtur bona non ponenda nũquã trãsit in rem iudicatã veluti erroneũ, n. 13.

Bannitus tamquam fictus contumax potest appellare, nu. 14.

Bannum dicitur muta, & ficta contumacia, ibid.

Bannitus si præsentauit se post annum, eius bona confiscantur, nu. 15 16.

Feudum amittitur si vassallus citatus per dominum perseuerauit per annum in contumacia, nu 16.

Bannitus si est baro vel feudatarius, & non comparet infra bimestre si habet vassallos, solet per Curiam apponi Gubernator in feudo vel baronia, nu. 17. 18.

Bannitus non potest administrare, ibid.

Baronia non potest gubernari per baronem bannitum, nu. 18.

Bannitis omnia bona adempta sunt, & sunt ab eorũ creditoribus liberati, n. 19.

Debitor spoliatus de omnibus suis bonis, an sit liberatus ab eius creditoribus, ibid.

Banniti non possunt exercere officium iurisdictionis, nisi se præsentent infra annum, num. 20.

Banniti fiunt infames infamia facti, n. 21.

Banniti non possunt opponere exceptionem compensationis, & quomodo, nu. 22.

Excommunicatus quomodo possit opponere exceptionem compensationis, ibid.

Solutio habetur pro facta quando opponitur, non soluo tibi, quia tu mihi non soluis, ibid.

Bannitus nil potest possidere, & habetur pro mortuo; & amittit iura ciuilia, & statutaria, nu. 23. 24.

Bannitus perpetuo perdit ius agnationis, & filiationis, non ipsam agnationem nec filiationem, nu. 24.

Bãnito denegãtur alimẽta, & victus, n. 25.

Banniti

Bannitos capientes offitiales an consequi possunt præmium vel talliam, num. 53. cum seq.

Consiliarij debent sequi Curiam, & Proregem ex necessitate offitij, nu. 54.

Bannitos capientes si detur præmium, an consequi illud possit ipsemet bannitus præsentans se, nu. 55.

Banniti si essent transportati per patronos nauium, & triremium, vel nauigij quomodo puniantur patroni, nu 56. 57.

Præsidi bono sicut conuenit purgare prouinciam malis hominibus per terram, sit & per mare, nu. 57.

Banniti non possunt se defendere aduersus aggressores nu. 58. cum seq.

Defendens eum qui iniuriam patitur, non peccat, num. 59.

Iniuriam licet non sit inferenda, depellenda tamen est, & qui eam prohibere potest, & non prohibuit eam committere videtur, ibid.

Amicitiæ effectus sunt depellere iniurias, ibidem.

Bannitos associantes, & cum eis stantes per spacium decem dierum scienter quomodo puniantur, nu. 60.

Fiscus potest principaliter agere contra commorantes cum bannitis scienter per decem dies, ibid.

Banniti si aliquos captiuarent, & illi captiuati se componerent, an dicantur dare fauorem, nu. 61.

Rebelles foriudicati, & famosi latrones expellendi sunt, nu. 62. cum seq.

Banniti latrones famosi, & foriudicati ad hoc vt extirpentur possunt consanguinei eorum disterrari, nu. 63. cum plurib. seq.

Disterrari quomodo possint parentes bannitorum. & quando ibid. & quando non num. 68.

Rebellium vxores si prohibeantur per statutum stare in ciuitate, non intelligitur de viduis nu. 64.

Bannitorum consanguinei possunt cogi per superiorem præstare cautionem de non offendendo personas, & bona infestati, num 65.

Bannitorum consanguinei possunt constringi per bannum, vel decretum, vt teneantur dare eos in manibus Curiæ, & præstare ne banniti ingrediantur Ciuitatem, nec territorium, nu. 66.

Iudicibus licet quandoque propter terribiles casus leges transgredi, nu. 67.

Disterrari iussus non tenetur pergere ad disterrum si superuenisset aliud mandatum superioris, nu. 68. & seq.

Scholaris iurans non exire districtum ante solutionem sine licentia, si fuit vocatus à patre in patriam excusatur, ibid.

Clericus reuocatus in patriam ab Episcopo ob residentiam si recessit non soluens esto quod promisisset, excusatur, ibid.

Soluere promittens tali tempore, si non soluit, excusatur ab omni pœna, si superuenisset mandatum superioris, nu. 69.

Bannitos tenentur capere Capitanei locorũ, & statim habita notitia astringũtur exire in campis, & ibi morari, & quanto tempore, nu 70.

Banniti si in campis componerent maxime personas ecclesiasticas capiendo calices &c. grauiter puniuntur, nu. 71.

Banniti si aliquos captiuant in campis, qui soluerunt partem pro alijs, an repetant, ibid.

Banniti an possint per aduocatos defendi num. 72. 73.

Bannitus doctor si mihi dedit consilium an sim excusatus, nu. 73.

Bannitis non prodest pax facta cum eis, sed possunt offendi, nu 74.

Pax si est facta cum aliquo, qui postea fit bannitus an teneat, ibid.

Banniti non possunt contrahere etiam per procuratorem, nu. 75.

Procurator dicitur persona ficta, quæ cum vera æquiparatur, ibid.

Banniti in vno territorio vel ciuitate habentur pro bannitis in alia, & quid si non esset subdita bannienti, nu. 76.

Bannitus in vno loco potest in alio stare non subdito bannienti, ibid.

Bannitus an intelligatur ipso facto, vel per sententiam, num 77.

Ipso iure, & ipso facto, dictio, requirit sententiam, ibid.

Bannitos receptantes possunt puniri & datur actio contra eorum receptantium hæredes, num. 78.

Bannitum foriudicatum occidens etiam proditorie, & capiens vestimenta non punitur nec peccat, & quomodo, n. 79.

Bannitus non potest receptare conbannitum, nu. 80.

Hæreticus non potest receptare cohæreticum, ibid.

Banniti vt expugentur potest fieri inter respublicas conuentio, vt nulabi receptantur, sed potius tradantur, nu. 81.

Bannum potest etiam promulgari, & tenet de non receptando delinquentes etiam non bannitos, nu. 82.

Bannitos receptans intelligitur scienter vt puniatur, num. 83.

Hæreticum receptans intelligitur scienter

tur

tre ad hoc vt puniatur, ibid.
Bannitus potest se ipsum receptare, nu. 84.
Bannitus se ipsum accidens non excusatur quoad legum, & constitutionum pœnas, ibid.
Bannitus pater potest per filium receptari, & econtra, & an puniatur pœna arbitraria, nu. 85.
Statuta sunt stricti iuris, & dispositia de simplicibus nō continent mixta, ibid.
Bannitos receptans per vim, ac violentiam non punitur, nu. 86. 88. 89. & an se liceat componere, & nu. 87.
Banniti si componerent aliquem captiuatum, an liceat dicto captiuato se componere, ibid.
Violentiam per coactam faciens actum excusatur, ibid. d. nu. 88.
Banniti si faciūt violentiā tabernarijs, hospitibus, cauponis &c illi excusantur, n. 89.
Bannitum maritum receptans vxor, & alimentans & econtra excusatur, n. 90.
Rebelle cum viro an possit vxor impune habitare & dare alimenta, ibid.
Banniti an possint commorari in exercitu militari impune, nu. 91.
Banniti non tenentur ire ad exercitum regulariter veluti hostes patriæ, ibid.
Banniti an possint micti pro ambasciatoribus, & non offendi interim durante banno, nu. 92.
Bannitum fratrem non potest alius frater impune occidere, nu. 93.
Bannitum consanguineum receptans, dummodo non sit rebellis, mitius punitur, & quid de parentibus spiritualibus, & valde amicis, ibid.
Bannitus communiter tolleratus in loco nō habetur pro bannito, & videtur cum eo dispensatum, & per quem, & quomodo, nu. 94. & an valeat tollerantia per officiales, nu. 95.
Principis est restituere bannitos, & condemnatos & eos tollerare nu. 95.
Gratias facere de delictis ad principem spectat, ibid.
Bannitam feminam an posit impune quis receptare, nec potest occidi, nu. 96.
Bannitis conuersantes debent reuelari sub pœna, & intelligitur de plena conuersatione, nu. 97.
Stupratores non possunt appellare, & quid in eorum adiutoribus, & auxiliatoribus, nu. 98. & seq.
Socij criminis confesso in se, & in alijs an credatur, & quando, nu. 99 cum seq.
Socius confessus, & interrogatus non potest regulariter de alio interrogari, nisi in caput suum, ibid.
Tortura quomodo possit dari in caput alienum, ibid.
Socij criminis confitentes, & alios nominantes non plenè probant maxime contra vocatos bonæ famæ, nisi in immanitate delicti, & quid quando se retractant, num. 100. & seq.
Socij criminis latrones tres confitentes, & alios vocantes plenè probant, n. 101.



IN effectu ad aliud, Rex noster nō respicit, nisi quietum, & tranquillū Reipub. statum curare, expellēdo bannitos, & puniendo eorum fautores, ac receptatores, prout in const. ir. Regni (quæ incipit eodem modo prout præsens nostrum capit.) curantes, quæ constit. approbata est in totum per capit. 371. & 421. infra Regis Alph. Tom. 5 & similem textum fecit Rex Petrus infra eod. post cap. 111. ipsius Petri, & videbimus in progressu materiæ quàm breuiuius potero, nam reliqua alibi suo loco ponam; vnde dicebat Seneca in prouer-
1 bijs † quòd res optima est, non scelestos extirpare, sed scelera cap. prodest, 23. q. 5. cap. 2. in fine de offic. delega. in 6. iurantū vt velint ab omnibus extrinsecè odio prosequi, etenim tales bāniti nō pos
2 sent diu viuere † nec permanere sine his receptatoribus complicibus fautoribus, ac ministris, vt subdā inferius (arg hæreticorum, ac patarenorum, qui sine receptatoribus diu viuere non valent vt dixi supra in cap. 52. Regis Iacobi in 3. exclusione versic. ampliare possumus tom. 1. Marquard. de Iudæis part. 3. c. 2. Carrer. in tit. de hæretic. nu. 89. & 91. Oldra. Cardinal. Decian. Campeg. Ioann. Andr. & alij citati per Io. Petr. Surd. cons. 498. num. 22. libr. 4. & sentij supra eod. in cap. 59. in 4. & vlt. dicto; vers. amplia, & possent puniri esto quòd receptantes essent cohæretici, vt dicam infra ampl. 21.) de qua receptatione est etiam cognitum in iure in l. mettodorum, & ibi apostill. ff. de pœnis cumulat multa Bosell. ad Statuta Parmæ tit. de bannit. imp. offend. fol. 188. & seq. Bart. in l. 1. §. quod autem ff. de seruo corrupt. Sim. de Pretis, cons. 81.
3 Et bānitos eos intelligimus † qui propter eorū contumaciā fuisset per iudicē ipsorū contumaciā verè cognitā habētē, sic pronunciatum, quia si aliàs v. g. iudici non fuisset nota, esto quòd in veritate

essent

essent contumaces, non valebit senten-
tia banni, arg. eorum, quæ posui infra in
cap. 44. Regis Catholici Ferdinandi sub
versic. subauditur hoc capitulũ, tom. 7. ra-
92 terentur ambaſciatores † quia eſto quod eſſent banniti à loco, ad quem mittuntur, tamen ibi offendi non poſſunt ſic dixi infra in cap. 17. Regis Martini verſic. amplia tom. 3. vbi eſt materia ambaſciatorum, ex Petr. Caball. in eius reſolutionib. criminalib. caſu 150. vbi ait ſe alibi non legiſſe per §. reuerendiſsimi Auth. de ſanctiſs. Epiſc. & ibi Angel. de Peruſio num. 29. ea ratione quod ſicuti durante legatione non poſſunt moleſtari pro debitis quibuſcumq; ſic nec retineri neq; capi pro banno, cum valeat, ſubdit ipſe, argumentum à banno ad debitum, parcat mihi Caballus, qui male ſentit in hoc propoſito, ex quo poſſent multę fraudes oriri ad euitandum bannimenta, & dictus §. per eum allegatus loquitur in alijs terminis, & nego valere argumentum de debitis ad banna, reſolutio ipſius poteſt eſſe vera in caſu quo loquitur, nempe quòd bannitus ab vno territorio, poteſt commorari in alio non ſubdito bannienti vt tetigi ſupra ampl. 17. non quod ibi diſcedat, & pergat ad locum à quo bannitus fuit, & propterea in hoc cap. eſt poſita illa dictio quibuſcumque, vt tollatur omnis dubitatio.

Octauo limito quod licet ex forma
93 ſtatuti poſsit occidi † bannitus impunè, non habet locum in fratre, cui non permittitur fratrem necare, quamuis bannitum, Nell. in tract. bannit. part. 3. 2. temp. quæſt. 53. Dyn. Marſil. & alij per Surd. d. conſ. 33. num. 9. & 10. lib. 1. licet poſtea num. 19. ſe inuoluat, & propterea dicunt DD. quod mitius punitur receptans conſanguineum bannitum, dummodo non ſit rebellis, aut foriudicatus ex dictis ſupra ampl. 14. vt ait Tiraquell. in tract. de pœnis cauſa 20 & quid de parentibus ſpiritualibus vide eundem cauſ. 1. Noſtrates hic ex Affl. in conſtit. Patà renorum, Riminal. conſ. 28. nu. 21. Simon de Pret. d. conſ. 50. nu. 7. Armin. ad Angel. de malefic. & alijs, & iddem de amico, nam punitur, etiam maxime amicitia coniuncto.

Nono limito ſecus eſſe in eo bannito,
94 qui communiter eſt tolleratus in loco † quia tunc talis tollerantia inducit diſpenſationem volunt Noſtrates hic poſt Dec. Riminald. Simon. de Pret. Arnon & alios vide poſt Felin. Ang. Marſil. Berou. & multos Surd. conſ. 174. nu. 9. vol. 2. Promotor meus ſing. 243. quia is talis non habetur pro bannito Salicet. Anan. Alex. Felin. Iaſ. Ruyn. Marſil. Arnon. Boſſ. Bero. Crou. Carr. Bec. Cephal. de quib. per eundem Surd. d. conſ. 270. num. 5. 6. vol. 2. ſiue per guidaticū, ad gratiam aſſecurationem, ſaluumconductum, vel priuilegium, aut alias, vt dico infra in cap. 14. Regis Ferdin. propè princip. tom. 7. ſubaudiendo de ea tollerantia nō per officiales inferiores, ſed per Princi-
95 pem † cuius, quemadmodum ſolius eſt reſtituere, & gratias facere non ex vi iuſtitiæ l. 1. §. fin. ff. de quæſt. idem Surd. conſ. 299. nu. 4. lib. 2. ſic & tollerare, vt poſt Beroum, & Felin. ſubdit ipſe Surd. nu. 27. (cum ſit hoc de regalijs vt tango infra in cap. 416. Regis Alph. verſic. & quia §. 26. tom. 5.) iam enim tollerando ipſe Princeps, & non alius, diſpenſare videtur Parif. conſ. 89. num. 11. vol. 4. Surd. locis citatis, & iterum conſ. 278. nu. 26. 27. lib. 2. arg. eorum quæ dixi ſupra cap. 26. num. 13. & conſequenter non prodeſt tollerantia officialium, ex quo ſcientia officialium non eſt ſcientia Principis, Alex. conſ. 84. nu. 3. lib. 1. Natt. cōſ. 636. nu. 191. idem Surd. num. 20. ſubaudiendo etiam quoties tollerantia non conſiſtat tantū in ſola patientia, ſed debet concurrere aliquis actus affirmatiuus v. g. ſi Princeps vtatur dicto bannito in aliquo officio, & ſimiliter, Surd. nu. 28. ſubaudiendo etiam quoties tollerantia eſſet longa, & diutina non autem breuis aliquorum menſium Parif. conſ. 37. nu. 8. Surd. nu. 21. quæ ſubauditiones procedunt quoad officiales, & quo ad ipſum bannitum, ſecus autem quo ad tertium, quem ſimpliciter excuſat à dolo, vt ibi per eum nu. 22. 23. & 24.

Decimo limito ſecus eſſe in receptante
96 fœminam † bannitam idem Promotor ſingul. 245. qui ſub dubio loquitur, Dec. in l. 2. num. 77. ff. de regul. iur. (niſi ſpecialiter eſſet prouiſum per ſtatuta, & pragmaticas) idem Dec. in l. non debet ff. de regul. iur. & in l. quæ propter ff. eod. & eſt com. opinio quòd occidi non poſſit, vt per Clar. §. homicidium verſic. ſed an ſtante.

Vndecimo limito vt pœna appoſita
97 † contra non reuelantes conuerſantes cum bannitis intelligatur in eo qui habet plenam notitiam de conuerſatione,

Soccin.

Soccin. Iun. conf. 54. sub nu. 20. lib. 3.
Profinali autem materia huiusmodi receptantium, auxilium præstantium, & similium coadiutorum, volo ponere quoddam, quod videtur prima facie derogatorium ad ea, quæ hucusque diximus, & est materia adiutorum ad stu-
98 prum, nam licet stupratores † non appellent, tamen dicit Azo in summa quor. appellat. hoc non procedit in adiutoribus, quia appellant, & consequenter non video eandem pœnam impositam, & ita ait Andr. de Ysern. in constit. capitalem de violent. mulier. illat. & in tit. quæ sint regal. in verbo contrahentium incestas nuptias nu. 10. Carrer. in sua pract. §. homicidium nu. 95. vbi quamplures allegat. idem Ysern. in constit. si quis rapere de raptor. & violent. Resolutio tamen est quòd loquitur de meris associatoribus, ministris, siue conscijs, quia isti minus puniuntur, non autem de vero associante, qui punitur eadem pœna tam in persona quàm in bonis, & in eo par pœna includatur; nec est dubium quòd plus delinquit adiutor, & associans, quàm ille, qui tantum fuit minister in actu, faciunt quæ tetigi de socijs criminis supra in cap. 18. Regis Iacobi num. 24. & seq. tom. 1. quibus addo Ysern in constit. si danna tit. de homicid. col. 53. vbi quòd
99 licet non † credatur socio confesso in se, & alijs, nisi in casibus, attamen in quibuscumque casibus interrogetur, non potest interrogari, nisi ad aliqualem præsumptionem, sicquè debet præcedere præsumptio, quia regulariter non potest interrogari de alio confessus in caput suum l. recepti cum similib. citatis per ipsum Ysern. in d. const. si danna tit. de homic. vbi infert in vers. si centū quòd si v g. centum testes essent producti contra Titium, qui fecit homicidium cum Caio, non præiudicat hoc Caio, nec confessio titij, beneuerum quòd hæc præsumptio qualis qualis est, & sic non sufficit hoc, etenim
100 multoties isti socij † confitentes, & vocantes alios, faciunt credentes se inde adiuuare l. fin. ff. de accusat. vnde non habentur pro exploratis facinorosis vt ait ipse Ysern. versic. & in his, & ideo multoties euenit, dicit ipse, quòd tales vocantes retractant vocationem, vnde aduertit Iudices, vt ponat reos sub custodia, & cum nemine loquantur, & videant conditionem facti, & attendant ad hoc, vt ibi pulchrè per eum, quia multoties retractant procurante aliquo mediatore, sed oportet vt inquiratur de fama vocati, & conditione socij vocantis, nec mouebitur Iudex ex sola vocatione ipsius, nisi in casibus propter immanitatem delicti, vnde quoties vocatus est bonæ famæ, nihil operabitur vocantis confessio vel nisi essent plures confitentes nam tūc satis videtur probatum delictum, vnde Rex Carolus I. statuit, vt confessiones trium latronum confitentium de aliquo
101 † sint plenæ probationes (faciunt dicta superius ampl. 7.) dummodo vnus nesciuerit de alijs confitentibus, vt ibi per Ysern. intantum vt his casibus, scilicet ex vocatione socij cum qualitatibus tamen supradictis, possit etiam sine accusatore procedi, cum sit delictum publicum ex adductis per eum, sit finis huic commento ad laudem Beati Thomæ de Aquino. M. Muta.

De non deferendis armis occultis. Cap. CIX.

Regiæ Maiestati salubre debet esse propositum, non solum puniendi maleficia iam commissa, sed in committendis eisdem viam, & materiam præcludendi, cum satis sit melius obuiare principijs delictorum, quàm post perpetrata crimina legum seueritatibus vindicare. Videntes igitur ab experto quosdam fideles nostros, morem nouum, & alienigenum vsurpantes, pancerias, seu coyratias de maleis, vel arma priuatim, vel occultè deferre sub eorum coccardica, vel indumento alio, sic alij à Siculis apparentes; proposuimus, & deliberatè decreuimus huiusmodi occultam apportationem armorum in Regno nostro Siciliæ

penitus abolere, cum multa homicidia, multæquè violentiæ iuuenili, leuiquè motu ex huiusmodi genere delationis armorum, cum alijs offensilibus armis, quæ secum portant, possent de facili euenire. Et volentes tanto periculo, tantoque facinori obuiare, præsentis constitutionis edicto sancimus vt nullus in Regno nostro fidelis, vel aduena prædicta arma, occulta, seu secreta, modo, & forma prædictis deferre præsumat, cum tam arma defensoria, quam offensoria palam deferre guerrarum tempore vnicuique sufficiat contra hostes. Contra præsentem constitutionem nostri culminis venire tentantes, infrascriptis pænis ipso iure decreuimus esse damnatos, videlicet, si Comes fuerit, vel Baro magnus, vncias auri quinquaginta, si minor, vel miles simplex, vncias vigintiquinque, si burgensis, vncias decem Fisco nostro componat. Quorum portationis armorum probationem in iudicijs iudicamus prima facie esse perfectam, & plusquam solita grossitudine corporis, seu personæ, vel alijs perspicuis indicijs, vel verisimilibus præsumptionibus, cum id aliter decenter probari non possit, nisi per partem incontinenti contrarium probaretur. Si vero de prædictorum armorum portatione aliquem denunciari contigerit, vel etiam accusari, tunc probatio legitima requiratur, prout in alijs armorum portationibus obseruatur, deferendi, denuntiandi, vel etiam accusandi, quantumcumque suam, vel suorum iniuriam minimè persequatur, vnicuiquè licentia sit concessa delatoribus, denuntiatoribus, vel accusatoribus prædictorum, si probauerint quod intentauerit, quarta pars pænæ, in qua dicti accusati, delati, seu denunciati inciderint, acquiratur, constitutionibus domini proaui nostri Illussimi Imperatoris Federici diuæ memoriæ, atquè diui patris nostri olim editis super prohibita portatione armorum in omnibus alijs suis capitulis in suo robore permanentibus.

Vide supra cod. remissiuè in cap 16. in quo tracto materiam portationis armorum, & apportaui similes contextus in diuersis huius Regni capitulis sparsos.

De iure releuij. Cap. CX.

EOrum fraudibus obuiantes, qui iura releuij pro Comitatibus Baronijs, & feudis alijs ab antiquis constitutionibus nobis debiti per simulatos contractus euitare nituntur, & cupientes in posterum ne eorum machinationibus nostræ Curiæ dannum aliquod irrogetur, perpetuo edicto sancimus, & consultè decernimus,

terminus, quòd si Comites, Barones, & alij feudatarij, Comitatus, Baronias, & feuda in capite tenentes à Curia, donationis titulo inter viuos, vel causa mortis, seu diuisionis causa ipsa in filios, vel in alios eis ab intestato successuros, alienauerint, si quis pleno iure sit adeptus possessionem ipsorum ex causis prædictis, ius releuij Curiæ nostræ debitum incontinenti soluere teneatur, non expectata morte donantis, vel diuidentis. Si vero de prædictis rebus feudalibus retento vsufructu alienatio processerit, consolidato cum proprietate per mortem, vel alio modo, ius prædicti releuij per eos, in quos prædicta feudalia præscriptis titulis translata fuerint, nostris fiscalibus commodis applicetur. In alijs vero contractibus onerosis, videlicet, dotis, venditionis, permutationis, & alijs, tunc demum præsens constitutio locum habeat, si quomodo constiterit in fraudem nostræ Curiæ fore factas. Constitutionem memorati proaui nostri diuæ memoriæ ex certa sententia in supradictis casibus ampliantes, & alijs constitutionibus tam nostris, quam Serenissimi Patris nostri diuæ memoriæ, & carissimi fratris nostri huic contrarijs minimè obstaturis.

S V M M A R I V M.

Decima ex feudorum alienationibus, alio nomine vocatur introitus vel intratura, num. 1.

Decima, & releuium iddem sunt nu. 2.

Decima, & releuium dantur pro assecuranda possessione feudi, nu. 3.

Releuium, idest, Laudimium, nu. 4.

Laudimium dicitur à laudando, & approbando alienationem à domino ibid.

Alius, alia, aliud, dictio implicat esse eiusdem qualitatis, nu 5. fallit, nu. 6 & 7.

Decima, nec releuium, debetur ex alienationibus allodialium rerum maxime cū pacto de retrouendendo, nu. 8, & seq. & etiam feudalium, nu. 10.

Gabella, & Laudimium an debeatur ex venditionibus cum pacto de retrouendendo ibid.

Gabella non debetur ex resolutione contractus, & quid lapsis nouem annis, & quid ex destractu siue relaxatione, nu. 9.

Laudimium debetur ex relaxatione contractus, ibid.

Allodialia à nemine, præterquam Deo recognoscuntur, nu. 10. 11.

Allodialium ex concessione facta transfertur plenum dominium, ibid.

Allodium est, quod ad aliquem pleno iure spectat nullo debito laudemio, nu. 11.

Laudemium non debetur ex rebus simpliciter allodialibus.

Allodialis, ac libera omnis res præsumitur nisi probetur contrarium, num. 12. maxime de iure primæuo, nu. 13.

Feudalis dicitur res si pro ea soluitur releuium, vel seruitium, ibid. aliàs non, num. 14.

Feudalia non præsumuntur in dubio, sed iure proprio possideri, nu. 14. amplia nu. 15. 16. 17. 18. 22. 25. 27. cum seq.

Feudalis res, siue concessio non erit si de ea soluitur census sed allodialis, nisi concessio cantet in feudum, nu. 15.

Allodialis dicitur res esto quòd de ea præstetur census, ibid.

Feudalis res, siue concessio non dicetur esto quòd esset deuoluta ad Regem, nu. 16.

Feudalis res, siue concessio nō dicetur quoties in ea sunt apposita verba in vim concessionis feudi, & alia in vim donationis nu. 17. declara, nu. 20.

Concessio in feudum, & in donationem si sit facta, quæ verba præualere debeant, nu. 18. declara nu. 20.

Vsufructuarius alienans vsumfructum pignorans, vel subiugans intelligitur com-

 modditatem

moditatem alienare, & subiugare, n. 19.
Commoditas, idest fructus, ibid.
Subiugatio tenet super vsufructu, ibid.
Concessio feudalis ex quibus casibus possit apparere esse facta, nu. 20.
Francbum allodium, denotat ex omni parte esse liberum, nu. 21.
Feudalis res non præsumitur sed allodialis esto quòd esset reddititia feudo annuatim, nu. 22.
Emphiteutica de re qui soluit censum, si demonstrat non esse amplius emphiteuticam, auditur, nu. 23.
Recognitio si est nuda, & sine causa, est ineffieax, & nihil probat, nu. 24.
Recognitio regulariter inducit probationem, & sufficit pro condemnatione maximè si esset acceptata per aliam partem, ibid.
Feudalis res non præsumitur, sed allodialis, esto quòd testes iurent esse feudalē ex quo soluitur census, & quomodo num. 25. 26.
Feudale est quod percipitur ex pertinentijs feudi, ibid.
Reditus, & census, qui feudo debentur, feudales sunt, nu. 26.
Confines feudi demonstrantur ex lapide assignato, siue plantato, nu. 27. & seq.
Feudale non presumitur quòd est intra fines feudi sed allodiale, num. 28. contrarium nu. 29. cum seq. & nu. 33. 34. 35. 36. limita nu. 37.
Feudale an sit vel allodiale illud, quod est infra fines feudi, & possideretur à tertio, ibid.
Pertinentia feudi an sint feudales si fieret concessio feudi cum iuribus, & pertinentijs, nu. 30. 31. 32.
Feudi concessio cum iuribus, & pertinentijs suis quid operetur, ibid.
Clausula, cum iuribus, & pertinentijs suis facit vt transferatur iurisdictio, & an respiciat futura nu. 31.
Legata domo, vel palatio intelligitur cum domumculis, vel horto emptis ad talem destinationem, nu. 32.
Destinatum habetur pro facto, ibid.
Feudale erit quoties apparet concessio expressa titulo infeudationis, nu. 33.
Feudalis erit pars illa siue maior siue minor, quoties totum demonstratur feudale, nu 34.
Feudi intra fines quod est præsumitur feudale, & vnitas corporis, non diuersa, num. 35.
Feudalia censeri debent quoties vicinia essent feudalia, nu. 36.
Allodialia præsumuntur si vicina prædia essent eodem modo, maximè si ita esset obseruatum, ibid.
Feudum si esset commixtum cum allodio, ita vt discerni non possit, tunc totū corpus reputatur allodium,
Allodialia an & quando bona dicantur vel feudalia, ibid.
Sacerdos putans se consecrare vndecim hostias, quas credebat esse decē, nullam consecrasse dicitur ob incertitudinem, nu. 38.
Pecunia immixta cum alia pecunia, quæ ibi diu stetit, non potest discerni propter incertitudinem, nu. 39.
Rex dicitur supremus omnium dominus nedum quo ad iurisdictionem, sed etiam quoad dominium directum temporalium num. 40.
Sicilia Regnum fuit coquisitum per Comitem Rogerium ab hostibus saracenis, ibidem.
Hierusalem Regnum acquisitum fuit per Rogerium Comitem a manibus Saracenorum, ibid.
Ecclesia Regni Siciliæ nil possidebant circa temporalia ante aduentum Comitis Rogerij, ibid.
Prælati in Regno Siciliæ habent in spiritualibus intentionem fundatam, quid in temporalibus donatis sibi à Regibus vel alijs ibid.
Diœcesis quæ sunt intra fines, præsumuntur esse de iurisdictione Episcopi, & quid quando essent infra fines vtriusque diœcesis, nu. 41 42.
Ecclesia si esset intra fines duarum diœcesum, & Episcopi non conuenirent, possunt per superiorem cogi vt alternis annis eam disponant, ibid.
Iurisdictio præsertim in feudalibus licet non possit diuidi, fallit quoad exercitium, administrationem, & commoditatem, ibid.
Feudalis res ex quibus modis demonstratur, num. 43. cum seq. & num. 48. 49. 50. 51.
Inuestitura constituit feudum num. 44. cum seq.
Inuestitura fiebat per verbum, chyrographum, vel anuli dationem, nu 45. vel per ensem, nu. 46. 47.
Inuestitura vocatur ac si inuestitio, & erat quædam confirmatio, ibid.
Inuestitura an sit abusiua possessio, ibid.
Abusiuum non dicitur habere esse, ibid.
Seruitium militare facit rem esse feudalem, num. 48.
Regis verbum facit rem feudalem, nu. 49.
Parlamenta siue colloquia faciunt res esse feudales, nu. 51.

Deci-

Decima debita ex alienationibus feudorum fuit inducta in reconpensationem licentia, num. 52.

Dummodo, dictio, facit etiam admonitionem, quandoque modum, conditionem, ac limitationem, nu. 53.

Decima non debetur ex alienatione demanialium, ibid.

Notarij tenentur notificare Conseruatori vel Secreto contractus alienationum feudalium sub pœna, nec interim dare copiam nu. 54.

Notarij cuiuslibet creatio debet nomen notificari collectori decimæ, & quare, ibidem.

Feudorum alienationes debent infra tres menses reuelari etiam per feudatarios pro decima, aliàs incurrunt dupplum fisco soluendum nu. 55. vbi quid si contractus fierent extra Regnum.

Dupplum solet applicari partibus ibid.

Notarij probibebantur olim conficere instrumenta de rebus feudalibus absque licentia principis, nu. 56.

Notarij an teneantur reuelare gabellotis alienationes bonorum stabilium vel exhibere prothocolla, nu. 57.

Gabelloti possunt astringere notarios vt exhibeant sibi acta circa alienationes stabilium bonorum, ibid.

Decima habet feudum alienatum obligatum, & potest imponi pro ea onus, & subiugatio, nu. 58.

Decima, vel releuium est medietas fructuum illius anni, num. 59.

Decima debetur ex alienatione feudorum etiam non habentium propriam naturam feudi, nu. 60.

Decima debetur etiam ex alienatione partis vel quotæ feudi, nu. 61.

Decima debet solui etiam circa dispensationem factam quoad disparitatem alienationum in feudis, num. 62.

Decima debetur ab initio quo fuit facta venditio esto quod augeretur precium, num. 63.

Decima debetur etiam ex alienationibus feudorum ex causa voluntaria per primum, & secundum decretum nu. 64. 65.

Gabella debetur ex insolutum datione & de rebus adiudicatis ibid. & permutatis, & transactis, dummodo interuenerit pretium nu. 66.

Decima debetur pro alienatione feudi in solutum dati, præterquam ex restitutione dotis, ibid.

Decima debetur ex omni alienatione permutationis, & transactionis, &c. n. 66.

Decima debetur etiam ob alienationem subfeudorum, nu. 67.

Decima vel releuium debetur de feudo esto quòd illo anno nil perceptum esset, n. 68.

Fructus si vno anno non essent percepti de fundo, an fiat consideratio ad annos sequentes, vel præteritos, ibid.

Decima an debeatur de feudo etiam donato, diuiso &c. nu. 69. 85. 86. 87.

Decima debetur de feudo alienato non obstante numero 12. filiorum, nu. 70.

Filiorum duodecim numerus non excusat à decima solutione, ibid.

Decima non debetur de feudo alienato, de quo non præstatur seruitium, nu. 71.

Decima plures vb debetur, sed vna ex feudi parte vel quota alienata, vel an non æquè dignam, vel vbi adfuerit dispensatio, nu. 72. & seq.

Decima non debetur ex contractu alienationis feudi nulla, nu. 73. cum seq.

Gabella non debetur ex contractu nullo, nu. 74. 75.

Laudimium non debetur ex contractu, vel alienatione nulla, nu. 75.

Decimæ solutio an spectet ad emptorem, vel venditorem feudi, nu. 76. 77. 78. 79. cum seq. & nu. 83. 84.

Laudimia siue quinquagesima per emptorē solent peti eius expensis, nu. 77.

Gabella soluenda est per emptorem, nisi aliter ex pacto sit prouisum, ibid.

Dictio, de, denotat partem ipsius, num. 79. cum seq & causam proximam, & immediatam, nu. 81.

Bannitus de homicidio si non possit rebanniri stante statuto, an habeat locum in mandante, nu. 80. & seq.

Pugno si quis percusserit aliquem qui cecidit in terram, & fregit sibi caput, an sit in pœna statuti dictantis quòd de percussionibus sanguinolentis non possit fieri pax, nu. 82.

Decima debetur ex donatione omnium bonorum, num. 86. vel quando esset facta in fraudem releuij, nu. 87.

Decima an competat pro legato feudo, n. 88.

Decima non debetur de feudo in dotem dato, vel restituto, nu. 89.

Dotis causa, eiusque restitutio an sit voluntaria, vel necessaria, nu. 90. 91. 92.

Debitum voluntarium quomodo, & quando dicatur, nu. 91. 92. & quid in persona hæredis, nu 93.

Necessarius actus quādo dicatur, & quando non, nu. 92.

Adiudicatio facta ex causa necessaria vel voluntaria quando facta dicatur, ibidem.

Debitum necessarium in persona vnius

erit necessarium in persona hæredis, num.93.

Releuium vel adoha si soluta esset per vnum, an eodem anno debeat per aliam personam solui, nu.94.95.

Adoha non debet solui bis in anno, ibid.

Decima potest solui pluries eodem anno toties quoties feudum alienatur, ibid.

Releuium soluitur etiam per filium in feudo succedentem sicut alius succedens, num 95.

Releuium non tenentur soluere fratres secundo geniti, nu.96.

Releuium an debeatur ex noua concessione facta per Regem, nu.97.

Releuium an soluatur per Ecclesias, & prælatos, nu.98.

Releuium non soluitur per vxorem pro dotario, nu.99.

Decima de alienatione feudi est soluenda secundum tenorem instrumenti, non secundum effectum, sed substantiam, nu.100.& seq.

Gabella debet solui secundũ id, quod est in instrumẽto non secundum effectum, ibid.

Statutum si dictat quòd de lite soluatur decima pars probata, attenditur quantitas, non autem id, quod est in sententia, vel qua in effectu debetur, nu.101.

Prouisionis ius debet solui iudicibus de ea quantitate, super qua lis est contestata non qua est in sententia vel probata, ibid.

Principaliter id, quod fit est attendendum, non quod venit in consequentiam, ibidem.

Decima non debetur ex relutionibus feudorum venditorum cum pacto de retrouendendo, nu.102.

Releuium si non est infra tempus solutum an possit fieri compositio cum Fisco, num.103.

Decima si non est soluta super alienatione feudi, an & quomodo possit super ea cadere compositio, ibid.



PVLCHERRIMA est materia, & vtilis, ac quotidiana in Regno, de qua latissimè in discursu decimæ siue releuij, de quibus hic agitur, scripseram infra in cap.87. Regis incliti Ioannis per tot.com.6. quæ hic putaui transportare, & manca est illa rubrica nimis, quia deberet dicere, quòd pro alienationibus feudorum concessorum ad franchum allodium non soluatur ius releuij, nec decima, non autem dicere simpliciter, feudorum vt subdam modo paulo infra, concordat cum capit. 66. eiusdem Regis Ioannis vbi etiam agitur de iure releuij, & supra in cap.55. Regis Mart.tom.3.ac cũ 79. eiusdem Reg. Ioan-
1 nis, quæ decima alio † nomine vocatur introitus, & sic intratura feudi pro introitu militiç (quod verbum licet non sit iuris, tamen est ab vsu, & formæ loquẽdi, quasi quòd releuet, & adiuuet dominum, Yler. in constit. post mortem tit. de morte Baron. lib. 3. vbi Lallus de Thuscia) vel
2 releuium, nam † id, & decima idem sunt, prout colligunt hoc Doctores feudista per text. in l. his verbis, §. item testator ff. de legat. 3. idem Ysernia, Barthol. de Capua, & alij Neapolitani, de quibus testatur Freccia de subfeudis vers. tertia Authoritas nu.11. libr.3. idem Ysern. & Addisio ad eum de feudo guardiæ nu. 7. versic. posset etiam, & in d. constit. post mortem in gloss. in verbo, recepto d. tit. 25 de morte Baron. hunc. Imperatori lib.
3 3. & hæc dantur † pro assignanda possessione vt dicit ibidem gloss. & textus pulcher hic Regis nostri Federici, & subdam infra nu.48. sicut etiam dictum releuium
4 dicitur laudimium † à laudando, & approbando alienationem à Domino l. fin. C. de iur. emphit. & imperialem §. præterea Yser. in d. constit. post mortem, Socc. Iun. cõs. 70. lib.3. Dominus meus Hieronimus de Neapoli tunc Præses C. S. R. C. in quadam allegat. pro Vernagallis contra Episcopum Pactensem: & quod sit, vt dixi in dicta illa rubr. cap.67. Regis Ioannis patet ex illis verbis ibidem positis, ibi, aliarum rerum concessarum ad franchum
5 allodium, eo quia dictio † aliarum, implicat esse eiusdem qualitatis, saltem in genere, vt meminisse posuisse supra in cap. 58. Regis Iacobi in 1. notab. versic. præhabitus nu. 33 tom. 1. Boniorum supra cod. in cap. 73. vbi etiam tetigi per gloss. in l. si fugitiui cum similibus C. de seru. fug. & per l. fin. §. cui dulcia ff. de vin. tritic. oleoq. legat. & per ea, quæ scripsi ad consuet. Panor. cap. 28. nu. 3. & cap. 30. nu. 7. vbi subdidi in d. cap. 28. quod alias da-
6 tur casus † in quo non implicat, sed impropriatur, vt ibidem dixi, ex Ioanne cap. 18. ibi, crucifixerunt, & alios duos latrones, & modo addo Speculat. in tit. de spons. in princ. Alberic. de Rosat. in l. non solum §. quæritur ff. de procur. gloss. in Auth. ex testamento C. de Collation. & per Afflict. decis. 244. nu. 4. sicut etiam
7 quandoque etiam fallat † nempè quando

do adijceretur dictioni vniuersali ex his, quæ tradit Couarr. pract. quæst. cap. 35. nu. 3. Caualc. decis. 12. num. 13. & seq. part. 3.

Dicit igitur in summa, & sentit hoc
8 cap. quod si alienantur merè † & simpliciter allodialia, vel burgensatica, nō soluitur releuiū, nec decima, maximè quādo essent alienata dicta burgensatica cū pacto de retrouendendo, quia non soluitur ius decimæ, & tareni, sic videbimus in cap. 438. Regis Alph. tom. 5. & tango infra in ca. 214. Regis Caroli ampliat. 7. tom 8. arg. Laudimij, de quo scripsi in commentar. consuet. Panor. cap. 26. in 4. requisito q. 124. vbi habes an & quādo debeatur ex venditione facta cum pacto de retrouen-
9 dendo, item arg. gabellæ † quæ de venditionibus factis cum pacto de retrouendendo non competit, vt subdam inferius nu. 101. sicut nec de resolutione contractus nō debetur Bart. in l. ab emptione nu. 12. ff. de pactis, Fabian. de Mont. in tract. de empr. & vendit. q. 8. principalin. 6. Surdus decis. 321. etsi ex capitulis, & pandectis Regiæ Dohanæ, si est elapsū nouēniū debeatur ipsa gabella, & ob id dixi ex resolutione, quia ex distractu, siue renūciatione, ac relaxatione debetur, sicut Laudimium, vt posuit Tiraq. de de retr. §. 1. gloss. 2. num. 42. & male videtur iudicio meo sentijsse Rhodoan. in tract. de reb. eccles. non alien. quæst. 66. num. 21. Ratio
10 potest esse, eo quia allodialia à nemine † præterquam à solo Deo recognoscuntur, vt posui aliqua in consuet. Panormi cap. 32. num. 10. vbi de illo cap. 67. Regis Ioannis mentionem facio, cap. 1. §. & ad hoc, & §. seq. de pac. iur. firm. facta enim concessione in allodium, siue burgensaticum, translatum est plenum dominium in concessionariū Alberic. in l. si familiæ C. famil. hercisc. latè Soccin. Iun. consil. 75. col. 1. lib. 1. Alciat. in 1. Parerg. cap. 45. qui dicit quòd
11 allodium † est, quod ad aliquem pleno iure spectat, nullumque laudemiū præstat, Vinc. de Franch decis. 331. Siluester nu. 10. cap. 2. & 3. si de feud. fuer. cōtrou. vbi Aluarott. & Bald. & consil. 351. col. 2. lib. 1. qui dicunt quòd omnis res præsu-
12 mitur libera † & allodialis, nisi probetur de contrario, Iacob. de S. Georgio de feudis, versic dictique vassalli, Pern. pulchrè consil. 3. & 4. col. 4. vbi ait quòd si soluitur aliquod ius releuij, vel aliquod seruitium, dicitur esse feudum, ac materiā feudi tenere Ludouic. à Peguera in repet. cap. 3. Item nec super Laudimio &c.

in t. præludio nu. 4. tanto magis quia si
13 consideremus ius ipsum naturale † primæuum, omnis persona, omnisque res erat libera cap. ius gentium dist. 1. gloss. in cap. 1. de censib. in 6. l. altius C. de seruit. Et spectabit videre hoc ad illum, qui prætendit bona non esse allodialia, cuius erit intentionis hoc fundare, Natt. ad Alex. consil. 129. lib. 1. vnde optimè infert D. Abb. Siculus in capit. si diligēti extra de præscript. quòd etiam Reges, Duces, & alij Comites, siue Marchiones, & Barones non habent eorum fundatam intentionem super hac, vel illa re situata, nisi aliter probent, vt subdam inferius sub nu. 28. nam quilibet in dubio præsu-
14 mitur iure proprio † non tanquam feudalem rem suam tenere, & possidere, Menocch. consil. 1. num. 37. latè Surd. consil. 135. nu. 24. & seq. lib. 1. sic Hostiens. & Io. Andr. in cap. fin. extr a de iudic & in Addition. ad Specular. in tit. de feudis §. quoniam vers. 22. & in capit. nimis, vbi Ant. de Butr. de iureiur. d cap. 2. vbi omnes Feudistæ si de feud. def. contr. fuer. int. dom. & agnat & in cap. 1. vbi Andr. de Ysern. in tit. de controuers. int. masculum & fœmin. Alex. d. cōs. 129. Ponderatis in princip vol. 1. vbi pulchrè, & latè, quē cum alijs refert, & sequitur Lud. à Peguera vbi supra, Iacobin in tract de feudis versic. de Castro rubeo col. 3. Curt. Sen. consil. 75. col. 1. Curt Iun. cōs. 140. nu. 4. & consil. 148. nu. 1. Iul. Clar. de feudis quæst. 28. Aualle consil. 2 nu. 22. & seq. & consil. 46. nu. 39 lib. 3. consil. 33. nu. 10 lib. 4. Iason in l. si prius col. 12. ff. de oper. noui nunc. & consil. 60. col. 2. & consil. 102. & consil. 135. in fine lib. 2. Natt. ad Alex. d. consil. 129 Dec. consil. 467. & 468. consil. 498. col. 1. consil. 588. nu. 8. Albert. Brun. consil. 12 col. 1. consil. 82. & seq. Andr. Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 3. & consil. 199. nu 36. & seq. Alex. consil. 13. lib. 5. Bald. in l. libertas ff de stat. homin. d. cap. cæterum extr. de iudic. Gloss. Parisiens. in Consuet. §. 46. quæst. 1. Paris. consil. 20 nu. 3. vol. 1. Berous consil. 65. num. 157 lib. 1. Gozadin. consil. 47. n. 14. Soccin. Iun. consil. 115. nu. 31. lib. 1. Grauetr. consil. 111. nu. 9. Alba consil. 16. num. 1. Georg. Natt. consil. 313. in princ. & consil. 314. n. 26. Cephal. consil. 172. nu. 7. & consil. 205. nu. 1. & addo Io. Petr. Surd. d. consil. 135. nu. 24. consil. 151. fine lōga nu. 23. post Affl. Grat. & Chassan. ibi citatos, Boss. in tit. de præscript. nu. 153 & de Nostratibus ita concludit Ferdin. Boniorn in Alleg. Siculianæ versic. quod fuit lib. 1. feudal. post Pern.

Pern.conſ.3.&alios per eum allegatos,
& quæ dixi in cap.35. Regis Iacobi verſic.item intelligo ſecũdo n 94.98.d.tom.
1. & ita etiam determinat Camerar. in
cap.Imperialem, relatus ab eod. Franc.
15 de Ponte d.conſ.11.num.4. vbi ait † quòd
eſto quòd res ipſa feudalis eſſet conceſſa
ad cenſum, quia ſi conceſsio non cantet
in feudum, ſed ſimpliciter, non erit feudalis, ſed allodialis, aliàs dicetur feudalis impropriè non habens propriam
feudi naturam in eo, in quo reperitur alterata, ſed in reliquis remanet feudalis:
ex Yſern.in cap.1.num.43.quæ ſit prima
16 cauſ.benefi.amit. Etiam † ſi conceſsio eſſet de re, quæ redijt ad Regem, & ſic de
re deuoluta, vt poſui in d. cap. 35.Regis
17 gis Iacobi in 1. intellectu. Non obſtante†
quòd in conceſsione eſſent appoſita aliqua verba ſapientia vim conceſsionis in
feudum, & alia, quæ ſaperent vim donationis, nam debent præualere iſta ſecunda verba, tamquam magis ſubſtantialia,
& cohærentia donationi, quæ præponderant alijs verbis ita Oldrad.vbi ſupra,
& Petr.de Gregor.de conceſſ.feudi part.
2.quæſt.1.nu.10. quæ tamen opinio non
18 placet † quia potius præualere deberent
prima verba ſapientia cõceſsionẽ in feudum tamquam in ſuo potiori ſignificatu,
vt magis verba referantur ad actum validum dationis in feudum, Socein. conſ.
66.col.2.lib.3.tanto magis in hoc Regno
Siciliæ, quia Rex non poteſt ſimpliciter
demanialia alienare prout ſubdit ipſe
de Gregorio abdicando à ſe omne dominium per ea, quæ dixi ſupra in capit. 9.
Regis Iacobi tom.1.cum ſimilibus, nam
tunc conceſſio intelligeretur in vim dationis in feudum, & ſic impropriabitur
illa talis conceſſio, nec erit ſimpliciter.
ſed eo modo, quo poſſet Rex, arg. vſufructuarij † qui ſi alienat vſufructum, intel-
19 ligitur commoditatem alienare ex Bald.
in l.1.C.ſi pign.dat.fuer quod eſt ac ſi ipſos met fructus, quia commoditas dicitur fructus ſcripſi ad Prouinzal.in Auth.
excipitur l.cum oporteat C. de bon. quæ
liber.facit textus in l.ſi fructus, ibi commodum ad te C. de per. hæred. l. ſi filius
familias, & ibi gloſſ. fin. C. eod. Petr.de
Gregor.in tract.de Iudic.cauſar. feudal.
quæſtio. 43. num. 8. ſicut poteſt illum
adhuc hypotecare, & ſicut valet de eo
alienatio, ſic hypotecatio, & ſubiugatio
l.ſi eis qui bona §.vſufructu ff. de pignor.
ita poſt Surd.conſ.162.nu.13.& ſeq. libr.
2.Milaniſ.deciſ.9.num.31.lib.2.Beneuerum quòd multoties ex lectura ipſius cõ-
ceſsionis apparet clariſsimè quomodo
ſit facta conceſsio dationis in feudum
per quatuor, aut quinque caſus, quos ponit de Gregorio p.2.quæſt.2. per totam,
20 vt puta † per verba expreſſa, v g.concedo
in feudum, ſecundo vbi eſſet facta commemoratio feudi, tertio quando dictum
eſſet per verbum inueſtimus, quartò quãdo eſſet conceſſum caſtrum, vt ibi per
eum, & Maſtrill. ¶ Et maximè intelligo
ſupradicta ſi eſſent conceſſa cum illo adiuncto, ad franchum allodium, quia il-
21 lud franchum † denotat ex omni ſui parte liberum, vt plura cumulat Surd. conſ.
218.num.9.& ſeq.libr. 2. & ſic ſi appareret conceſsio ſimpliciter; & non diceret,
in feudum, præſumitur in allodium;
non obſtante quòd appareret viceregia
confirmatio in contrarium.

Et in tantum ſunt vera prædicta, vt nõ
22 obſtante † quòd res ſit redditicia feudo
annuatim in tot annis, attamen non ſequitur vt ſit feudalis vt ſubdam inferius
nu. 26. quia reditus non eſt de ſubſtantia
feudi, ſed fidelitas per ea, quæ poſui infra in c.12. Regis Ioannis poſt principiũ
d.tom.6.& feudũ tunc impropriè vocaretur, vt dixi ſupra in c.39.Reg Iacobi ſub
verſic.quod intantum Tom 1.Eſto quod
de eo ſoluatur ſeruitium ſic Loffred. ibi
per me citatus; non obſtante quòd recognitio appareret tamquam de bonis feudalibus, quia vbi conſtaret hæc bona non
eſſe feudalia, talis inueſtitura veluti erronea non noceret, & poteſt demonſtrari
23 contrarium, ſicuti qui ſoluit cenſum †
de re emphiteotica, ſi demonſtrat non eſſe emphiteoticam, auditur, vt poſt Cardinal in clement.vnica §.fin. in 15. notabili de iureiur. Barbat. Dec. Menocchi
Becc.& alios ſentit Surdus conſ. 498.ſub
num. 5. vol.4.(& tetigi infra in cap.452.
Regis Sereniſsimi Alph. limit. 17. tom.
5.) & latè idem Surd.d.conſ.135.nu.106.
cum plurib. ſeq. lib. 1. vbi quòd quando
24 recognitio † eſt nuda, & ſine cauſa, eſt
inefficax, nihilquè probat, & recognitio
non ſufficit quoties res erat v g. allodialis, & nunc dicatur per recognitionem
feudalis, ſed eſt neceſſe, vt appareat inueſtitura, non obſtante quod regulariter
dici ſoleat quòd recognitio inducat probationem, & ita pluſquam centies fuiſſe
judicatum * teſtatur Guid. Pap.per eum
allegatus, vbi ſufficit regulariter ad aliquem condemnandum ſola recognitio;
maximè acceptata per aliam partem, vt
ibidem plura ſubſequitur Surd. in materia recognitionis latè vſquè ad finem.

Non

25 Non obstante † etiam quòd testes iurarent quòd dictæ res essent feudales assignando rationem, quia pro eis soluuntur annuatim tot, & tot, nam ex hoc simpliciter non probantur esse feudales, sed remanent sub præsumptione allodialium ita in puncto determinat Alex. cons. 136. col. 4. lib. 1. quem refert, & sequitur Afflict. vbi supra nu. 3. nisi loquamur in iure percipiendi fructus ex pertinentijs feudi, quia tunc feudale est, quod transit in singularem successorem ipsius feudi, post Petr. de Gregor. & Bald. sic determinat Cumia in capit. si aliquem in verbo, in capite nu. 16. fol. 90. sicque declarat Io. Franc. de Ponte cons. 11. num. 3. vbi ait
26 quòd bona † feudo redditicia non sunt feudalia vt tetigi superius nu. 22. sed reditus, & census, qui feudo debetur, dicitur feudalis est communis * opinio, vt post Neapodan. Parid. Afflict. Capic. Loffred. Camer. Luc. de Penna, & alios ipse concludit.

Secundo adeò procedunt supradicta,
27 vt non obstante † quòd res sit infra fines feudi (v. g. ex lapide assignato, siue plantato, qui designat terminos, & confines vt post Bald. cons. 420. verba Principis lib. 1. & cons. 468. libr. 3. Calcaneus cons. 90. nu. 8. Paris. de Puteo, Hieron. de Monte, & Affl. decis. 23. ait Iacob Menocch. cons. 21. nu. 10. Cephal. cons. 90. num. 8.) nihilominus, alio nô docto, nô psumetur feudalis, sed allodialis, nec præsumitur feudû, id, qđ est iuxta feudû, Bald. in c. 1. §. è côtrario, de inuestit. de re alien. fact. latè Surd. d. cons. 135. libr. 1. ita clarè Hostiens. in cap. nimis de iure iur. quê refert. & sequitur Io. Andr. ibidê in nouella, Andr. de Ysern. in cap. 1. de controu. int. mascul. & fem. & in l. Imperialem §. illud, de prohib. feudi alien. per Federic. & in constit. si dubitatio, Ferdin. Boniorn. vbi supra versic. ampliatur etiam, Affl. decis. 267. vidi in consilio, nu. 4. Io. de Amicis cons. 25. in causa, & lite, Bertrand. cons. 29. libr. 1. & cons. 129. Cum domini Ciuitatum libr. 3. qui ait docens de communi * opinione quòd domini Ciuitatum, oppidorum, seu aliorum locorum non fundant de iure eorum intentionem super singularibus rebus, & possessionibus existentibus intra fines feudi in dictis oppidis, Ciuitatibus, & locis, vt tetigi superius num. 13. Speculat. in tit. de feudo, §. quoniam versic. 14. Et hæc nedum si simus in Barone, verum etiam in Rege, vt dicit Andr. vbi supra, & in cap. 1. si de inuestit. int. dom. & vassall. lis oriatur, idem Affli. decis. 277. ¶ Quæ tamen non sunt
29 vera, quia † omne, quod est intra fines feudi, præsumitur feudale, vt dixi supra in d. cap. 9. Regis Iacobi n. 35. & seq. tom. 1. addo de Nostratibus Petr. de Gregor. de concess. feudi part. 2. quæst. 7 vbi dicit quòd si non probentur exempta, præsumentur feudalia, quod intelligitur, barone possidente, aliàs si tertius possideret, tunc intelligitur allodiale, & non feudale vt per Affl. d. decis. 267. Iserniam, & alios per ipsum citatos, Io. Franc. de Ponte d. cons. 11. num. 5. & 6. Est verum quòd quandoque fit concessio feudi cum iuribus, & pertinentijs suis vniuersis, nisi de-
30 monstrentur illæ pertinentiæ † esse feudales, nô dicerentur feudales, vide eundê Surd. d. cons. 151. lib. 2. & per ea, quæ de hac clausula, cum iuribus, & pertinentijs, tetigi supra in d. cap. volentes, quod est 28. restrict. 1. illatione 2. num. 253. ex Perno in quartis notabilibus, Roder. Suarez Alleg. 7. Dec. cons 516. in fine Dom. de Castillo decis. 12. num. 9. & seq. vbi refert quòd per talem concessionem transfertur iurisdicio, Natt. ad Alex. cons. 43. lib. 1. pulchrè, & latè idem Surd. cons. 127. nu. 46. cum seq. libr. 1. quo loci, & si ipse videatur restringere ad ea, quæ pertinêt, de futuro, tamen apparet dura hæc subauditio, & contrarium tenerem, & propterea Notarij solent dicere, cum iuribus & pertinentijs suis, tam de præsenti, & futuro &c. nisi dicas quòd ipse etiam intelligit non de iuribus, quæ habet quis ibi vt Rex, quando Rex ipse concessisset castrum cum omni iure, nec prædia, nec molendina, neque possessiones, ita post Alberic. Iacob. Martin. Calcan. Boss. & alios ipse Surd. nu. 62. 63. 64. 65. & 66. ¶
32 Sic videmus quòd legato v. g. Palatio † vel domo, intelligitur etiam legatum cû domûculis, vel horto, quæ fuerint emptæ ad talem destinationem l. quod in rerum §. si quis post ff. de legat. 1. plura Surd. cons. 195. col. 1. & seq. lib. 2. quia destinatum habetur pro facto ex Bero, Gabriel Menocch. Paris. & alijs, & iterum idem Surd. cons. 207. eod libr. 2. nisi ex coniecturis aliter appareret, v. g. quòd tempore venditionis, vel testamenti testator erat solitus locare aliquas stantias num. 10. ¶ Prout etiam in proposito dixi in d. cap. 9. Regis Iacobi versic. si ergo, quòd illud, quod est in terris demanialibus præsumitur demaniale d. tom. 1.

33 Præsertim si quo ad dicta contenta † in dictis finibus appareret illamet propria concessio, & infeudatio quæ in princi-

Pp pali

pale, nam tunc diuersis respectibus erit
contentum feudale, & præsumitur posses-
sum titulo eodem infeudationis feeũdum
gloss. & DD. in l. quædam mulier ff. de rei
vendic. l. 2. C. de acquir. poss. Item quia
34 si totum est feudale † ergo & pars intra
fines dicti feudi existens, arg. l. quæ de to-
ta ff. de rei vendic. cum concordantib. &
multo fortius si maior pars eorum, quæ
ibi possiderentur esset feudalis, quia mi-
nor pars præsumetur etiam isto modo,
Affl. Brun. Bellon. Rolland. Yseru. Alua-
rott. & alij de quibus per eundem Surd.
d. cons. 135. nu. 70. & seq. libr. 1. d. cap. 1.
in fine vbi Andr. num. 3. & communiter
alij de controu. int. masc. & fem. & Domi-
nus Rex habet intentionem fundatam si
in maiori parte ostendit rem esse feuda-
lem, dicenti contrarium incumberet
onus probandi, Boniorn. vbi supra versi.
4. 5. & 6. vbi subdit quòd aliter diuerso
iure censerentur, quod esse non debet
necesse pro parte feudalia, & pro parte
allodialia l. cum qui ædes ff. de vsucap.
cum concordant. tum quia in dubio præ-
sumitur vnitas corporis, nec diuersitas,
35 & quicquid possideretur † intra fines feu-
di, & similia, præsumuntur esse vnum
corpus, non diuersa, allegat Alex. cons.
88. quoniam nu. 17. lib. 5. Bald. in l. edita
in repet. paduana col. pen. C. de edend.
Iason. in l. scire debemus in principio ff.
de verb. obligat. quòd pluralitas non præ-
sumitur in his, quæ tantum essent vnum,
citat etiam Affl. d. decis. 267. & si conuici-
36 nia † essent feudalia, etiam tales confi-
nes isto modo censeri debent, Andr. in
d. cap. 1. §. eodẽ in Additione, reliqua le-
gas vt in d. capit. volentes in 1. restrict.
versic. 2. infero, vbi posui aliàs amplia-
tiones, & limitationes in hoc proposito,
& in d. capit. 39. Regis Iacobi Ampl 8.
idem Surd. d. cons. 135. qui ait quòd quo-
ties vicina prædia sunt allodialia, alia
etiam præsumuntur allodialia nu. 32. &
seq. plura ad materiã; an, & quando bo-
na dicantur feudalia, vel ne, idem Surd.
d. cons. 151. lib. 2. & maximè si ita obser-
uatũ esset, v.g. quòd bona sint descripta,
etiam reputata tamquam allodialia,
nam semper erunt allodialia, non feu-
dalia, Crauett. cons. 293. versic. 8. consi-
dero, Ioseph Ludouic. conclus. 38. illatio-
ne 46. ¶ Nisi loquamur, & essemus ratio-
37 ne incertitudinis † vtputa quando feu-
dum esset commixtum cum allodio, ita
vt discerni non posset, tunc totum corpus
reputatur allodium, & nihil potest tam-
quam feudale reuocari, & vendicari, vt
post Iacob. Boss. & Rolland. ait Surd. cons.
38 528. nu. 32. libr. 4. arg. illius Sacerdotis †
qui consecrans v. g. vndecim hostias,
quas credebat esse decem tantum, nec
plures voluisse consecrare, nihil agit
propter incertitudinem, quia ignoratur
quæ illa sit, quæ non fuit consecrata, vt
voluit Cardinal in cap. sacerdos de offic.
ordin. & ibi Abb. Marsil. in rubr. C. de
prob. nu. 398. idem Surd. nu. 31. Iason re-
missiuè in l. quæ acta num. 17. ff. de offic.
proc. Cæsar. & iterum remissiuè in l. 1. sub
nu. 5. in princ. ff. de oper. nou. nunc. & ibi-
dem Additiones ex D. Thom. in 3. parte
quæst. 54. Petr. Paludan. 4. sent. dist. 13.
quæst. 4. in fine, Lau. in suo sacramentali
de sacr. Euchar. versic. tertio an princip.
col. 11. Io. Neap. in quolibet. arg. illius
39 etiam † qui soluit alicui pecuniam, quæ
stetit aliquo tempore penes creditorem,
ita vt fuerit facta commixtio, nec potest
humano iudicio cognosci, an sit illa, vel
alia, vt per eundem Surd. vbi supra.

Quamuis in Regno Franciæ non pro-
cedat hoc axioma quòd res præsumatur
libera, cum Rex † sit supremus omnium
dominus, non solum quoad iurisdictionẽ,
sed etiam quo ad dominiũ directum bo-
norum temporalium, vt dicit post Gugl.
de Benedictis in reper. cap. Raynutius in
verbo, & vxorem nomine Adelasiam in
2. decis. n. 465. Antonin. Xibecca in tract.
de Regio iure patronat. nu. 47. quem ad
pennam habeo, vbi etiam non minus in-
fert posse procedere hoc in isto Regno,
cuius dominium iure gentium Comes
Rogerius ab hostibus Saracenis conqui-
siuit, quo casu tamquam redimens, &
recuperans istud Regnum à faucibus ip-
sorum infidelium, consequutus fuit ple-
num ius in Regno absque vlla donatione
alicuius, sicut fuit etiam de Regno Hie-
rusalem ex his, quæ tradidi in Consuet.
Panormi cap. 11. num. finali & vt ibi con-
clusum fuit, & per ea, quę dixi supra eod.
in cap. 1. sub versic. tertia promissio, addo
Xibeccam loco citato num. 48. & seq. qui
infert ad Ecclesias ante Rogerij prędi-
cti aduentum, quæ nihil possidebant, &
per consequens intentio Prælatorum non
posset esse fundata de iure communi, nisi
tantum quoad spiritualia, secus verò
quoad temporalia, præterquàm proba-
rentur ipsis Ecclesijs donata à Rege, aut
alio domino temporali, & allegat Gugl.
de Benedict. vbi supra in 1. decis. nu. 289.
versic. vnum tamen menti tenebis post
text. in cap. cum venerabilis de except.
Immo de iure communi erat quòd eo ip-
so

fo quòd demonstratur aliquid esse in Regno, præsumatur Regis, sicut dicimus
41 quòd omnia † quæ sunt in Diœcesi, præsumantur esse de iurisdictione Episcopi ita Andr. de Ysern. in cõstit. Regni. Iustitiarij nomẽ tit. 44. de officio iustitiariatus lib. 1 cap. cũ venerabilis de relligios. domib 16 q. 1. §. omnes basilicæ, Hostiẽs. & alij: Sicut & aliam falleutiam ponit Abb. cons. 82 in 1. dubio lib. 1. nisi loquamur quòd essent posita in limine vtriusque Diœcesis, vt puta de ecclesia, quã si reperiretur in vtriusq; Diœcesis limitibus, quo casu vterque Episcopus habet iurisdictionem, etsi v. g. non conuenirent in
42 illa ordinanda † potest superior eos cogere, vt alternis annis eam disponant gloss. notab finalis in cap. licet 16. q. 3. Abb in cap. fin. col. 1. de re iudic. Alex. in l. 2 §. ex his col. pen. ff. de verb oblig. Iason. in l. stipulationes non diuiduntur sub nu. 13. ff. eod. arg. eorum, quæ dixi supra eod. in cap. 28. nu. 315. vbi loquor de iurisdictione diuidua in feudalibus, quibus addo eundem Iasonem in d. l. stipulationes non diuiduntur, & ibi Additio post Natt. Dec. Roman. Abbat. Alex. Boer. & alios, vbi quòd licet iurisdicio maximè in feudalib. non possit diuidi quoad habitum, fallit tamen quoad commoditatem, administrationem, & exercitium, quia potest hoc casu diuidi absq; illius consensu ex allegatis per eum, & sic quoad actum diuidi potest, ex Bald. in cap. vno delegatorum de offic. deleg. Gemin. in cap. 2. col. vlt. de arbitr. In 6. Abbas, & Innoc. in cap. prudentiam eod. tit. de offic. deleg.

Vt ergo ius prædicti releuij, siue decimæ soluatur, requiritur quòd res sit
43 feudalis, quod potest demonstrari † & probari aliquibus modis; Primo per testes, v. g. qui interuenerunt in inuestitura, vt post Alex. cons 136. lib. 4. & Afflict. decis. 361. concludit Boniorn. in Allegatione causa Sicilianæ, versic. non obstãt testes lib. 1. feudalium, & volunt Nostrates etiam in Allegatione pro Barone Prizij contra Illustrissimum, & Reuerendissimum Cardinalem Alexandrinũ, Bossius in rubric. de Principe num. 155.
44 quasi quòd per ipsam inuestituram † constituatur feudum, vt tango infra in cap. 451. prope princip. Regis Alph. & limit. 7. com 5. Petr. de Gregor. de cõcess feudi p. 2. q. 2. num. 8. vbi in illa quæstione ponendo casus, per quos cognoscatur concessio dationis in feudum, inter alios dicit quãdo Rex dixit, inuestio te, ac si per hoc verbũ constituatur feudũ c. per tuas, ibi, inuestiuit extr. de donat cap. 1 § fin. de feudi cogn. cap. 1. quid sit inuest. & ita post Rolland. Purpurat. Menocch. & Carol. Tappia ait Mastrill. ad Gregor. vbi supra in litera d. & locũtur hi Doctores de iure comuni feudorum, quia verum est q̃ fiebat olim concessio per inuestituram verbalem, siue abusiuam, vt ex Iason. pract. papiensi & Curt. ait ipse de Greg. ead. part. 2. quæst 4. inuestitura enim fie-
45 bat † vel verbo tantum, vel per chyrographum, vel per anulum, & eisdem modis disuestiebatur, vt post Bald. Barbat. cons. 47. num. 11. 12. vol. 2 ait Surd. cons. 136. sub nu. 25. lib. 1. (arg. illius degradationis, de qua dixi supra in cap. 1. vers. tertia promissio, sic enim fiebat inuestitura, quæ, & alio nomine inuestitio vocatur cap. 1. si de inuestit. int. dom. & vasall. lis oriat. & erat quædam confirmatio, quasi ex quodam censu deuotionis, & reuerentiæ, quæ domino præstari debet vt post Soccin. cons 66 col 8. vol 3. dicit ipse Petr. de Gregor. de concess. feudi part. 1. quæst. 9. num. 11. & ibi Additio ex Ioan. de Amicis cons. 149. num. 3. Natt. cons 615. nu. 4. vol. 3. & illud est, quod facit Princeps quando, vt dictum est, in-
46 uestit aliquem per ensis † aut dicti anuli dationem d. cap. 1. quid sit inuestit. Curt. Iun. cons 8. 9. & 10. nu. 1. vbi ex Innoc. in capit. ex litteris de consuet. dicit quòd licet nõ intelligatur translata possessio rei in feudatæ, tamen intelligitur concessa licentia apprehendendi possessionem, vt dicit ipse Innoc. & sic concedere possessionem, hoc importat inuestire, prout disuestire, possessione priuare vt ex Plauti authoritate dicit Menocch. cons. 1. num. 24. qui subdit, inuestituram esse vocem quamlibet possessionem, siue iure feudi, siue alterius actus, aut electionis comprehendere ex Dyn. in cap. 1. num. 12. de regul. iuris in 6. vnde patet quòd ex inuestitura acquiritur possessio prout dicunt aliqui, sed Innoc & Bernar. in cap. 2. extr. de consuet. cap. exore de his, quæ fiunt a maior. part. cap. per tuas ext. de donat. quos sequitur simpliciter Andr. de Ysern. in tit. qui success. ten. sub
47 nu. 5. dicunt esse abusiuam possessionem † ergo nõ natura per d. tit. quid sit inuestit. in princip. & consequenter non est, quod abusiuum est l. 2. ff. quemadm. test aper. vt ipse Isern. ait q d. quòd vera possessio trãsfertur per traditionem clauiũ, instrumentorũ, & similiũ l. clauibus ff de contrah. empt. & sic inuestitura abusiuior est,

& patet per ea, quæ habentur in tit. de controu.int.dom.& fidel. vbi quoties esset lis inter domin.& vassall. dicentem se esse inuestitum, & petat possessionem, ecce quomodo inuestitura non transfert possessionem, quia aliter illam non peteret, & alibi dicit idem Isern.in tit.quo temp.miles §.Sancimus col. 2. quòd illi qui dicunt quòd inuestitura est possessio fundantur in errore, benè verum quòd videtur loqui de inuestitura in successione, ac si dicat, vt irrationabiliter dicatur, quòd inuestitura in successione sit confirmatio veteris inuestituræ, & ita Curt. Iun.d.conf.8.nu.1.vbi quòd ex inuestitura dicitur confirmare possessionem iam translatam, maximè in feudo antiquo, & cognitum etiam fuit per gloss.in l.1.§. permittitur in verbo, impetrabile ff. de aqua quotid. & æst. vbi dicitur quòd facile potest impetrari, ac facilè concedi, subdens quòd mortuo vassallo facilè potest impetrari hæres masculus inuestituram, quia debet ei dari cum iuramento, vt ibi subditur, sicut quandoque in alijs casibus est difficilis impetratio ipsa sed nimis digressum sum, est enim materia latissima, de qua pono in d. capit. 452.

48 Regis Alph.Secundo † per præstationem seruitij militaris, vt colligitur in d. cap. 67.Regis Ioannis, ibi, sine aliquo seruitio militari, & maximè si per spacium continuum, & antiquum fuerit præstitum, v. g. per 30.annos, quia facit rem ipsam esse feudalem arg.eorum, quæ latè posui circa seruitium militare supra in d.cap. 39. Regis Iacobi prope principium tom. 1.& subdam paulo inferius nu. 51.& dicunt Nostrates vbi supra, vbi ponèdo quosdam modos, ex quibus feudum præsumitur, dicunt, & adducunt prædictos duos, & alios, nempe ex verbo †

49 Regis (multum quippe operatur hoc verbum, siue nomen Regis vt habes supra eod.cap.1.in principio) allegant Boss.in rubr. de Principe, Iason. conf.235.lib.2. & in d. l. si prius ff. de noui oper. nunc

50 Item ex interlocutorijs † Affl. in cap. 1. ex quib.caus.feud.amitt.& assertionibus aduersariorum; Item ex conuocationibus

51 † Baronum ad colloquia, siue parlamenta iuxta posita infra in cap xi. Regis incliti Ioannis versic.& ex ista d.tom.6.ex Nostratibus in Alleg. pro Barone Prizij contra Illustrissimum Cardinalem Alexandrinum, sicut iddem est in seruitijs militaribus per ea, quæ dixi modo n.48. dicit de Nostratibus Ferdin.Boniorno in Allegatione Don Hieronimi de Montecateno cum Donna Agatha de Bonfiglio versic. non obstat nonnm libr. 1. feudalium propter scientiam, & patientiam Domini, & ibi subdit quòd ex istis actibus præsumitur inuestitura ex Alex. cõs. 21.lib.1.Alber.Brun.de form. & sollenni. sub rubr.de prob form.& sollemn.col.11. versic. septimo facit, Gozadin. cons. 4. colum.6.

52 Quæ decima fuit inducta ad limitationem † siue compensationem, ac recognitionem gratiæ licentiæ alienandi dicta feudalia concessa per dispositionem dicti cap.volentes, vt ibi legitur in fine, & tetigi in restrict. 14. per quam sibi Rex prospexit, vt dicta decima persolueretur remanente contractu alienationis ipsorum bonorum semper valido, non autem condicionato, non obstante illa dictione dummodo, posita in d.cap.volentes, quæ

53 † magis facit admonitionem Cannet.ibi fol.188.modum,& quandoque limitationem,& conditionem inducat, vt posui in commentar.Consuet.Pan.cap.50. nu.20. & supplebo in bulla post cap. 355. Regis Alph vers.declaratur tom.5.ratione quia de venditionibus rerum feudalium competit decima & tareni Regiæ Curiæ, non autem de Demanialibus vt tetigi supra in cap. 9. Regis Iacobi tom. 1. & est cap.79.eiusdem Regis Ioannis tit. de solutione decimæ d.tom.6.ex quo tantummodo ipsa decima pars pretij persoluenda fuit introducta per d.capit. volentes, non quia in alienatione feudorum sit necessaria licentia & in d cap. 79. ponitur ratio, & malè, quia ipsa licentia est sublata hodie virtute dicti cap.volentes, sed quia in reliquis sit ita dispositū vt soluatur ipsa decima ac Notarij † tenentur de

54 talibus contractibus factis notificare Conseruatori, vel Secreto loci sub pæna vnc.decem in pragmat. 2. qua de causa de quolibet Notario creando debet nomen notificari per Conseruatorem Collectori decimæ, & tareni pragmat. 2. tit. 24.de offic. Notariorum tom. 1. &pragm. 2.tit.de offic. Collectoris decimæ, & tareni tom. 2. pragmaticarum, ibi [*qualquier Notario despues que haurà celebrado el contracto, sea tenido el mismo dia que serà celebrado y testificado el contracto, notificarlo al Conseruador, ò al Secreto &c.*] prout ibidem sub pæna soluendi drictum competens dictæ Regiæ Curiæ, & sub pæna dictarum vnc.decem, de quibus vnc decem dabitur quarta pars reuelanti prout ibidem, & §.2.& in d.prag. 3.additur, quòd non possit dare copiam par-

partibus, & per cap. Regni 4. Regis Petri inter capitula huius nostri Regis Federici infra, vbi tenētur Notarij infra mēsem reuelare cōtractus à die cōfectionis cōtractuū Curiæ, Secretis, vel Procuratoribus, aliàs priuantur ipso facto officio,
55 & feudatarij † qui non reuelauerunt infra tres menses, incurrunt pœnam dupli, arg. Ritus cap. 104. cum similibus vbi sicut in d. Ritu ipsum dupplum applicatur parti, vt ibidem dixi tom. 4. & addo Affl. in constit. Regni, Regiæ Maiestatis nu. 4. tit. 65. de pœna negantis depositum lib. 1. sic isto casu applicatur Fisco, vt ipse ait; immo, ex quo verba statutorum sunt directa in personas etiam contrahentiū, nedum Notariorum ligant etiam si contractus essent facti extra Regnum, ita post Vinc. de Franch. decis. 72. num. 5. ait Dom. Scipio Rouitus in quadam alleg. relata per D. Carol. Tapia ad iura Regni Neapolis tit. de censibus fol. 19. num 96. lib. 4. & per prædicta tolluntur ea, quæ obstare videntur de iure communi, pro-
56 pter quod Notarij † prohibebantur conficere instrumenta de rebus feudalibus absque licētia Principis, sicut olim erat, vt ait Affl. in constit. Regni Baiulos tit. 73. de ferijs, nu. 34. lib. 1. quia per dictam pragmaticam, & capitula Regni sunt sublata, & sufficit, vt Notarius reuelet infra tempus legitimum (arg. eorum, quæ dixi ad propositum infra in cap. 116. Regis Caroli de re emphiteotica ampl. 5. tom. 8.) prout olim erat dispositū quòd
57 Notarij † reuelarent, & ni fallor sic hodie seruatur, alienationes bonorum stabilium Gabellotis, vel Credenzerijs, vt in cap. 455. Regis Alph. tom. 5. vbi quòd sufficit, dicit Rex ipse ad requisitionem Gabelloti offerre prothocolla, & ipsi videant dictas alienationes, validis semper remanentibus contractibus, & ita realiter practicatur indies: Addo ad dictam restrict. 14. dicti capituli volentes, Guglielm. de Perno cons. 4. in fine, qui ait quòd licet non sit necessaria licentia vigore dicti capituli circa alienationes rerum feudalium, tamen est necessaria scientia, ad hoc vt Princeps habeat ius decimæ, & releuij, etiam si alienatio fieret in filium, quoties infraudem fieret, vt hic
58 dixi, pro decima enim ipsa est obligatum feudum ad hoc onus, intantum vt possit alienari, etiam si esset ex pacto, & prouidētia, ita sentij remissiuè in d. cap. volentes ampl. 31. vbi posui caussas legitimas, ob quas possit feudum legitimè alienari, & ita voluit Blasc. Lanza ibid.

in 2. notab. limit. 3. itaque cum refert, & sequitur Don Garsias Mastrill. ad Petr. de Grego. in tract. de concess. feudi part. 2. quæst. 10. in littera L. qui ait posse imponi censum, & subiugationem pro hoc onere, sicque seruari in Regno. Est etiam
59 ipsa decima † medietas fructuum illius anni, anni dico, vel mortis vel vnius ad Curiæ electionem, ita post Gloss. Parisiens. in consuet. §. 33. gloss. 2. versic. quæro fol. 292. Loffred. in d. cap. 1. §. sed & res, tit. per quos fiat inuestit. Anell. de Bottis ad d. constit. post mortem, vbi ita seruari testatur Neapoli, & potest fieri inuestigatio, vel inquisitio quantum reddat feudum, ita dicit de releuio Andr. de Ysern. in d. constit. post mortem tit. 25. de morte Baronis nunc libr. 3. vbi etiam Lallus de Thuscia, & non plus, & est textus Regni in cap. 55. Regis Martini infra tom. 3. in quo suppleo de releuio versic. & quo ad primum, quoad extraneos nempe successores, secus quo ad descendentes per lineam directam, vt sentio inferius in versic. declaratur quarto, adeo vt si illo anno colligerentur fructus plurium annorum, non debeatur medietas omnium, fructuum, vt ait d. Gloss. Parisiens. in consuet. §. 1. nu. 27. quam sequitur ipse Anel. de Bottis vbi supra, & ibi etiam Fabius Iordanus ex Andr. de Ysern. in cap. 1. §. si mulier nu. 3. de cap. Corradi, & in d. §. sed & res, & in cap. 1. §. sciendum in fine de feudi cognit. & in cap. sancimus colu. 13. quo tempor. miles, & in cap. Imperialem §. præterea si in feudari, & in §. illud quo quem præcipimus, de prohib. feudi alien per Federic. non sic puto in terminis, de quibus loquor, quia est considerandus respectus ad pretium, pro quo fuit venditum feudum, vt inferius dicam.

Et nedum si dicta feuda alienata ha-
60 buissent propriam naturam feudi † verum etiam si non, quia adhuc debetur decima, & licet d. capit. volentes videatur loqui de feudis, quæ non potuissent absque licentia alienari, attamen, vt ibi posui ampl. 11. ad huc verificatur in feudis non habentibus dictā propriam naturam feudi per rationem adductam ibidem, quod indistinctè absque distinctione formarum iubet solui decimam, & per consequens indistinctè intelligendum est in feudis cuiuscumque formæ, arg. l. de precio ff. de public. sic in puncto Ferdin. Boniorn. in causa Montis Mellis, in cap. decima non videtur deberi libr. 1. feudalium, & demonstratur, subdit ipse in versic. secundo per istud met capitulum, &

concordantia, vbi in effectu statuitur quòd de omnibus feudalibus soluatur decima. Nec obstare videtur d. cap. volentes, quod est in effectu fauorabile, vt ibidem posui in versic fauorabilis propè principium nu. 20. & per consequens si induceret solutionem dictæ decimæ videretur esse onerosum, quia in hoc ita est dispositio, & subauditur in reliquis, vt soluatur gabella prædicta arg. l. si quando C. de inoffit. testam. capit. ecclesia vestra de electiou l. si non speciali C. de testam. l. quæro §. inter locatorem ff. locati, l. qui insulam §. fin. ff. eodem, Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua, vers. 85. veriorem, & magis ** communem dicit post Gozadin. cons. 4. Boniorn. vbi supra versic. tertio licentia, & quemadmodum cōsuetum est dari in feudis licentia alienandi, ita deber intelligi etiam in his, & sic soluta decima prædicta Bald. in l. fin. col. 2. C. de fideiuss. Afflict. decis. 307. Regia Maiestas col. 7. idem Bald. in cap. 1. §. hoc quoque col. 3. de success. feudi, Pernus in cap. si aliquem in versic. concedendis, & ita semper interpretatum est d. cap. volentes per vsum, & obseruantiam, vt scilicet pro quauis feudi alienatione, etiam non permissa à dicto capit. volentes, vel vbi pretium posset venire in conuentionem siue consensu, nihilominus soluatur ipsa decima, quicquid aliqui in contrarium voluerint, quos nec citat, nec videtur sequi Cannet. in d. cap. volentes fol. 39. col. 1. quāuis de Boniorno, & de alijs supra citatis verbum nullum, adeout nec possit diuidi, nec secari tale feudum, vt posui in d. capit. volentes restrict. 2. illatione 6.

Secundo adhuc debetur dicta decima
61 † non modo ex alienationibus factis ipsorum feudorum integrorum, verum etiā & circa alienationes partis, vel quotæ, & dismembrationem, quia concessa dispensatione circa hanc diminutionem eodem modo, quo scripsi in d. cap. volentes restrictione prima, debetur etiam tunc gabella, siue ista decima, ita dicit in puncto Ferdinan. Boniorno vbi supra, versic. quinto ita interpretatum est, sicut dicam in seq. versic. iddem esse circa disparitatem personarum.

Tertio etiam debetur dicta decima in
62 casu quo † esset facta dispensatio circa disparitatem personarum iuxta ea, quæ dixi in d. cap. volentes restrict. 3. versic. Beneuerum, etiam si dicta alienatio esset facta sine venditione, prout olim fuit in casu sapunariæ illis de Merulla, de quibus meminit idem Ferdin. loco allegato, vers. quinto ita interpretatum est.

Quarto procedunt etiam si à princi-
63 pio facta fuisset ipsa venditio † nam si post habitam licentiam, vel consensum augeretur precium, quamuis nullus requiratur nouus consensus, attamen adhuc soluitur decima.

Quinto fit solutio etiam prædictæ decimæ non solum in alienatione volunta-
64 ria † verum etiā necessaria per primum, & secundum decretum eo modo, vt posui remissiuè in d. cap. volentes ampl. 7. versic. cū hoc quidem n. 180. quia licet d. cap. loquatur in alienatione voluntaria quando ipse feudatarius alienat, nihilominus decima soluitur in d. necessaria alienatione, sicut cōcludit Boiornus in d. causa Montis Mellis sub d. versic. quinto ita interpretatum est, & sic in datione insolutum debetur Afin. in tract. de execut. cap. 7. §. 4. vide Cannet. in d cap. volentes §. & retenta fol. 191. post Petr. de Grego. & alios, & melius fol. 194. & seq. vbi omnino legas, & cogita, & sic etiam tenet Pern. post Dom. de Tau. ibidem, vbi dicit quòd ex quo venditio fit per Curiam nomine debitoris, debetur decima, etiam quòd sit necessaria arg. l. si ob causam C. de euict. & l. si prædium eod. & ita intellexi in Ritu 194. n. 8. tom. 4. secus si tales adiudicationes, siue in solutū dationes essent pro restitutione dotis, sed latius vide inferius declaratione quinta; sicut
65 † ad similitudinem prædictorum soluitur gabella de rebus adiudicatis vt, præter capitula Regiæ nostræ Dohanæ, dixit Afinius in d. tract. de execut c. 8. §. 7. Caualcan. decis. 5 nu. 28. part. 3. arg. eorum, quæ dixi de laudimio in consuet. Panor. cap 26. nu. 135.

Sexto fit solutio etiam decimę pro om-
66 ni alienatione feudorum † etiam permutationis, & transactionis &c. Tiraq. de retract. §. 1 gloss 14. sub num. 65. vbi dicit sic eodem modo deberi gabella, dummodo consistat precium in illis, vt dicit Fimia in d cap. volentes per hæc verba, idem de permutatione si interuenit precium, quo casu de pecunia tantum soluitur decima, & subdam inferius declar. 4. & est textus expressus in hoc capitulo, ratione quia cum dicta decima debeatur, vt dixi, ob licentiam præstitam, & & in recognitionem, ita ratio militat in vno, quàm in alio casu, sed vide latè Cannet. in d. capit. volentes, qui post aliquos tenet contrarium nec puto benè fol. 189. §. at non est omittendum, & quòd de contractu

tractu permutationis soluatur decima,
idem fol. 204. col. 2.

67 Septimo fit solutio de ista decima † siue releuio Baronibus, vel Comitibus, qui concesserunt sub feuda secundum ea, quæ scripsi de laudimio supra in cap. 6. ampl. 5. Regis Iacobi, tom 1. propè principium addo Surd. cons. 57. in fine lib. 1. vbi quòd laudemium debetur vsufructuario, non proprietario.

Octauo fit solutio de dicto releuio, non
68 obstante † quòd v.g. illo anno nihil perceptum esset de feudo circa fructus, ratione quia suspicatur id, quod percipi solet alijs annis, ita que olim fuisse decisum * testatur idem Fabius Iordanus loco citato, & vide ea quæ scripsi in consilio pro Mariano Susinno contra Catarinam Susinno ex Paul de Castr. cons. 338. num. 3. lib. 1. quasi quòd hæc decima consideretur demonstratiuè, non taxatiuè, nec designatiuè, arg. l. legatum §. vini falerni ff. de legat. 1. Berous cons. 17. num. 25. 26. 27 Rot. decis. 868. cum similibus.

69 Nono fit solutio, esto quòd alienatio † ex vi donationis, diuisionis &c. fieret in filios, aut alios proximè successuros, dic vt infra d. declarat. 4. nu. 85.

Decimo fit solutio non obstante nu-
70 mero 12. filiorum † qui non excusat, Boniorn. in d cap. volentes ex Alex. cõs. 127. lib. 5. Natt. cons. 508. nu. 15. lib. 3. & quæ ponam infra in cap. 54. Regis Martini ampl. 1. tom. 3.

71 Declaratur hoc cap. procedere † in illis feudis, in quibus debetur seruitium, aliter si nullum deberetur seruitium, nec minus decima deberetur, vt sentit Boniorn. loco citato versic. secundo, vbi dicit esse secus in demanialibus, & tetigi iam superius nu. 8. cum plurib. sequent.

72 Declaratur secundo † vt quamuis sit facta alienatio feudorum, vel circa partem, & quotam, vel in non æquè dignam, & tamen dominus acceptauerit, & præstiterit licentiam expresse, non ob id tamen debebuntur duæ, vel tres decimæ, sed vna, quia eo ipso quòd Dominus acceptat emptorem in vassallum, acquieuit, vel dispensauit ex his, quæ dicit Oldrad. cons. 178. Factum tale est, & cõs. 237. prospectis, Bald. in l. fin. oppos. 8. C. de hæredib. instit. & in cap. in præsentia col. 4. nu. 21. extr. de probat. sentit Boniorn. inter dentes vbi supra versic. quinto, ita interpetratum est, & aliàs si Rex non acquiescit tali alienationi, v. g. de parte, vel in non æquè dignam, ex quo
73 tunc actus alienationis esset nullus † nulla per consequens debetur decima, vt declarat Cannet. in d. cap. volentes fol. 188. §. Deuenio, & §. sed aggredior eod. fol. (non obstante quòd teneat contrariũ ipse, acquiescẽdo enim Rex semper valida ẽtũ, quamuis nullum) sicut dicimus
74 de gabella † quæ solui non debet si venditio fuit nulla Tiraq. de retr. lign. §. 1.
* nu. 7. gloss. 2. & est communis * opinio DD. in l. si duobus §. sed quia nostra C. commun. de legat. Additio ad Bart. in l. vnum ex familia in littera C. ff de lega.
75 2. & iddem de laudimio † quod ex contractu, vel alienatione nulla non debetur, vt subdit ipse Tiraq. loco citato, Follerius de censib. fol. 325 nu. 51. in tit. huiusmodi cẽsus, Rhodoan de rebus Eccles. non alien. quæst. 66. nu. 19.

Declaratur tertio, vt regulariter solutio dictæ decimæ spectet ad emptorem
76 † l. debet ff. de ædil. edict. Bald. in l. si prædium C. de edend. esto quòd d. lex debet loquatur per verbum, forsan, sub quo sæpe respondent iuris periti, Boniorn. in d. capit. volentes, dixi in Consuet. Panor. cap. 63. num. 28 & capitulum predictum Regis Ioannis loquatur impersonaliter, ibi, Decima Fisco nostro soluatur, ita intelligo d. cap. volentes, vbi Blasc Lanza, Io: Aloys. de Septimo, & Anton. Montalto, & ibi aduotarunt Anton. Syracusius Campixanus, & Gugliel Bonincontro, sentit Pern. d. cons. 4. col. fin. & in d. cap. volentes in verbo Fisco nostro, vbi de Tan, & Cannet. fol. 97. cum similibus per ipsum adductis, Petr. de Gregor. in tract. de concess. feudi part. 8. in tit. de iure decimæ nu. 25. fol. 284. in nouis, Cumia in d. capit. si aliquem in verbo antiquis nu. 241. quos sequitur Blasius Magnana in Allegat. pro Duce Terrænouæ, vbi docet
* ** de communi, * & magis ** communi, & dicit hanc partem veriorem, & in praxi seruatam, Bursatt. cons. 56. nu. 16. qui subdit quòd ordinarie de iure communi em-
77 ptor † vel acquirens tenetur soluere laudimia, & quinquagesimam arg. l. fin. C. de iure emphit. sicut & gabellas (de quibus dixi supra in capit. 42. Regis Iacobi nu. 5. & 6. tom. 1. quod emptor regulariter soluere debet, & benè dixi regulariter, nam potest per pactum fieri vt soluatur per vẽditorem vt ibidem posui, addo Bertachin. de gabellis part. 7. quæst. 2. in fine, Baldũ cons. 31. col. 1. cum similib. per Surd. cons. 307. n. 8. lib. 3.) decimas, & similia onera, maximè in feudis, quia soluitur ob inuestituras, & possessionem, quæ in nouos vassallos transfertur, & sic

de

de emphiteuta, quicquid dicat Io. Franc. de Ponte inferius citatus, latè Amed. à Ponte de Laudim. quæst. 9. Neuizan cõs. 88. nu. 18. Grauett. cons. 332. nu. 14. cum similibus, quos pro hac parte refert Domin. Vitus Lombardo in quibusdam nouem resolutionibus in 5. dubio, quas manuscriptas habeo, & sunt doctissimæ. Sed
78 ipse inclinat † in aliam partem quòd immo decima debeatur hoc casu à venditore, quam opinionem dicit esse veriorem, & pari modo frequentiori calculo à Nostratibus receptam, quorum primus subdit ipse, fuit Pern. in d. cap. volentes in verbo Fisco nostro, vbi etiam Iacob. Chircus in verbo decima, & ibi Bonior. in eodem verbo, decima, in prima lectura referens ita consuluisse pro Fisco contra Locumtenentem in 2. libro suarum Allegationum, & in 2. lectura in verbo, elegerimus, Hieronimus de Fimia In verbo, de pecunia in d cap. volentes, vbi facit talem illationem, ergo venditor, dicit ipse, debet soluere, & ita post Parid. de Puteo, Bursatt. Burgium, Andr. Affl. Loffred. ipse de Lombardo vbi supra, subdens hoc caueri expressè ex d. cap. volentes, cuius lectura vltra quòd est modo impressa, reperitur etiam in originali penes Regiã Cancellariam, & ita meminit Boniorn. dicitur enim ibi, quòd ex pretio rei venditæ debetur decima, dum subditur, ibi de pecunia venditoris, quæ
79 dictio † de, secũdũ prædictos DD. denotat ipsius rei partẽ per l. 1. §. emãcipatus vers. nunc videamus ff. de coniung. cũ emanc. liber. de qua memini super Commentar. Consuet. Panormi cap. 53. num. 2. & patet etiam ex d. cap. 67. Regis Ioannis, ibi, deducta decima pretij, quæ denotat partem ipsius pretij deducendam, & dicit Bart. in d. §. emancipatus quòd non habemus alibi textum sic expressum vnde in simili decidunt DD. quòd stante
80 statuto † vt bannitus de homicidio non possit rebanniri, si aliquis v. g. mandauit homicidium, & factum est, propter quod fuit bannitus, an poterit rebanniri non obstante statuto, & dicunt quòd sic, ratione quia statutum dicit de homicidio,
81 & dictio, de † causam proximam, & immediatam importat, vt per Bald. Iacob. Butric. & Iason. in l. 1. nu. 24. C. de legibus, Nellus in tract. de bãnitis: Sic etiam in simili dicit Bald. in l. de pecoribus C.
82 ad l. aquil. quòd stante statuto † vt de percussionibus sanguinolentis non possit fieri pax, sed imponatur certa pæna, si quis percusserit vnum cum pugno, & propter percussionem cecidit in terram, & fregit sibi caput cum sanguine, non est in terminis dicti statuti, quia oportet quòd immediatè fecerit sanguinẽ, Dec. cõs. 624. n. 3. quãuis ibi Additio videatur eũ reprobare, & faciũt ad c. Rit. 159. à n. 2. 6. 7. & seq. tom. 4. Itẽ probant Nostrates ex eodẽ textu cap. volentes, ibi, deducta decima pretij, infetẽdo φ si deducitur de
83 pretio † ergo sequitur venditorẽ, & ita, ac per alias rationes concludit Dom. Fortunatus Præsidens olim S. R. C. tunc Aduocatus Fiscalis Regij Patrimonij cõtra dictũ Dominum Ducem Terrænouæ, vbi dicit, hanc partem veriorem, quem sequitur D. Vitus Lombardo loco citato, & videtur sentire Io. Francisc. de Ponte cons. 5. sub nu. 90. ex Parif. de reintegr. arg. d. l. 3. C. de iur. emph. Est verum quod ipse sentit etiam quòd si esset in pactum deductum, vt emptor teneatur, vt tetigi paulo superius, tunc emptor tenebitur etiam ad interesse, & propterea subdit cautelã esse, vt vterque, & emptor, & venditor procurẽt hũc assensũ, emptor pro acquisitione dominij, venditor pro trãslatione ipsius, est verũ φ falsum est argumentum, quo vtitur ipse de Ponte ab emphiteuta, ex quo superius retuli contrarium. Quid
84 dicemus? concurro † cũ prima opinione, quæ est magis facilis pro Fisco, quia habet feudum obligatum pro hoc onere decimæ, vt tetigi supra num. 58. & propterea tamquam onus reale sequitur feudum, nec obstat illa dictio, de, repetita in duobus locis, quia non ex hoc colligitur in d. capit. volentes, quod spectet ad venditorem, sed est posita gratia demonstrationis, & taxationis, immo clarius in d. cap. volentes colligitur quòd decimã solui debet per emptorem paulo infra, ibi, decimam habeat Fiscus noster, & nostra Maiestas ab emptore, &c. quasi dicat quòd nedum emptor decimam soluere debeat, sed etiam recipere iuramentum fidelitatis, & homagij, cuius occasione pro assecuranda feudi possessione debetur ipsa decima, vt dixi supra nu. 3. & cauetur ex d. cap. volentes, ibi, de pecunia ipsa in recognitionẽ nostri domi &c. ac colligo etiam ex d. textu capit. volentes, dum dicit prope finem, ibi, ab emptore prædicto, nam de eo antea non est facta mentio, sed est signum quòd est repetitiua, ac si Fiscus recipiet decimam ab emptore, & à dicto etiam emptore iuramentum fidelitatis, & illa copula, &, coniungat, & repetat similia, & illa dictio, de, in dictis duobus locis repetita,

vltra

vltra quòd indefinitè, & generaliter loquitur, & per cõsequens generaliter deberet intelligi, tamen potius facit relationem ad venditorem, quàm venditorem.

Declaratur quarto secus esse si fiat do-
85 natio inter viuos † vel causa mortis, de
feudo proximè successuro, ita dixit post Tau, Gugliel. de Perno in d. cap. volentes in verbo Fisco nostro, vbi inquit quòd si donat, nihil soluit, quod etiam iddem concludit Fimia ibidem per hæc verba, quòd decima non soluitur, nisi de venditione, vel de pecunia in permutatione deducta, vt dictum est supra versic. sexto fit solutio, non ergo, ait ipse, de donatione, & maximè, vt dixi, si dicta donatio esset facta maximè successuro, nisi tunc
86 donaret † omnia bona ita Yser. in d. con-
stit. post mortem, Rolland. Bald. Iason, & Alex. de quib. per Ludouic. Saccam resp. 3. num. 301. cum seq. & sic intelligo quæ
87 posui supra nu. 69. vel nisi pater † aliena-
ret in filiam in fraudem iuris releuij, tangit Pern. d. cons. 4. propè finem, & videtur sentire quòd competat, & est textus expressus in hoc capitulo, in quo habetur quòd si pleno iure adepta fuerit possessio, statim debetur releuium (& ex hoc apparet. quod debetur ab eo, in quẽ transfertur, & sic ab emptore) cùm illa tamen differentia prout in d. cap. 55. Regis Martini, vbi quòd vno modo soluitur per descendentes per lineam directam, alio vero modo per descendentes per lineam transuersalem extraneam, & prout ibidem videbimus, & sic dum dicitur hic in textu, ibi, successuros respicit non solum agnatos, verum etiam filios, nam dicit, ibi, vel in alios &c. arg. notatorum per Bar. in l. doli ff. de seru. corrupt. Alex. cons. 48. col. pen. & fin. vol. 1. & ita resoluit se Boniorn. hic, non expectata morte donantis, vel diuidentis, secus vero retento vsufructu, nam tunc non debetur Loffred. cons. 3. Boniorn. in causa Buccherij lib. 1. allegar. nisi consolidato cum proprietate per mortem, aut alio modo alienantis ibidem, vbi iddem disponitur de diuisione, & permutatione, & ita intelligo supra versic. nono &c. vnde si refutat proximè successuro, nõ competit, vide quæ dixi in d. capit. volentes
88 restrict. 2. Et quid de legato † an debeat
solui releuium à legatario, cui cum assensu Regis de iure communi feudorum, est legatum feudum, tangit Anell. de Bottis in Additionibus ad d. constit. Regni post mortem, tit. 25. de morte Baronis nuntianda libr. 3. ex Affl. decis. 248. num. 8. vbi etiam an releuium debeatur post mortẽ domini ex Gloss. 4. in consuet. Parisiens. §. 2. nu. 5.

89 Declara quinto secus esse quando †
feudum datur in dotem vide supra in c. 22. Regis Iacobi versic. aduerte num. 81. tom. 1. & est capitulum præsens nostri Regis, & Regis Alph. 389. & 437. infra tom. 5. vbi quòd pro venditionibus, siue adiudicationibus feudorum, quæ fiunt pro dote, vel eius restitutione, non soluatur decima, nec tatenus, & illa rubrica est manca, quia dicit, de non soluendis decimis in adiudicationibus, seu venditionibus feudorum, debet enim subdi, quæ fiunt pro dote, vel restitutione, & tetigi superius nu. 64. 65. ideoque melius videtur, & clarius in d. cap. 389. licet decretatio facta per Regem dicat, quòd seruentur ea, quæ seruari solita fuerunt in aduentu suo ad hoc Regnum, & hæc, quæ sunt dicta in præsenti declaratione videtur limitare ea, quæ ponũtur per DD. & quæ tetigi infra in capit. 116. Regis Caroli ampl. 9. tom. 8. vbi posui causam dotis
90 † eiusque restitutionem esse causam vo-
luntariam ex Surd. cons. 112. nu. 41. & 64. libr. 1. Signorol. cons. 176. num. 5. ratione quia maritus non cogebatur dotem recipere, licet postquam illam recepit, cogatur restituere soluto matrimonio, Paris. cons. 69. nu. 26. vol. 2. Alex. cons. 99. in fine vol. 7. Berous cons. 134. num. 10. vol. 2. & subdit Surd. loco citato, illud dici debi-
91 tum † voluntarium, quando quis incidit
in illud propria voluntate ex proprio contractu, vel facto nulla iuris subsistente necessitate, principio attento, & origine, allegat Crauett. in responso pro genero num. 32. cum pluribus seq. & decis. Pedam. 167. habito respectu ad originem debiti, non autem ad id, quod in alterius consequentiam prouenit, Aret. in l. is potest in fine ff. de acquir. hæredit. vbi
92 ait quòd non dicitur actus † necessarius
ille, qui sequitur ex alio actu necessario præcedente, sed talis dicitur voluntarius propter originem, Imol. in l. gerit ff. de acquir. hæredit. Corneus cons. 292. col. 2. in fine vol. 1. (quæ facere possunt ad ea, quæ scripsi in commentar. Consuet. Panor. cap. 26. nu. 125. vbi quòd non debetur laudimium, quando adiudicatio fit ex causa necessaria) quæ tunc dicitur quando absque hominis facto ex legis dispositione aliquid causatum esset, vt post Crauett. & decis. Pedamon. declarat Surd. d. nu. 64. in tantum vt non obstante

93 † quòd debitum fuisset in persona vnius
necessarium, nam etiam in personã eius
hæredis, erit adhuc necessarium, & non
voluntarium, vt per eundem Surd.nu.71.
reprobatis nonnullis, & sic, vt concludam
non videntur procedere prædicta circa
dotis constitutionem, vel restitutionem
stantibus dictis capitulis Regni 389. &
437. Regis Alph. superius citatis.

Declara sexto secus esse quando v. g.
94 essemus † in diuersis personis, vtpuia
patris, & filij, & fratris, quia si vnus sol-
uit adoham, & eodem anno moritur fra-
ter, vel filius succedens imputaret in re-
leuio adoham eodem anno per prædeces-
sorem solutam, ne dupplici onere præ-
grauetur, vt dixi in d.cap.39. Regis Ia-
cobi in 4. intellectu ex Fabio Iordano, &
alijs, & faciunt quæ subdam in sequenti
proxima declaratione, non puto sic in de-
cima, quia toties quoties fit alienatio,
solui debet eodem anno, & differt à re-
leuio, quod super fructibus debetur, deci-
ma vero de quantitate pretij, vt vidi-
mus supra.

95 Declara septimo iddem esse quando †
eodem anno pater, & filius morerentur
vnus post alium, nam etiam filius soluit
dictum releuium, sicut & alius succedens
vt ait Ysern. in d. constit. post mortem,
etenim vnũ releuium est soluendum, vt
ait idem Fab. Iordanus in Additionib. ad
d. const. post mortem d. tit. 25. de morte
Baronis nunt. vbi ita sic fuisse decisum *
per Regiam Cameram ea ratione, de qua
tetigi supra in præcedenti declaratione,
ne scilicet solui contingat vniuersos fru-
ctus illius anni.

Declara octauo, vt ad dictum releui-
96 um † non teneantur fratres secundo ge-
niti, quibus debetur vita militia, qui non
contribuunt in d. releuio, & ita fuisse etiã
decisum * in d. Regia Camera ait idem
Fab. Iordanus loco citato, & tetigi infra
in capit. 117. Regis Caroli versic. Item
absque eo, tom 8.

97 Declaratur nono etiam secus esse †
quando essemus in nona concessione fa-
cta per Regem, quia non præstabitur re-
leuium prædictum, vt dixit Ysern. in d.
constit. post mortem, & in tit. per quos
fiat inuestit. §. sed, & Rex, tamen vide-
tur sentire quòd soluatur paulo inferius
ibi, ex quo secundum vsum Curiæ sol-
uitur, &c.

Declaratur decimo secus esse in Ec-
98 clesia † quæ non soluit ipsum releuium,
dixit idem Ysernia in d. constit. post mor-
tem, & in cap. 1. §. similiter de capit. qui
cur. vendid. vbi loquitur in Prælato Bon-
iorn. hic, & in his omnibus, subdit, spec-
tandam esse consuetudinem, vt in d. §. si-
militer de cap. Corradi.

Declaratur vndecimo secus esse in mu-
99 liere pro dotario † quæ non soluit ob hoc
releuium, quando petit assecurationem
secundum formam constitutionis, Mulier
quæ dotarium, sic Ysern. in d. constit. post
mortem.

Declaratur duodecimo, vt ista deci-
ma, de qua hic sit facienda, & solutio sol-
100 uenda † secundum tenorem instrumenti,
non autem secundum effectum, sed secun-
dum substantiam (arg. eorum, quæ dicam
infra circa taxationem, & pandectas no-
tariorum in cap. 276 Regis Alph. versic.
declara, tom. 5.) ita vult Bart. in l. in of-
ferendis C. de appell. vbi ait quòd si ex
forma statuti decimũ sit soluendum com-
munitati, erit facienda solutio secundum
tenorem instrumenti, non autem secun-
dum effectum, & ideo si instrumentum
sit de centum libris, & in effectu creditor
non possit consequi, nisi decem, gabella
erit soluenda pro centum, Surd. cons. 66.
101 nu. 8. lib. 1. sicut si dictaret statutũ † quòd
de lite soluatur decima pars probata, at-
tenditur quantitas, super qua lis est con-
testata, non autem ea, quæ est in senten-
tia, vel quæ in effectu debetur, Bartol.
Mathesilian. Iason. Neuizan. Rolland. &
alij per Surd. citati nu. 10. Ceuaglios in
suo specul. opin. comm. contra commun.
quæst. 60. nu. 5. Iaffred. decis. 94. Afflict.
decis. 297. Pluries &c. & alij, de quibus
per Marc. Ant. de Amatis decis. 5. num. 1.
& sic attendi debet quid, & quantum fu-
erit petitum l. pen. §. quoties, & ib. Bald.
ff. de iurisd. omn. iudic. & quæ dixi ad
propositũ in cap. 24. Regis incliti Ioãnis
sub vers. datur ne. limit. 1. infr. tom. 6. Bec-
cius cõs. 47. n. 32. vbi quod attenditur id,
quod principaliter fit, nõ quod in alterius ve-
nit consequentiam (argum. eorum, quæ
dico in proposito circa donationem insi-
nuandam infra in cap. 68 Regis Ferdi-
nandi ampl. 3. tom. 7. & faciunt hæc pro
pandectarum, iuribusq. prouisionum iu-
dicum arg. eorum, quæ scripsi in cap. tit.
188. sub versic. cum hoc quidem n. 2. & 6.
tom. 4 & nota quia est pulchrum.

102 Declaratur decimotertio secus esse †
in reluitionibus ipsorum feudorum stan-
te pacto de retrouẽdendo, quia tunc nul-
la est soluenda decima, vt tetigi supra n.
8. & habetur infra in capit. 533 eiusdem
Regis Alphon. d. tom. 5. & ibi est casus,
quòd etiam trahitur lex ad præteritas

ven-

venditiones factas cum dicto pacto de retrouendendo, cum regulariter respiciat futura, & est vltra casus, quos dixi supra eod. in cap. 6. nu. 18. cum seq. vsque ad finem cum cõcordantibus ibidem citatis.

103 Declaratur decimoquarto † vt possit pro releuio non petito fieri compositio dicam infra in d. cap. 452. Regis Alph. in 3. limit. tom. 5. & iddem dicerem de decima in quantum pæna esset, non quantum est creditum, quia Fiscus non solet facere de ea compositionem, & sit finis huic celebri, & vtili commento.

Matius Muta V.I.D.

Vt nullus recipiat in famulum, vel socium aliquem stipendiarium.
Cap. CXI.

CVM ex dono gratiæ largitoris excelsi, & ad id etiam gratia fideles nostros Siculos affectu Regio, seu potius paterno commoti, condunationes collecta multitudine hominum in eorum ædibus inter, & extra celebrare præsumunt, & quod peius est, cum litigaturi ad curiam nostram venire proponunt, amicos, vassallos, recommendatos, & affidatos eorum conuocant, & ijs collectis ad nostræ Maiestatis præsentiã se præsentant, quod satis graue gerimus, & moleste, cum in nostro Regali Consistorio vnusquisque securus accedat. Decreuimus igitur, & denuntiando mandamus omnibus Regni nostri nobilibus, videlicet Comitibus, Baronibus, militibus, burgensibus, & alijs vniuersis, vt nullus eorum huiusmodi coadunationes hominum, & conuenticulas illicitas in aliqua parte Regni nostri colligere audeat, vel præsumat, nec ad nostram Curiam pro eorum causis, & quæstionibus accedentes cum dictis congregationibus, & coadunationibus hominum veniant, nisi de expressa nostra conscientia, & mandato, cum in ijs casibus comitiua eorum continua ipsos volumus esse contentos. Si quis vero contra hanc nostram constitutionem venire tentauerit, si Comes fuerit, vel Baro magnus, vncias auri centum, si minor Baro, vncias quinquaginta, si burgensis, vncias quindecim Curiæ nostræ persoluet. Illum autem, qui ad prædictas conuentiones, & condunationes vocatus, vel sponte accesserit, & pænas prædictas, vt supra distinctum est, subire volumus, & iubemus quarum augmentationes, & diminutiones nostro arbitrio reseruamus secundum facultates, & conditiones contrauenientium faciendas.

DE consimili contextu vide quæ ponam infra in cap. 114. vbi est materia concordans cum hoc textu, & ibi adduco alia capitula consimilia cum iure communi.

De non fauendis Iudæis. Cap. CXII.

AD nostræ Maiestatis peruenit notitiam nonnullos nostrorum fidelium tantæ audaciæ, tantæquè temeritatis existere, vt Iudæos, quos seruos nostræ Cameræ reputamus, in eorum protectionem suscipiunt, & ipsorum se faciunt defensores, non aduertentes quòd ex hoc Curiæ nostræ iuribus debitis per iudæos eosdem vertitur detrimentum; circa quod meritò prouidentes, præsenti constitutione iubemus, vt nullus Regni nostri nobilium, Comes, Baro, Miles, Burgensis, vel quis alius Iudæum aliquem sibi recommedatum accipiat, nec eius se cõstituat protectorem, nec, cum à nostris officialibus iura, & seruitia à prædictis Iudæis nostræ Curiæ debita exiguntur, pro eisdem Hæbreis intercessor, seu defensor accedat. Is autem, qui contrafecerit edicto præsenti, si Comes, vel Baro magnus fuerit, vnciarum auri quinquaginta, si minor, vel miles simplex, vnciarum vigintiquinque, si burgensis, vel aliquis alius, vnciarum auri decem pænam se nouerit incursurũ. Iudæi vero, qui se aliquorum ex prædictis nostris fidelibus, recomendationibus, protectionibus, & defensionibus modo, & forma præmissis submicti præsumpserint, pænam vnciarum quinque se nouerint soluturos, fiscalibus commodis applicandam. Quam pænam si dicti Iudæi soluere nequeant, eos luere volumus in personis.

SVMMARIVM.

Iudæi possunt esse in protectione Principis, non alterius nu. 1. & an possint expelli à territorio, nu. 6. 7.
Saluus conductus potest per Principem concedi Iudæis, nu. 2.
Ciuilitas potest conferri etiam Iudæis, num 3. 4.
Iudæis dicuntur de corpore ciuitatis, & populi, & potest illis dari ciuilitas, ibid. & ligantur statutis pœnalibus, nu. 5.
Priuilegia etiam non subditis conferri possunt, nu 4.
Statutum pœnale ligat Iudæos nu 5. 9.
Rex non potest expellere Iudæos de suo territorio absque peccato, sed tollerare debet quantum potest, nu. 6. & hoc ob gratiam, & pietatem, nu. 8. etiam ab Ecclesia nu 25 nisi immineret scandalum, ac periculum christianorum, nu. 7.
Iudæi per mortem Christi facti sunt serui, ibidem, & nu. 22.
Statutum ne quis exerceat artem aliquam in diebus festiuis an liget adhuc Iudæos, num 9. cum seq.
Permisso vno, veniunt omnia consecutiue, quæ ex illo sequuntur, n. 11. declara, n. 13.
Iudæi non ligantur constitutionibus ecclesiasticis spiritualibus, nu. 12.
Iudæi habẽt eorum festiuitates, & leges Mosaicas, in quibus non sunt molestãdi, ibid.
Iudæi licet non possint excommunicari, possunt quoad pœnam pecuniariam puniri, nu 14. 15.
Clericus si esset percussus à Iudæo, non incidit Iudæus excommunicationem, sed potest castigari pœna pecuniaria, vel aliter nu. 15.
Iudæi. & Saraceni quomodo intelligantur subiecti Sanctæ Rom. Eccl. n. 16. 17. 18.

Omium

Ouium appellatione veniunt Christiani, ibid.

Bouum appellatione intelligũtur Iudæi, & alij infideles, ibid.

Iudæi, & cæteri infideles non sunt commissi quoad pastum Petro quoad spiritualia, sed quoad dominium, & potestatem sic, nu. 17.

Iudæi habitantes in terris Principum sæcularium sunt de eorum iurisdictione sæculari, nu. 18. & quid quoad ea, quæ sunt mixti fori, nu. 19.

Forus mixtus quomodo intelligatur, ibid.

Iudæi an possint puniri per Iudices Ecclesiasticos pro blasphemia, & maledictione in Deum, nu. 20.

Ecclesia tolerat Iudæos ex misericordia, & pietate, nu. 21.

Iudæi viuentes quietè sub protectione Ecclesiæ an possint dici fideles, & deuoti, & quomodo, ibid.

CONSIMILEM
titulum fecit Rex
Petrus infra eod.
post capit. iiij. eius-
dem Regis Petri, &
colligitur quòd so-
1 lus Princeps est †
qui dicitur in pro-
tectionem habere, fauere, siue fouere Iu-
dæos, & non alijs per rationes, quas dedi
supra in cap 68. & 69 propè principium,
hocquè colligitur nedum ex forma iuris,
per quod disponitur Principem prote-
ctioni suæ eos habere l. Iudæos C. de Iu-
dæis, sed etiam per constitutiones Regni,
l. qui in posterum de defens. & in constit.
super incisionibus, de malef. clandestinis
lib. t. quia dixi in consuet. Panormi cap.
25. sub num. 19. Principem debere adhuc
eos diligere, ea nempe dilectione finali
ob spem, vt conuertantur ad fidem: Sic
videmus hac ratione posse eis commea-
2 tum † siue saluum conductum concedi, &
illo gaudent, vt post Decium cons. 51.
col. 2. sequitur Natt. ad Alex. cons. 99. vol.
2, Sic est etiam quòd potest eis conferri
3 ciuilitas † & tractari tamquam ciues ex
his, quæ tetigi in commentar. Consuet.
S. P. Q. P d. cap. 15. n. 8. addo Boss. de dan-
nat. coitu nu. 20. Alciat. cons. 458. relatos
per Surd. cons. 497. sub nu. 7. & cons. 498.
à num. 9. cum seq. vol. 4. vbi quòd Iudæus
dicitur de corpore ciuitatis, & de popu-
lo l. Christianis C. de pagan. Alex. d. cõs.
99. nu. 2. & 3. vol 6. Beronm cons. 28. n. 19.
vol. 3. Marquard. de Iudæis cap. 1. nu. 3.
& cap. 2. nu. 1. part. 2. qui multos allegat
quòd sunt de corpore ciuitatis, nam pri-
4 uilegia † etiam non subditis concedi pos-
sunt, Abb. Fælin. citati per Maynard. de
priuil. ecclesiast. art. 15. nu. 17. Surd. cons.
2. nu. 18. 19. & seq. idem Maynar. art. 20.
nu. 14. adeout concessum, vel prohibitũ
ciuitati, vel vniuersitati, intelligatur
etiam concessum, vel prohibitum Iudæis
in eodem loco habitantibus, idem Surd.
nu. 11. & Alex. cons. 75. num. 9. vol. 5. Bar-
bat. cons. 15. nu. 2. vol. 1. Corn. cons. 114.
in fine lib. 1. Marquard. d. cap. 2. num. 4.
& subdit idemmet Surd. nu. 12. quòd sta-
5 tutum † etiam pœnale ligat ipsum Iudæũ
ex Alex. d. cons. 99. & cons. 12. num. 7. vol.
6. Becius cons. 48 nu. 7. Decian. in tract.
criminal. cap. 14. nu 9. lib. 5. & prout sub-
dam inferius nu 9. cum seq. Sic etiam eis
potest competere in integrũ restitutio ex
Crauett. cons. 71. col. 7. Abb in cap. sciscí-
tata de in integr. restit. Natt ad Alex. d.
cõs. 99. vol. 6. intantũ vt dicant DD. quòd
6 nec possit Rex † sine peccato expellere
Iudæos de suo territorio, sed debet tolle
rare quamdiu potest, etiam per S. Pontif.
vt dicit Oldrad. cons. 87. & cons 264. Ia-
son in l. apud Iulianum §. constat nu 29.
ff. delegat. 1. Alex. d. cons. 99 num. 18. Be-
cius cons. 84. num. 8. de quib. per Surd d.
cons. 498. in princ. & cons. 174. col. 2. lib.
2. Innoc. in cap. quod super his extr. de
vot. & vot. redempt. Iacobin. de S. Geor-
gio de feudis in verbo, vltimo quæro
fol. 12. qui dat rationem, quòd per eorũ
consortium possumus eos lucrari Deo
Omnipotenti, aliter non possemus lu-
crari, sicque illa tollerantia, quam fa-
cit Princeps in non expellendo Iudæos
ipsos, est ex pietate, & gratia vt subdic
ipse ibidem, cap. etsi Iudæos, & cap. si
7 multorum extr. eod. aliter † si immineret
scandalum, & periculum Christianorum
deberent siquidem per ipsum Principem
expelli, vt dixi in d. cap. 68. tunc enim &
expellere, & vendere eos posset, quia per
mortem Christi facti sunt serui, vt ex
hoc capit. colligitur, & subdam inferius
nu. 22. d. cap. etsi multorum, cùsque auser
re bona, & sentijt optimé Surd. d. cons.
498. sub nu. 24. & 25. vbi dicit quòd tunc
expelli non possunt, quando starent intra
terminos suæ Iudaicæ legis, nihilque
committerent contra fidem nostrã Chri
stianam, & Catholicam, nec in eius op-
probrium, & dedecus, Innoc. in d. cap.
super his devot, Bald. cons 315. vol. 1. vbi
habetur ꝙ satis est quòd per viã patien-
tiæ, & non permissionis tollerantur, cum
sit

8 sit mera gratia † quæ est in facultate Principum, vel Pontificis, vt subdam inferius, & non tollerando nemini iniuriã facerent, cũ suo iure vtantur ex Oldrad. loco citato n.4. Paris de Put. de reintegr. feud. cap.14. nu.6. Marquard. part.1. cap. 7. num.4. ideoquè parcat mihi Surd. d. conf. 122. nu. 20. vbi ait quòd si fiat sta-
9 tutum † ne quis audeat exercere artem aliquam in diebus festiuis (iuxt pragm. huius Regni 12. & 13. tit. 79. de var. ordinat. tom.1.) non includantur Iudæi ex Bald. conf. 112. vol.4. & Tiraq. de primogen. quæst. 66. n.33. quia hoc non videtur mihi tutum, ex quo esset in opprobrium nostræ fidei, & licet sit verum quòd constitutiones ligant eos in temporalibus, non in spiritualibus, vt modo dicam, tamen quando non stant in eorum terminis, & in opprobrium nostræ fidei quid commi&terent, puto constitutiones spi-
10 rituales eos ligare † & possunt soluere pœnas pecuniarias contrauenientibus impositas, & ita intelligo ipsum Surd. d. conf. 498. in principio, qui ait post alios quòd dictis Iudæis permitti debet, vt vtantur eorum lege, & secundum illam
11 viuant, ex quo vno permisso † idest dicta tollerantia, veniunt omnia, quæ ex illo consecuntur l.2. ff. de iurisd. omn. iudic. l. veteres, & ibi Alberic. de Rosat. ff. de itin. actuque priuat. Carrocc. in cap. cum quid part.1. de regul. iur. in 6. & consequenter eorum assertiones tollerari debent Cardinal. in Clem. 1. §. fin. quæst. 19. extr. de vsur. ratione quia non ligan-
12 tur † nostris constitutionibus ecclesiasticis quoad spiritualia d. cap. gaudemus de diuort. & portæ Cæli eis clausæ sunt, vt per eundem Surd. d. conf. 122. col.3. & nu.18 & seq. qui subdit n.19. quòd Iudæi habent eorum festiuitates, nec in eis sunt aliquo modo molestandi, nec infestandi per cap sicut de Iudæis: & si v.g. Iudæus diceret vsuram non esse peccatum, vel sufficere restitutionem sine penitentia, non posset puniri, quia est sua lex, & consequenter nec dicetur hæreticus, nec potest excommunicari ex Bald lo. Andr. Gondisalu. Cardin. Aret. Bonifac. de Vitalinis, & alijs per Surd. citatis d. conf. 498. num.4. & 5. Est verum tamen quòd intelliguntur venire con-
13 cessa ea † quæ ex necessitate, non autem ea, quæ ex voluntate, & ad benè esse, nec ad rei substantiam requirerentur, vt per text. l.1. §. fin. ff. si vsufr pet. l. obligationum ferè §. placet ff de action. & oblig. l. fundum sub conditione §. 1. ff. de leg. 1. dixit Surd. loco citato sub nu.24. ex Bar. in l. ambitiosa nu.22. ff. de decret. ab ordin. Roman. conf. 330. Carrocc. & alijs, tollerare autem Iudeos non est ex necessitate, sed ex patientia, vt terigi superius: Sicut etiam est verum quòd licet excommunicari non possunt (stante quòd ad spiritualia, & quæ concernunt animæ remedium non ligentur) attamen quo
14 ad pœnam pecuniariam † possunt puniri vt subdit ipse Surd. num. 26. ex Bald. d. conf. 315. immo per indirectum possent excommunicari v.g. interdicendo fidelibus, ne cum eis communicent vel conuersentur, vt conclusi supra in d. capit. 68. ampl.2. prout subdit ipse Surd. nu.28.
15 quòd iudæus percutiens clericum † licet non excommunicari possit, & consequenter non incidat pœnam canonis siquis suadente 17. quæst.4. tamen pœna pecuniaria castigabitur ex Decian. in tract. crimin. lib.5. cap.13. nu.17. vel pœna corporali arbitraria carcerum, triremium, vel similium, fustigationis &c. ¶ Sicut etiam facit S. Romana Ecclesia, & Christi Vicarius P.M. cui omnia subiecta sũt oues, & boues, & pecora campi ex Psal. 8. vbi gloss. subdit, quòd omnia dixit, quia
16 nec celestia, nec terrestria dimisit † vt ex Oldrad. conf. 72. sub nu.3 & arg. cap. si romanorum dist.19. per oues namque subaudimus Christianos, quorum pastor bonus fuit Christus, qui animam suam pro nobis posuit Matth. capit. 10. & cap. tres 23. quæst.4. quos pascendos tradidit Petro, & eius successoribus cap. in scripturis 8. quæst.1. latè Io. Philipp. Maynar. de priuileg. Eccles. art.2. nu.10. cum seqq. Illustriss. Cardin. Bellarm. de Rom. Pont. cap.13. lib.2. tom.1. idē Maynard. cap.4. quasi per tot. cum concordantibus adductis per Afflict. in constit. Regni, inconsutilem nu.4. de hæret. & patar. per Boues autem, & pecora intelligimus Saracænos, & Iudæos, similesq; qui veluti bestiæ ratione carentes relicto vero Deo colunt idola (& per ea quæ dixi supra eod. in cap. 66.) Est verum quòd licet istæ
17 bestiæ † quoad pastum Petro non videantur commissæ, hoc est quoad spiritualia, vt tetigi superius, & per Marquard. de Iudæis cap 9 nu.5. fol.100. l bt.2. Marant. de ordin. indic. part. 3. principali nu.59. & part.4. dist.21 num.67. & Surd. modo citatus, sunt tamen pedibus eius subiecti quoad dominium, & potestatem,
18 & propterea licet ipsi Iudæi † quando habitãt in terris Principum secularium sint de eorum iurisdictione, & non de eccle-

ecclesiastica vt ait Surd.d.cons. 497. nu.
9.&10.& cons.498.nu.6.& 7. libr. 4.per
Clement.1.& ibi Canonistas extr.de Iu-
dæis, Anchar. cons. 15. per totum, non
tamen videtur benè intellexisse ipsum
Surd. dum vult quòd in ijs, quæ saltim
19 sunt mixti † fori, idest quod lege Cano-
nica, & ciuili est dispositum, quia hoc di-
citur esse mixti fori vt per Goffred. in c.
cum sit generale de for.comp. vbi Abb.
nu.4. Marianus nu.26. Soccin. cons. 119.
nu.7.vol.4. Decian. in tract. criminal.cap.
26.nu.63.libr.4 Surd.consil.304. num.3.
libr.3.non possit Iudex Ecclesiasticus co-
gnoscere, quinimmo teneo contrarium
supra in d.cap.68. vers.& èconuerso, ibi
difficultas est, quicquid etiam dixerit
idem Surd.d.cons.304.nu.8. post Socci.d.
20 cons. 119. qui † voluerunt quòd Episco-
pus punire non potest Hæbreũ pro blas-
phemia, & maledictione in Deũ, ratione
quia canones hæc prohibentes non in-
cludunt hæbreos, nam hæc ratio friuola
21 est & sic consequenter ipsa † Ecclesia eos
substinet ex misericordia, & isto casu Iu-
dæi possunt quodammodo dici fideles, &
deuoti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, dum
quietè viuunt, ex quo ecclesia eos mise-
ricorditer protegit, fouet, & amplecti-
tur, vt per Surd.d.cons.498.num.31.d.c.
sicut extr.de Iudæis, Marquard. loco ci-
tato part.1.cap 2.num. 2. vbi plus dicit,
nempè quòd includitur Iudæus sub sta-
tuto dicente, de fideli, & deuoto S. Ro-
manæ Ecclesiæ, subaudiẽdo de militante
non autem de triumphante, & per ea,
quæ ait Bonifac.in Clement.1. nu. 60.&
seq.extr. de testib.
Noto primo, ibi seruos nostræ Came-
22 ræ, quòd Iudæi † dicuntur, & vocantur
serui Cammaræ Regiæ, tetigi superius
nu.7.concordat cum alio cap. Regni Re-
gis Alph. 350. propè princip. ibi, che li
Giudei serui della cammara Regia.

Marius Muta V.I.D.

CONSTITVTIONES FACTÆ IN VRBE PANORMI

PER DOMINVM NOSTRVM REGEM FEDERICVM

ix. Madij v. ind.

De non portandis armis per ragacios, coquos, bordonarios, seruos, Comitum, Baronum, militum, & aliorum, Cap. CXIII.

Si iura repetamus anciqua, vsus armorum omnibus erat prohibitus, exceptis militibus, quorum erat officium pro conseruanda pace publica, & defensione patriæ arma portare. Subsequenter autem, bellorum ingruente tempore, tam per prædecessores nostros diuæ memoriæ, quàm per Maiestatem nostram concessum extitit, vt filij militum, & Baronum, siue ballecti, & familiares, qui ab eis quotidianum victum recipiunt, & vestitum, possint similiter sine pænæ formidine arma deferre, prout in pluribus nostris constitutionibus superijs editis, extitit ordinatum. Nunc autem prædictorum vsus armorum per illicitam vsurpationem,

nem, ad tantam diſſolutionem deuenit, vt non ſolum prædicti Comites, Barones, milites, & eorum filij, & ballecti ipſa arma deferunt, ſed perſonæ viles, & proniores ad malum, puta bordonarij, coqui, ſcutiferri de ſtrilla, Ragacij, & ſerui prædictorum Comitum, Baronum, militum arma deferunt, & cultellos feritorios, & enſes, & bucularios continuo portare aliquatenus non formidant. Cumque hoc ſit pacifico ſtatui noſtrum fidelium periculoſum, & ſatis incongrum videatur, vt quòd burgenſibus alijs, & mercatoribus honeſtæ vitæ prohibitum eſt, hoc prædictis perſonis vilibus, leuibus, & indignis aliquatenus concedatur: prouidimus dictam vſurpationem pæna caſtigari condigna. Idcirco mandamus, vt nulla prædictarum perſonarum, prædicta arma prohibita portare præſumat de cætero, ſub pæna in talibus ordinata, quam ſi propter paupertatem ſoluere nequiuerit, fuſtigatione per totam terram, in quam inuentus fuerit, per offitiales eiuſdem prouinciæ, ſiue terræ decreuimus eſſe damnandum. Et nihilominus dominus eius, qui permiſerit ſcienter ipſos dicta arma portare, pæna portationis armorum omnino mulctetur.

Vide infra in cap. 51. Regis Martini, verſic. arma molita, vbi facio mentionem de multis regni capitulis de hac materia portationis armorum, tom. 3.

De illicitis conuenticulis, & auxilijs non præſtandis. Cap. CXIIII.

Quia frequenter contingit quòd ſub prætextu liciti multa illicita committuntur, vt puta quòd ſub prætextu conſanguinitatis, affinitatis, & amicitiæ tempore, controuerſiæ, quæſtionis, vel inimicitiæ contractæ, vel potius contrahendæ, aliqui Barones, milites, feudatarij, vel burgenſes, & populares, volentes Comitibus, Baronibus, vel militibus ſub ſpecie dictæ amicitiæ, vel proximitatis applaudere, eorum partes aſſumunt, & eis impendunt partialitatis auxilia, conſilia, & fauores, non aduertentes quantum hoc noſtræ diſpliceat Maieſtati, quæ multoties dictas conuenticulas, & collegia illicita vetuit, & ſtatum turbare pacificum noſtrorum fidelium ſubiectorum. Multi etiam Comitum, Baronum, & militum, confidentia talium adiunctorum, multa enormia delicta committunt, ſperantes ſe eſſe maiori conſanguineorum, affinium, & amicorum multitudine roboratos, quæ ſi ſoli, vel tantum cum ſuis eſſent, non auderent aliquatenus attentare. Idcirco volentes talibus exceſſibus condignis pænis penitus

tus

tus obuiare, mandamus, vt nullus Comes, Baro, miles, feudatarius, vel burgensis, ac etiam popularis, alicui Comiti, Baroni, militi, vel burgensi habenti brigam, rixam, & inimicitiam publicam, vel occultam prædictis personis sub modo partialitatis adhæreat, dando sibi opem, auxilium, vel fauorem; exceptis familiaribus, vel militibus, qui soliti sunt hactenus à prædictis Comitibus, & Baronibus victum, & vestitum continuè recipere, vel tantum vestitum annualem sub pæna amissionis feudi, ac etiam de persona puniatur secundum nostræ arbitrium Maiestatis. Simplicibus autem militibus, burgensibus, & popularibus pæna secundum nostræ Serenitatis arbitrium imminente.

SVMMARIVM.

Congregationes hominum, & coadunationes in causis, & quæstionibus vertentibus sunt prohibitæ nu. 1. & 9. & quare nu. 3. & 14. amplia n. 27. 28. 29. 30. 31. 32. limita nu. 33. 34. 35.

Conuenticula illicita sunt prohibitæ, ibid. & turbant statũ pacificũ, nu. 3. 14.

Coadunationes illicitæ sũt ꝓhibitæ, ibid.

Feudum amictitur ob coadunationes, & conuenticulas illicitas, & congregationes, ibid.

Rixis se intromictentes ad fauorem unius partis contra alteram tenentur ad duplum, nu. 3.

Tumultus, & altercationes ne oriantur potest Princeps se intromictere etiã inter ecclesiasticas personas. donec iudex cõpetẽs prouideat, ibid. & nu. 4. ratio n. 5.

Ecclesiasticæ personæ an possint per Principem laicum cognosci in casu tumultus & quando vim facerent laicis, num. 4. ratio, num. 5. 6. & in quibus alijs casibus: nu. 7. 8. 9 10. 11. 12.

Clerici vim faciẽtes laicis an possint per iudicem laicum siue Principem cognosci, & quomodo, ibid. & quid in cohibendo tumultus. & in quibus alijs causis nu. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

Rex, siue Princeps tenetur sua iurisdictione compescere violentias inter quasuis personas, nu. 5.

Regum est facere vt sileat armorum strepitus, nu. 6.

Princeps quibus casibus potest se ingerere inter personas ecclesiasticas, nu. 7. 8. 9.

Literæ manutentionis possessionis possũt concedi per Iudicem laicum, etiam in spiritualibus, & ecclesiasticis, nu. 10.

Possessorium non est quid spirituale, sed temporale, ibid. & num. seq.

Iudex secularis cognoscit de possessorio retinendæ, vel quasi recuperandæ possessionis inter clericos, nu. 11. secus si adesset mixtura petitorij, nu. 12.

Rixa, vel briga quando fiunt potest ciuitas compellere ciues ad immutandum brigas, nu. 13.

Conuenticulæ, & congregationes faciunt oriri conspirationem aduersus dominũ, num. 14.

Conuenticulæ, & congregationes siue adunationes facientes vocantur diuisi in malam partem, nu. 15 16.

Pharisæi quasi diuisi in malam partem, ibid. & superbi, nu. 16.

Paragraphus dicitur à phares, quod est diuisio, & graphos, quod est scriptura, ibidem.

Regimina superiorum iudicantes, & super eis ponentes, dicuntur perturbare statum, nu. 16.

Statum perturbare dicuntur qui super regimine principis, se volunt ponere, ibidem.

Tumultus, & voces sediciosas facientes sunt pæna capitis ibid.

Conuenticulas & congregationes illicitas faciẽtes possunt inquiri per Fiscum captis informationibus, nu. 17.

Auxiliator, & adiutor pari pæna punitur ac principalis, & quandoque in plus, ibid. cum seq.

Fiscus potest capere informationes contra præstantes auxilium cooperatiuum, ibidem.

Auxilium præstantes in delictis opem, & fauorẽ quandoquè in plus puniũtur quã principales ob qualitatẽs inhærentes, nu.

Rr 18. cum

18. cum seq.
Auxilium dans filio occidenti patrem tenetur pœna parricidij, ibid.
Auxilium præstantes delicto, si sunt omnes principales, omnes sunt puniendi, num. 19. aliàs extra ordinem puniuntur, n. 20
Mandans non potest puniri de homicidio nisi constet quòd homicidium sit commissum, & effectuatum ab eo cui mandatum sit, nu. 21. cum seq.
Homicidium si est commissum, & non constat à quo, & poterat commicti ab eo cui iam mandatum non fuerat, non tenetur mandans, nu. 22. & quòd mandatarius erat facturus gratia mandantis, num 23.
Mandãs non tenetur de homicidio si mandatarius illud commisit non gratia mandantis sed per alios respectus, & coniecturas, sed mitius punitur, nu. 23.
Conuenticulas, & congregationes facientes gentes de vniuersitate, faciunt, vt tota vniuersitas possit puniri, nu 24.
Vniuersitas an, & quomodo dicatur delinquere, ibid & nu. seq.
Campanam pulsantes gentes de vniuersitate, an, & quando faciant puniri totam vniuersitatem, nu. 24.
Coadunationem habentes, siue factionem potius ad vnam personam, quàm ad aliam, vt alij opprimantur, puniri possunt, nu. 25.
Coadunationem habentes ad finem vt nullus deponat in fauorem Baronis, vel alterius puniri possunt, nu 27.
Conuenticula, & coadunationes in nulla parte Regni sunt licitæ maximè comparendo coram principe, vel officiali, num. 28.
Comitiua sunt prohibita præsertim accedendo coram officiali, ibid.
Patriæ quies, vel status quoties infestari timetur, omisso iuris ordine ad arma recurratur nu. 29.
Conuenticulas, & coadunationes, siue comitiuas facientes non admictitur ad fideiussionem, etiam idoneam, nu. 30.
Conuenticula, coadunationes, & congregationes, quas faciunt magistri in arte super venditione raubarum pro tanto pretio sunt prohibita. nu. 31.
Mastrantiarum capitula circa monopolia, & venditiones raubarum taxato pretio, vel quid simile, sunt prohibita, ibidem.
Conuenticula de Papatu sunt prohibita, & sapiunt hæresim, nu. 32.
Comitiuam solitam possunt portare Comites, & Barones maximè dato vestitu, victu, & c. nu. 33.
Tumultum vel brigham facientes non possunt omnes citari, etiam de ordine iuris, & quomodo, n. 34.
Citatio debet esse clara, ibid.
Conuenticula, congregatio, siue adunantiæ ad tractatum publicum, & officiale non sunt illicita, nu. 35. cum seq. præsertim si fierent pro seruitio patriæ, nu. 37. 38.
Consilium facere, & congregare amicos ad tuitionem licitum est, nu. 36.
Patriæ adhærere debemus, ibid.
Filius præsumitur de eâ affectione, cuius est pater, ibid.
Conuenticula, & congregationes contra prælatum excommunicatum, vel principem tyrannum valent nu. 38.

ORDINARIE solet in regnis accidere hæc materia, de qua recordor aliqua tetigisse in c. 38. Regis Iacobi sub versic. ratio, tom. 1. similemquè titulum habes supra eod. cap. cxi. in quibus omnibus prohibetur, ne pro eorum causis, & quæstionibus faciant sibi coa-
1 dunationes † nec congregationes hominum, neque illicitas sibi conuenticulas, eundem titulum habes infra in capite 3. Regis Petri hoc eodem tom. 2. per quæ etiam præcipitur, & mandatur omnibus ne adhæreant alicui habenti riuam, & inimicitiam publicam, vel occultam sub modo partialitatis dando sibi opem, auxilium, & fauorem sub pœna amissionis feudi, & de persona habes arbitrariæ in alijs, vt in fine nostri textus, estq. alius de casibus, in quibus perditur feudum vt tetigi supra in c. 35. n. 61. cũ seq. d. tom. 1. & supra eod. c. 50. in 1. notab. & in c. 108. n. 16. & quasi simile statutũ habes Ecturiæ in statu Ducis Florẽtiæ, per quod intromictẽtes † se in rixis ad fauorẽ vnius
2 partis contra alteram, teneantur in dupplũ pœnæ appositæ veris delinquẽtibus vt refert Petr. Caball. in eius resolutionib. criminalibus casu 56. nu. 103. & quæ subdam inferius, & num. 14. 17. Rationes †
3 sunt euidentissimæ positæ in textu, ob quam causam istæ conuenticulæ prohibentur, nempe quia turbatur status pacificus, & potest ob hanc rationem Rex, seu Princeps se intromictere etiam inter ecclesiasticas personas, suamquè inter eas accommodare authoritatem, ne tumultus, & altercationes oriantur, donec

Iudex

Iudex competens super eis prouideat vt
in indiuiduo ait Dominus Carolus Ta-
pia Regius Consiliarius in Regno Nea-
polis in Adnotationibus ad ius Regni
Neapolis tit. quando Rex inter Ecclesia-
sticas personas cognoscere posset fol. 26.
27. libr. 3. & maximè, vt ipse subdit, quan-
do laicus sibi subditus vim fieri sibi à Cle-
rico asserat, quia potest Rex illum de-
fendere † donec audito negotio per iuris
regulas à competenti Iudice ministrari
curet iustitiam ex l. 13. Hyspan. tit. 13.
part. 2. vbi Gregor. Lopez, l. 5. tit. 1. libr.
2. & ibi Didac. Perez, Rebuff. in tract. de
caus. benefic. possess. gloss. 6. ad constitu-
tiones Gallicas, Luc. de Penn. in l. si colo-
ni num. 31. C. de agric. & censit. libr. 12.
Auilas in cap. 1. prætorum vers. manda-
mientos nu. 8. pulchrè, & diffusius idem
Carol. Tapia, qui clarius loquitur eod.
5 tit. fol. 28. vbi dat rationem † quia hoc
non videtur sine causa, vt Rex cognoscat
de violentia inter ecclesiasticos, nam
cum Rex sit dominus territorij, tenetur
sua iurisdictione compescere violentias
inter quasuis personas, & quamuis res-
pectu coerctionis non sit dominus perso-
narum Clericorum, neque competens
Iudex ipsorum d. cap. si diligenti extr. de
for. compet. cum similib. nihilominus non
impeditur quin possit cohibere tumul-
tus, etiam inter non subditos, ex quibus
subditi adhuc vexarentur, & Rex ex hoc
non se intromictit circa cognitionem ip-
sius rei, sed efficit, vt eorum adeant Iu-
dicem, neque nemo ius dicat sibi, inte-
rimque sileat armorum strepitus, quod
6 propriè † officiũ est Regum, capit. regum
23. quæst. 5. Affl. decis. 24. Guid. Pap. de-
cis. 1. cum concordantib. allegatis per Ia-
cob. Menocch. de recuper. possess. remed.
15. n. 210. Couarr. pract. quæst. cap. 35. &
quæ suppleo infra in cap. 37. Regis Ca-
tholici Ferdin. limit. 17. tom. 7. & maxi-
7 mè † ne deueniretur ad illam resistentiã
propter iustitiã denegatã, de qua scripsi
supra in cap. 7. sub versic. iddem est si, ibi,
quæ quidem &c. vbi facio mentionem de
eodem Carolo Tapia; sicut videmus sub-
8 dit ipse Tapia quòd quoties † intra Ec-
clesiam positi contra fidem, & discipli-
nam agunt, rigore Principum tamquam
defensorum Ecclesiæ conteruntur, ex
traditis supra in cap. 1. sub versic. tertia
promissio: quemadmodum etiam quòd
9 potest princeps † secularis se ingerere
quando iustitia fuisset vel retardata, &
derogata per Episcopum, & Metropoli-
tanum, ita vt fiat deuolutio quodammo-
do ad se iuxta ea, quæ scripsi in capit. 18.
supra eod. & faciunt quæ circa hæc di-
cam in 18. limit. eiusdem Regis Ferdin.
quæ subsequitur post d. 17. limitationem
& cap. 43. versic. secundo consequenter,
ibi, quæ procedũt, d. tom. 7. vbi à simili di-
xi posse peti etiã in spiritualibus, & bene-
ficialibus literas de manutenenda posses-
sione, esto quòd fuerint per Iudicem lai-
10 cum concessæ † & fuit opinio Vincentij,
quem sequitur Io. Andr. in cap. fin. extr.
de iudic. Archid. Innoc. & Ant. de Butr.
ibidem, Fælin. in cap. sicut de re iudic. in
princ. quia possessorium non est quid spi-
rituale, sed temporale, vt dicit Arch. in
cap. 1. de restit. spol. in 6. Zabarell. in Cle
ment. dispendiosam de iudic. col. 5. op-
pos. 3. quæst. 10. gloss. in cap. literas de iu-
ram. calumn. in qua se fundat ipse Zaba-
rell. & dicit etiam eã notabile Gugl. de
Montelandan. in Clement. 1. de caus. pos-
sess. & propr. latè Guid. Pap. cons. 78.
circa processum in quo ventilatur, nu. 3.
versic. & ipse pater, & cons. 88. quod co-
lecta nu. 1. versic. constat enim, & num. 4.
versic. nec obstat, Bald. in l. si de proprie-
tate C. si à non compet. iudic. col. pen.
versic. quæro numquid possessorium, &
11 sic est casus quòd iudex † temporalis co-
gnoscit inter Clericos isto casu in mate-
ria possessorij retinendi, & quasi recu-
perandi, vt per eundem Guid. Pap. d. de-
cis. 1. qui loquitur etiam quoad clericũ,
& dixi in Ritu cap. 135. ampl 4 tom. 4. &
melius, & clarius idem Guid. Pap. decis.
85. Curia parlamenti, vbi in terminis
manutẽtionis rerum spiritualium, & ibi
adest forma sententia ipsius manutentio-
nis, & per Io. Fabr. in §. retinendæ col. 9.
versic. expediti de his, instit. de interd. &
fuit confirmata dicta consuetudo manu-
tenendi in possessionem etiam in benefi-
cijs per P. M. Martinum, quam refert
idem Guid. Pap. decis. 352. nu. 8. & d. de-
cis. 1. de quo ad aliud propositum memi-
nit Antonin. Xibecca in compendio Re-
giæ Monarchiæ n. 72. Io. Ferald. in tract.
de iurib. & priuil. Regni Franc. priui-
leg. 11. Rebuff. in tit. de caus. benefic. pos-
sess. art. 8. gloss. 2. Amod. à Ponte in tract.
qui sint iudic. in caus. feudali post quæs-
tiones laudimiales fol. 69. & facit capit.
14 Regni Regis Caroli, vbi Confratres
disciplinantium, & similium manute-
nentur in possessionibus Ecclesiarum, &
& confraternitatum per eos fundatarum
& nihilominus sunt loca pia, & spiritua-
lia, vt dixi ibid. Tom. 8. & ad propositum
d. decis. 1. Guid. Pap. & aliorũ addo ipsum

Carolum de Tapia loco citato d. fol. 26.
27. 28. lib. 3. & licet Couarr. pract. quæst.
cap. 35. dubitauerit de dicto possessorio
12 † in beneficialibus, præsertim quando
tale possessorium haberet mixturam pe-
titorij, fatetur tamen posse laicos Iudi-
ces extraordinariè cognoscere de tali-
bus possessorijs, ad effectum vt quieta
Respub. sit ex Afflict. decis. 2. & d. decis.
24. & in constit. Regni de burgensaticis,
ibique Io. Ant. Batius tit. 67. de sacram.
præstando à Baiulis libr. 1. vbi latissimè
ad hanc materiam, subdit enim ipse Ta-
pia quòd licet procedat aliqualis infor-
matio super possessione conquerentis, il-
la tamen fit ad iudicis instructionem, vt
tuta conscientia possit defendere eum,
qui se in possessione esse affirmat, & ti-
met potentiam aduersarij, vnde decre-
tum, siue authoritas Iudicis laici nihil
tribuit circa ordinariam possessionem;
& ista possessio, quam defendit iudex se-
cularis non dicitur possessio, sed possessio
nis Iudicis Ecclesiastici authoritate cap-
tæ defensio, & qui secuntur ecclesiasti-
cam iurisdicionem, non modo nõ lędunt,
sed illi nec minus obsequium, & brac-
chium præstant, arg. eorum, quæ posui
supra in capit. 1. quæ sint dicta cum om-
ni reuerentia S. Matris Ecclesię, cui sẽper
me subijcio, & si aliter ipsa statuit, reno-
co hæc omnia, & supplebo dante Domino
in d. c. 43. Reg. Cathol. Ferdi. loco citato
etenim, vt plurimum istis congregationi-
bus, & fauoribus deficientibus, cessarent
enormia delicta, quia quasi nemo solus
auderet criminosa facinora aliquatenus
attẽtare, quæ maiori consanguineorum,
vel amicorum multitudine committit, vt
hic sentitur. Adeoque odio habentur
isthæc omnia, de quibus hic, præsertim
in rixis, & brighis, vt possit Ciuitas ali-
13 quem compellere † & sit te, vel me ad
immutandum brigam vide Bart. in l. in-
terdum ff. quod fals. tut. & est textus etiã
Regni infra in cap. 51. Regis Martini, vbi
dixi in versic. rixas Tom. 3. quòd iustitia-
rij est etiam hæc cognitio: Estquè similis
dispositio de iure communi feudorum,
ciuilis, & canonici, per quod conspira-
tiones † conuenticulæ, & congregatio-
nes huiuscemodi sunt prohibitæ capit. 1.
§. conuenticulas. de pac. iuram. firmat l.
denunciamus C. de his qui ad Eccles. con-
fug. & multa iura affert Franc. Marcus
decis. 126. num. 2. Isern. Afflict. Aluarott.
Cardinalis, Bald. & alij, de quibus per
Menocch. cons. 28. in princ. lib. 1. ita vt
oriatur facile conspiratio contra domi-
num, vt sentit ipse Menocc. & hac de cau-
15 sa similes personæ vocantur † diuisi in
malam partem arg. Pharisæorum, à pha-
res, quod est diuisio vt ait ipse Marc. nu.
3. cui addo quæ dicit Iason in l. & si pe-
percerit §. filius sub nu. 11. ff. de liber. &
posth. vbi Bart. num. 9. quòd §. dicitur à
phares, quòd est diuisio, & graphos, idest
scriptura; quasi diuisio scripturarum; &
& multo magis quando essent occultè,
quia omni casu dicitur superbia, exquo
16 volunt super regimine † superioris se po-
nere, & iudicare, & consequenter per-
turbatur status, cum sit bellum ciuile,
Marc. vbi supra, & sic prohibitæ vt post
Guid. Pap. & alios concludit ipse sub pæ-
na vnius libræ auri; si congregatio esset
simplex, alias si esset tumultus, vel emit-
terentur voces sediciosæ esset pœna capi-
talis præcipuè contra authorem vt ibi
per eum num. 7. (arg. eorum quæ dixi in
cap. 18. no. 34. & seq. & cap. 93. no. 8. Re-
gis Iacobi tom. 1.) Et de his particulari-
bus sentijs, & scripsi supra in cap. 45. nu.
15. eiusdem Regis Iacobi post Bald. & Ia-
son addo Hyppol. de Marsil. in puncto lo-
quentem de istis conuenticulis, & con-
gregationibus dicit is singu. 400. vbi quòd
17 Iudices, † & Fiscales solent vt plurimum
formare inquisitiones, & capere infor-
mationes contra malefactores, & auxi-
liatores, dans normam circa materiam
auxilij cooperatiui, scilicet quòd opoe-
teat quòd ad hoc fuerint principaliter
coadunati, seu insimul congregati per l.
l. 3. §. homines ff. vi bon. rap. (eadem enim
pœna punitur auxiliator, ac principalis
Surd. cons. 574. nu. 20. libr. 4. & quando-
que in plus vt late ait Petr. Caball. in d.
casu 56. per totum; & præsertim à num.
102. cum seqq. maximè propter qualita-
18 tes † & circumstantias inhærentes ipsis
auxiliatoribus, & non principalibus, &
infero post Bart. ad illos dantes opem, au-
xilium, & fauorem delinquenti ad eius
securitatem inplatea, vel alibi, ibiq;
latissimè, & maximè si auxiliatores, vel
coadunati essent personæ nobiles, vel
magnates, quia in plus punientur quàm
populares, vel ignobiles ob dictas circũ-
stantias in hærentes Bart. in l. is, qui opẽ
num. 5. ff. de furt. ibique apportat aliud
exemplum de extraneo dante opem filio
occidenti patrem, nam tenebitur pœna
parricidij, & sic in plus per l. verum ff. ad
l. Pompei. de parricid. August. de Arim. in
addition. ad Angel. de malefic. in verbo
dicto maleficio &c. nu. 14. & 29. Cepoll.
cons. criminal. 34. num. 40. Felin. in cap.
sicut

sicut dignum nu. 1. de homicid. Conrad.
in pract.crim.tit. de consentientibus nu.
* 6.vbi docet de com. * opin. non obstante
quòd Bald.& Angel.teneant contrarium
** contra quos est magis ** com.opin.vt te-
statur Caballus num. 106. cum seq.) & si
appareret in facto omnes fuisse pariter
19 principales † tunc omnes prout delin-
querunt sunt puniendi Petr. de Anchar.
cons.217.Bart.in l.si quis §. si initium ff.
de furt.Bald.cons.229.col.vlt.lib.3.Alex.
in l.si duo patroni ff.de iureiur.in princ.
quod secus esset si non constaret omnes
fuisse in facto principales coadunatos,
quia tunc ex quo nescitur principalis de-
linquens, nec quis fuerit auxiliator, ne-
mo poterit de auxilio puniri Petr. An-
char. Marsi.& alij qui supra côcludentes
quòd incertitudo principalis delinquêtis
infert in accessorio impotentiam, & côse-
quenter nullitatem procedendi, si pro-
cederetur, idem Marsil.in l nihil interest
col.5.& in l.fin.col.6.& 7.ff.de sicar.& di
singul. 400. vbi quòd hæc sint menti te-
nenda, quia notabilia, & multum quoti-
diana, & habuisse pluribus vicibus in fa-
cto, Surd.pulchrè cons.40.n.9. lib. 1.qui
dicit quòd vbi non côstat de delicto prin-
cipalis, non potest contra alios procedi,
vt auxiliatores, quia incertitudo prin-
cipalis vitiat in accessorio ex Tancred.
Alex.Marsi.Anch.Bart.& alijs, est verum
20 quòd extra ordinem † puniri possunt, vt
post infinitos ab ipso Surdo allegatos nu.
43. sicque refert Marsil. se ter consuluis-
se, & obtinuisse. vnde infert num. 18.&
22.idem Surd. quòd mandans non potest
21 pro homicidio puniri † nisi constet quòd
homicidium fuerit commissum ab eo,
cui mandatum fuerat ex Ruyno cons. 6.
nu. 11.lib.5.ratione quia mandans tene-
tur non ex mandato affectuato, sed ex
delicto per ipsum mandatum effectua-
tum, & secutum l.non solum §.in manda-
to ff.de iniur.Foller.Marsi.& alij per eû.
Hinc dixit Ruyn.& Surd.vbi supra q si
22 fuit commissum homicidium † & non cô-
stat à quo, potuitquè commicti ab eo, cui
iam mandatum non fuerat, mandans est
omnino absoluendus (ex his, quæ ad pro-
positum etiam dixi supra in d. cap. 45. à
nu.17 cum plurib.seq.Regis Iacobi tom.
1.) est enim necesse quòd mâdatum exe-
quatur, & fiat omnino per mandatarium,
non per alium, vt subdit Surd.declaran-
do Nattam cons. 422. immo in tantum
est necesse quòd exequatur per manda-
tarium, vt intelligatur quòd pro certo
erat commissurus tale delictum, neque
aliter facturus, nisi gratia mandantis,
vnde si extarent coniecturæ quòd man-
23 datarius † aliàs non obstante dicto man-
dato esset facturus, tunc mitius punitur
ipse mandans non ex mandato, sed ex
consilio dato num. 13.14.15.16. ex Bald.
Bart.Ang.Iason Corn.Felino, & Marsil.
Petr.Caball.loco citato, v. g. quando ex-
tarent inimicitiæ inter ipsum mandata-
rium, & occisum, aut aliter, Ang. cons.
22. num. 9. Felin. Cæfret.& Grammat.d.
num. 15. per Surd. allegati. Et istud est,
quod videtur sentire Matth.de Afflic. in
constit.Regni, dubitationem no. 11. tit.
102. de contumacia vniuersitatis lib. 1.
vbi sentiendo de his conuenticulis, vi-
detur innuere, ideo esse prohibitas, quia
possunt, descendere in totã vniuersitatẽ
24 loci, sicque puniri dicta vniuersitas, scili-
cet, vt tetigi, quãdo v.g. cômunicato con-
silio factum esset delictum, quia aliàs
si non communicato consilio fit delictum
non dicitur vniuersitas delinquere ex
Bart. in l. aut facta §.fin. ff de pœnis, cuius
dictum, ait ibidem Affl. esse satis memo-
riæ commendandum, tamquam verum,
& quotidianum per text. in l. semper §.
2.ff. quod vi, aut clam, gloss. in l. aliud
§.refertur ff.de re iudic. Angel. Alberic.
Abb.Paul.de Castro, Luc.de Penn.& Hie-
ron. Tortqs, de quibus cum alijs pluribi
authoritatibus testatur ipse Affl.d. num.
11.12. & seq. vbi tamẽ si delicta fuissent
momentanea, quàm successiua ex Petr.
de Ancha.Cardin.Florent.Felino, & alijs
autẽ dicto quòd v.g. non esset tota vniuer-
sitas congregata, sed delictum fuisset fa-
ctum per paucos, tamen fuisset mox ra-
tificatum à dicta vniuersitate, vel ibidem
fuisset præsens quando delictum esset fa-
ctum per pauciores, & non contradixis-
25 set, aut quòd sonasset campanam † quia
in omnibus his casibus dicitur vniuer-
sitas etiam tota delinquere, & côsequen-
tur posset tunc puniri, vel pæna pecunia-
ria, aut criminali, puta vt perdat priui-
legium vniuersitatis, vel quòd sint serui
principis, si populus fortasse esset rebel-
lis, vel condemnari ad aratrum, ac deso-
lationem (vt de hoc particulari dixi su-
pra in cap. 25. versic. huc etiam confert)
& per ea, quæ tetigi supra in cap. 5. pro-
pe principium non esset licitum pluribus
26 habere affectiones adhærendo potius †
vni factioni quàm alteri, quoties hoc fie-
ret non propter bonum publicum, vt sub-
dam in 3. exceptione, sed propter pro-
priam vtilitatem, vt alij opprimerentur
quia hoc esset illicitum, & punibile, quasi
con-

contraheretur societas in pœnam innocentium ex Bart.intract.de guelphis, & gebellin.num.6.

Amplio primo multo magis habere
27 locum† in qualibet illicita congregatione, etiam ad illum finem, vt v. g. nemo deponeret in fauorem Baronis, vel alterius, quia hæc similis congregatio reijcitur tamquam turpis sic Guid. Papæ cons.211.nu.1.Bald.cons.37. titius locauit operas col.3.in antiquis, Aegid.Boss. in tit.de vnionib.& colligationibus, hæc etenim pacta, veluti fraudulenter inita non tenent, vt per Ant.de Butr.in cap.significante col.2.de Appell. Capic. decis. 209.num.30.

Amplio 2.vt illud, quod disponitur de
28 adunationibus † & conuenticulis, non debeat etiã fieri, nec colligi in nulla parte Regni, & maxime eundo cum simili comitiua coram Maiestate Regia, eiusque Viceregе, nec coram quocumque officialiali Regio pro quibuscumq; causis & quæstionibus, nisi de licentia,& mandato Regio sub pœnis pecuniarijs in d. cap.2. Regis Petri, ibi decreuimus, ratio est, quia non esset liber aditus tunc ad Regem, vt ibidem, & hic, arg. nobilium, & Doctorum, quibus semper liber est aditus ad Regalem maiestatem, vt ex Perno tetigi supra in cap.38. eiusdem Regis Iacobi nu.25.

Amplio 3. vt quoties quies, vel status
29 patriæ infestari timetur † omisso iuris ordine ad arma recurratur, vt post Anchar.cons.439.num.17. & seq.nouissimè Illustrissimus Cardinalis Tuschus conclus. 198. in verbo, ordo iuris, num. 9. tom. 5.

Amplia 4.vt isti tales facientes con-
30 uenticulas † & similia,non admittantur ad fideiussionem etiam idoneam Marsi. loco citato, nisi fierent ob bonum publicum vt inferius versic.excipe 3.

Amplio 5. vt iddem fit circa has con-
31 gregationes† & conuenticulas,siue adunantias, quas faciunt hodie artifices in Regno, qui cõgregant se faciendo statuta verbalia,vt res tanto pretio vendantur,& similia, per quæ bonum publicum infestatur, & Curia Prætoriana mihi testes in hoc,in qua hæc ventilantur quotidie, & aduertat Syndicus Vrbis ne fit fluxus in expediendo capitula Mastrantiarum, sed benè ea videat, & reuideat, & DD.examinant in tit.de Monopol.C.

Amplia 6. multo enormius esse quan-
32 do fierent conuenticulæ† de Papatu ipso Papa viuente, intantum vt sapiat veram hæresim dixi supra in cap. 52. eiusdem Regis Iacobi, versic.ea vero tom.1.

33 Excipe familiares,& milites † qui habent à prædictis Comitibus, & Baronibus victum, & vestitum, solentq; illum continuò recipere, vel tantum vestitum annualem, quia isti esto quòd inuenirentur in rixa, non dicerentur fautores, nec auxiliatores, ita habes ex isto capit. propè finem,ibi, exceptis familiaribus, tum quia hi tales non dicuntur se adhærere tamquam gentes partiales,vt est de intentione huius capituli similes gentes eijcere, sed stant in seruitio, & ita sentitur etiã supra in d. cap. cxi. propè medium, ibi continua eorum comitiua,ipsos volumus esse contentos, Barr. & alij in l. prætor §.hoc edicto ff. vi bon. rapt. Nostrates in d.cap. cxi.

Excipe 2.& dicas quòd nõ potest man-
34 dare † Iudex, vt nuntius citet omnes, qui faciunt brigam, vel aliquem tumultum,quia cum citatio debeat esse clara, ista non esset sic vide post Andr.de Ysern. Affl.in constit.edictorum sub nu. 10.rub. 96.de literis citatorijs lib.1.

Excipe 3.secus esse quando congrega-
35 tio, siue adunantia † fieret ad bonum,publicumquè finem, vt tetigi superius in 1.ampl.Crauett.cons.4.nu.14. 15. Bald. cons.319.libr.2. idem Crauett. cons. 18. num.10.Corn.Dec.& alij, de quibus per Menocch.d.cons.28.num.12.lib. 1.l.conuenticulam C.de Episc.& cleric.nam tūc licet, vt ait idem Bart. loco citato nu.6. 7.& 8. cum seq. vbi quòd si vna pars in Ciuitate tenderet principaliter ad bonum publicum, vt ciuitas rectè, & quietè gubernetur, aliterquè non posset aduersarijs resistere, nisi sub vno partialitatis nomine, tunc talis affectio in modum coadunationis,siue partialitas communiter est licita, nam subdit.ipse,quem-
36 admodum ad tuitionem rerum † licet congregare amicos, ita multo magis ad tuitionem publicam arg. l. 3.§.cum igitur ff.de vi, & vi armat.& num.9 subdit quòd ad vtilitatem prædictam publicam licitum est, etiam si perueniatur ad actum quòd rumor irrepserit, vel tumultus, ex hoc enim non incurritur lex seditionis (& loquitur ipse de tyranno principe deponendo) sicut fecie Paul. Apost.qui habuit hanc partialitatem, siue diuisionem ob bonum publicum,& iustum vt scripsi supra in cap.1. sub versic. tertia promissio propè medium, præser-
37 tim † si talis adunantia fieret pro seruitio patriæ, quia de iure naturali est, & de

de praeceptis iuris gentium, vt patriæ adhæreamhs, & quilibet esse creditur eius affectionis, cuius est patria sua, vt subdit idem Bart. nu. 16. & nu. 13. vbi quòd illius etiam affectionis præsumitur filius, cuius pater, & ita obseruatur in magnis principibus, nam sunt de ea affectione, à qua fuerunt creati, & assumpti vt obseruāt Domini Veneti, & alij ex iuribus ab ipso Bart. allegatis, & præsertim in indiuiduo hoc posuit sub num. 17. vbi quòd quoties sunt plures illi, qui sunt vnius affectionis, illi parti cedere debent, de cuius factione plures sunt; & circa hanc exceptionem sic voluit Franc. Marcus d. decis. 126. sub nu. 2. per cap. sanè 16. q. 6. gloss. in cap. siquis clericorum 11. quæst. 1. Io. And. & Abb. in cap. exhibita de iudic. Archid. Dominic. Fælin. cum similibus ab ipso Marco citatis, vbi quòd ad
18 reprobandum modum illicitum † vel de non admittendo Prælatum excommunicatum, vel hæreticum, aut de coniuratione contra tyrannum, de qua an sit vitiosa sentit hic Fimia dum allegat Martin. Laudens. in tract. de principe n. 70. in fine gloss. in cap. sine 17. q. 7. & quæ ait Alex. cons. 111. vol. 1. vel quando vellet dilapidare, est licitum facere conuenticulas, quia talis conspiratio dicitur potius concordia, nec dicitur hoc casu perturbari status, nec regimen, & hoc modo sentit Marc. quòd possunt tales saltim admitti ad cautionem idoneam (licet regulariter secus vt dixi supra ampl. 4.) & loquitur de quibusdam, qui fuerunt creati syndici, non seruata consuetudine, & populares se congregauerunt, & retractari fecerunt dictam creationem, & vt seruarentur statuta.

Muta V.I.D.

De furtis commissis canum, & auium rapacium. Cap. CXV.

QVia leuis discordia magna solet odia generare, maximè inter nobiles, qui præcipuè in venationibus delectantur, inter quos hæc sæpius perpetrantur, & quasi ex quadam irrationabili consuetudine, tamquam causa litium reputatur, videlicet quòd canum, & auium repacium, vt asturum, falconum furta, vel detentiones illicitæ committuntur, volentes huic delicto legis medelam imponere, quare ab experto comperimus, & per hæc multas lites, & iurgia generari, hac lege in perpetuum valitura sancimus vt nullus plebæus, vel nobilis præsumat canem, braccum videlicet, vel leprarium, accipitrem, asturem, vel falconem alterius furto subtrahere, vel subtractum detinere, sub pæna vnciarum duarum in persona nobilis, & vnciæ vnius, burgensis, vel valletti, si contra hanc legem fuerit attentum, dummodo constet de dominio prædictorum; hac declaratione præambula, quòd si auis amissa, antequàm se recipiat in pristinam libertatem, volando per arbores cum gettis, & sonalijs, ab aliquo fuerit cum pastu, vel sine pastu vocata, & ad eum venerit, quia adhuc videtur habere animum ad dominum redeundi, licet eum non recognoscat, quòd interim eius, cuius prius fuerat, censeatur, sub pænis prædictis. Si vero se receperit in pristinam libertatem, longius volando, & capta fuerit, cum fuerit cū retibus, vel cum visco, tunc etiam iddem volumus, quantumcumque iuri communi in hac parte derogetur, similiter constito de dominio, quòd, si domino restitua-

tituatur, nullam pænam proinde deteptoribus, vel emptoribus, vel captoribus propterea subituris, nisi ab eo tempore, quo eis denunciatum fuit, & probatum coram competenti Iudice de eis restituendis, fuerint contumaces. Canes autem, qui sunt domesticè nati, semper dominis restituantur, vel possessoribus eorumdẽ, nisi triennium fuerit iam elapsum. Hanc igitur legem magnitudo tua per commissam tibi prouinciam voce præconia cum intimatione pænarum facias publicè diuulgari, ne eius ignorantia quis se valeat contra prædicta tueri.

S V M M A R I V M.

Furantes animalia, canes, bracchos, leprarios, aues, &c. non possunt detinere sed illa restituere, nu. 1. amplia. num. 2. 3. 5. 6. 7. 12. 14 15.

Animalia deperdita esto quòd fuissēt ab alijs occupata, vel rapta debent dominis restitui, ibid.

Aues aliena fugientes, & capta ab alijs cum retibus, siue visco debent dominis restitui, nu. 3. & 4.

Feræ bestiæ in pristinam libertatem se habentes fiunt occupantium regulariter, num. 4.

Animalia fugientia debent dominis restitui, & an teneantur ad expensas illis factas, nu. 5.

Falcones si fugerunt, & rapti fuerint debent dominis restitui absq; refusione expensarum, ibid. maximè si cum sonalijs, & gettis volarent, nu. 12.

Canes furati debent dominis restitui nulla expensarum solutione facta, ibidem etiam si essent domesticè nati, nu. 6. vbi quid si esset elapsum triennium.

Loca alterius ingredi non licet maximè stantibus bannis, num. 7. 8. 9. nisi pro capiendis auibus quæ fugerunt, nu. 10.

Ingrediens loca alterius inuito domino potest puniri, & prohiberi & resisti manu armata, nu. 8 fallit nu. 10.

Venatores non possunt ingredi loca alterius & capiendo aues non faciunt suas, nu. 9. nisi pro capiendis eorum auibus, quæ volauerunt, nu. 10.

Falconem alibi volantem, & ibi stantem licet domino capere, & introire in loca alterius, ibid.

Francolinæ non possunt venari nisi cum falconibus, ibid.

Lepores cum canibus solis capi, & venari debent, non cum retibus, ibid.

Falcones quo tempore venari, & capi possint, & quo non, nu. 11.

Falconem cum sonalijs, & gettis volantem, si quis occideret, non excusatur num. 12. 13.

Signum facit cognoscere signatum cuius sit, nu. 13.

Furantes animalia de grossis quibus acriter puniendi sunt nu. 14.

Abigei dicuntur ij, qui furantur de armentis animalia, ibid.

Animalia aberrantia inuenta penes aliquē præsumuntur furto subtracta, nu. 15.

Venationes regulariter sunt concessæ, nisi de ordine Principis, vel aliter prohibeantur, nu. 16 & sunt de regalijs. nu 17.

Bannum promulgatum dicitur omnibus innotescere, nec potest allegari ignorantia nu. 18. & omnes ligat nu. 19. & quomodo nu 20.

Bannum non ligat absentes nu. 20.

Absens excusatur à pæna banni promulgati, & à delicto ibid.

Absens præsumitur ignorare ea, quæ in locis, à quibus abest, geruntur, ibid.

HVNC punctum posuit in indiuiduo Bar in l. ex argento ff. de cond. furt. de quo mẽtionem feci in meis commentarijs Consue. S.P.Q.P. capit. 20. nu. 17. & prout subdam in 3. ampliatione, ex cuius capituli nostri dictis colligi-
1 tur quòd furto † subtrahentes hæc animalia, nempe canes bracchos, vel leprarios, accipitres, astures, vel falcones, detinere illa non possunt sub pæna, de qua latè hic, sed dominis restituantur.

2 Amplio 1. ex lectura † nostri textus procedere, vt etiam auis deperdita, ca-

nis,

lis, vel similia animalia, debeant domino restitui, esto quòd antequam se reciperet in libertatem pristinam volando per arbores cum gettis, & sonalijs, de quibus tango inferius ampl. 6. fuisset ab aliquo cum pastu, vel sine pastu vocata, ratio est, quia videtur habere animum redeundi ad dominum, licet illum non recognoscat sub pœna prædicta, sic in textu, ibi, hac declaratione præambula.

3 Amplia 2. vt etiam si † dictæ aues se recepissent in pristinam libertatem longius volando, & captæ fuerint cum retibus, vel visco, tunc etiam domino sunt restituendæ, constito de dominio, vt in textu habes, benèuerum quòd nulla pœna incurritur, prout erat in prima ampliatione, per captores, emptores,& detemptores, nisi ab eo tempore, quo eis denunciatum fuerit, & probatum coram iudice competente de eis restituendis,& fuerint contumaces, & in hoc derogatur iuri communi in ista parte,ita ibi,quantumcumque iuri communi in hac parte derogetur, §.ferè instit.de rer. diuis. vbi regulariter disponitur quòd quoties fe-
4 ra † in pristinam libertatem se receperit, adeout custodiam nostram euaserit, fit occupantis, nostraque definit esse vt notat ibi Io.Oynotom.num. 4.Io.Faber. Port.& alij Statutistæ.

5 Amplio 3. vt in tantum sit † dominis facienda restitutio, vt dominus condicendo, vel vendicando, siue recuperando, non teneatur ad expensas furi,ita dixit Bart.in d.l.ex argento,vbi notat contra illos, qui furantur canes, vel falcones, in quibus instruendis,si fecerunt expensas, nil solui debeat, Sarment. libr. 1. selectar.cap.10.(licet regulariter contra per ea, quæ dixi supra in cap. 30. Regis Iacobi nu.6.& seq.tom.1.)

6 Amplio 4.procedere hoc† capit.in canibus furatis domesticè natis, sic in textu prope finem, ibi, canes autem, quia semper sunt dominis restituendi,vel possessoribus eorumdem,nisi triennium esset elapsum; in hoc præsens capitulum malè loquitur contra text. in §. furtinæ quoq; Instit. de vsucap. vbi quòd vsucapio illa triennij in reb. mobilibus furtiuis,ad quemcumq; deuenerint,etiam bonæ fidei possessorem,non habet locum, sic sentio infra in cap. 57. Regis Martini limit. 1. vbi loquor de materia præscriptionum, tom.3. & vide aliqua, quæ dixi de canibus circa venationem supra in c. 64.Regis Iacobi nu.16.17.18.tom.1.

Amplia 5. vt licet in loca alterius in-
7 gredi† non possit maximè stantibus bannis, iniunctionibus, siue prohibitionibus de nō ingrediendo,vt scripsi supra in d.capit. 30.Regis Iacobi in fine, quibus addo bannum in vim pragmaticæ huius Regni ad propositum in pragm.vnica tit. 57.de pœn.venatorum tom.1. vbi est imposita pœna duorum ictuum funis ignobilibus, vel fustigationis, & nobilibus mensium duorum carceris, §.planè insti. Et d.§. feræ vbi idem Oynotom. num. 6. insti.de rer.diuis. l.diuus ff.de seruit.rust. prædior.l.agrum C.de seruit.l.si fundum & l.certum C.de rei vendic. Imol. in l.3. §.nerua ff. de acquir. possess. Bettrand. cons.61.nu.4.lib.1. Ruyn. cons. 100. vol. 1.Berous cons.158.vol.3.cum similibus per Surd.cons.174.num. 4.& 5. vol. 2.in-
8 gressus enim sui territorij† & loci potest prohiberi Bald.in cap. 1.num. 2.de form. fidel.Dec.cons.199.nu.3.Ruyn. cons. 28. num. 15. vol.1.Brun.Aluarott.& alij per eundem Surd.cons.272.nu.3.& 4. vol.2. Imol.in d.l.3 §. nerua ff.de acquir.possess. vbi monet fundi dominos, vt faciāt proclamata fieri nequis illuc ingrediatur Bertrand.d.cons.61.n.5.vol.1. ita vt aliter ingredi volentibus possit resisti manu armata ex Bart.in d.l 3. §.1. ff. de acquir. possess. Ioann. Oynotom. latè loco citato,vbi etiā quòd possit agi actione in-
9 iuriarum, & si venator † aut alius post talem inhibitionem aliquod animal cœpisset, captum animal non facit suum,vt aliquid præster dictum bannum, vel iniunctio vt per Additionem ad eum in litera G.argumento l. vnicæ C. de negot. gestis cum similibus, & per ea, quæ latè in materia iniunctionis ne pascant, vel similiter posui infra in cap. 31. Regis inclití Ioannis limit. 2. tom.6. & tamen iam disponitur per d. Pragmat. vnicam quòd si acciderit dictum animal volare, ibique firmiter stare in aliquo loco, liceat venatori introire ipse solus pedester causa recolligendi dictum falconem, & statim exire, v. g. quando venaretur causa accipiendi francolinas, & lepores, quas sic permissum est capere,& non cum retibus, nec balistis,neque cum canibus, nisi tantum quo ad lepores, qui possunt capi cum canibus solis sub pœna vnc.100 fisco applicandarum, & quòd possit quilibet de populo agere, & fiscus principaliter agere, vt erat olim dispositum in pragm.1.& 2.quæ cōfirmat dictam pragmaticam primam, tit.58. de prohib.venat.leporum d.tom.1.pragmaticarum,& de hoc meminit etiam Burgius in suo

Ss tract.

tract.de modo proceden.ex abr.quæstio.
19.nu.74.quam pragmaticam puto correctam in hac ardua pœna (vt tetigi infra in cap.359.Regis Alphon. in 26. casu
tom. 5.) benè verum quòd ex ea potest
colligi quòd venatio est de regalijs, ex
quo potest certo modo prohiberi, vt subdam inferius in primo notabili; sicut de
11 ipsis falconibus † est prouisum per aliam
pragm.vnicam tit.59.de prohib.capiendi falcones, per quam à 20.mensis Aprilis cuiuslibet anni est prohibitum capere
eos,& poterat fiscus principaliter agere,
& quilibet de populo sub eadem ardua
pœna,quæ est in hoc etiam modificata.
Amplia 6. maximè quando v. g. dictæ
12 aues, vtputa falcones † &c. haberent signa,sonalia , & getta , de quibus in hoc
textu sentitur propè medium , ibi cum
gettis,& sonalijs,& tetigi superius ampl.
1.quia tunc est multo magis facienda restitutio , immo nec excusabitur rusticus,
qui inuentum falconem cum dictis sonalijs , & gettis occiderit , ex signis enim
cognoscitur signatum , vt in puncto ait
Io Petr.Surd.consf.61.nu.28.& 29.libr.1.
per l. stigmata C. de fabricensibus libr.
11.inferens ad merces, sarcinulas , &
ballas,equos,& pannos, & similia,in qui-
13 bus ex signis † cognoscuntur quorum
sint , quia ex equo signato, & mercato
præsumitur cuius sit ex Bald.Iason. Dec.
Affl.Franc.Bertr. Stracc. & alijs , & memini dixisse infra in cap.19. Regis Iacobi nu.22.d.tom.1.vbi posui de signaculis
in vegetibus.
14 Amplia 7. multo magis † & seueriori
pœna puniri quando essent abigei , idest
illi, qui rapiũt animalia grossis de ouilibus, & similibus locis, v.g.pecora, oues
arietes,agnos,sues,equos boues &c.nam
dicũt DD.cum hos inuenies , facies furca suspendi vt post Ange.in l.1.C de abigeis in fine ait Petrus Caballus in eius
resolutionibus casu primo in fine centu.
1.& latè casu 166. per totum ex Peguer.
decis.29.cum concordantibus, qui ait
pœnam in his esse vltimi supplicij in vilibus personis , in reliquis honestioribus
locis natis relegatione,ibique concludit
deterioris, & improbioris esse conditionis abigeos, quã fures, vnde est quòd
contra receptantes hos , etiam pœna relegationis sit,& fustigationis Peguer. loco citato in fine tetigi infra in capit. 30.
Regis incliti Ioannis, versic.sic in depredantibus tom.6.
15 Amplio 8.esto quòd essent † aberrantia hæc animalia , de quibus in textu ,

nam eo ipso quòd sunt penes aliquem,
præsumuntur furto subtracta ex his,quæ
habes in d.cap.Regis Iacobi 30. præsertim nu.10.addo Peguer.d.decis.29.sub n.
2.Caball.loco citato casu 160.nu.5.
Noto 1.quòd venationes vt plurimum
16 † videntur concessæ, ibi, in venationibus
delectantur, & propterea dixi in capit.
vlt.Regis eiusdem Iacobi nu.13.regulariter esse concessas tam de iure ciuili ,
naturali, quàm gentium §.feræ instit.de
rer.diuis.vbi idem Io.Oinotom. nu. 5.&
ibi Additio in litera B. est verum quòd
de consuetudine , vel de ordine Principis possunt prohiberi vt in d.cap. vlt.notani , & voluit idem Oinotom. etiam in
fundis proprijs,nam potest Princeps tam
plebeis, quàm nobilibus adimere hanc
licentiam venandi, & priuare, & sic obseruari Saxoniæ, & ita in Regno practicamus , nisi expressè esset in literis concessionum vt possint venari in proprijs
locis, Oinotom. loco citato, qua de causa dixi infra in cap.456. Regis Alpho.§.
17 13.tom. 5. esse † de regalijs vt tetigi superius ampl.5.& in cap.64.eiusdem Regis Iacobi sub nu. 12. & est etiam dispositum in cap.34. Regis Martini vbi iura
forestæ, quæ sunt vnum, & iidem cũ venationibus dicit esse de regalijs, tom. 3.
Vltimo noto ex hoc cap.prope finem,
ibi , per banna voce præconia promulgata , & intimata , & publicè diuulgata
18 omnibus innotescant , quod bannum †
promulgatum omnibus dicitur innotescere, adeout nec valeat allegare ignorantiam Iason consf.46.n.2.libr.3.Octau.
Cacher.decis.Pedamont.71.nu.37.Turret.qui multa cumulat consf.13..Beccius
cõs.60. sub nu.8.& sic post alios declarat
V.I.D.Antonin.Xibecca in alleg.in causa propria , Menocch. consf. 73. Cephal.
consf.350,nu. 6. cum seq. lib.3.præsertim
si congruæ dilationes in ipsis proclamatibus,siue bannis essent datæ, & factæ vt
post Grammat.decis.36.num. 17. & seq.
Ioseph Ludouic. decis. 67. Marc. decis.
63.cum alijs tradit Dom.Octauius Gloritius lector publicus in Messanensi studio in repet.cap, super literis de rescrip.
sub nu.191.vnde ortum est quòd in locis
in quibus banna plublicantur, & proclamata præconizantur in plateis per totam vrbem , tubicinibus personantur vt
dixi supra in capitulis eiusdem Regis
Iacobi in conclusione fol.439.nu.8.addo
Bal.in Auth qui semel C.quom.& quand.
iudex, vbi quòd bannum † emissum per
totam vrbem omnes ligat, Affl.in consti.
Regni,

Regni, grandis sub nu. 14. & 15. rubr. 1. de pæn. cotum. lib. 1. cap. quòd dicitis 16. dist. gloss. in cap. exceptionem de except. quia publicum est quod omnibus patet ex Bart. & Federic. de Senis allegatis per ipsum Affl. Grammа. decis. 47. Est verum quòd non puto ligare absentes † qui realiter habent ignorantiam in hoc, vt senti; Ias. loco citato, Affl. decis. 290. nu. 3. Andr. de Ysern. in constit. Regni, cum per partes l. fin. ff. de decret. ab ordin. faciend. inferens quòd ad excusationem delicti multum valeat allegatio ignorantiæ Fælin. qui multa cumulat in cap. 2. de except. cum similib. per Affl. esto quòd quis voluntariè abesset à loco, in quo, publicantur, nam præsumitur ignorare quæ ibidem geruntur, etiam banna generalia Bald. in l. planè ff. de excusat. tutor. Anell. de Bottis in constit. Homines tit. de intrantibus regnum; Iason in l. si quis pro emptore col. 13. de vsucap. Crott. in cap. vt animarum de constit. Dec. cons. 19. col. 1. Curt. Iun. cons. 37. col. 9. gloss. in f. item mela ff. ad l. aquil. cum concordantibus ad propositum infra in cap. 59. Regis incliti Ioannis propè princip. tit. de Bannis &c. tom. 6.

Marius Muta.

CAPITVLA IVRATORVM

Capitula, quæ Serenissimus Dominus Rex Federicus III. prouidit nuper, & vult de cætero obseruari per quoscumq; Iuratos Ciuitatum, & Terrarum Siciliæ in exercitio eorum officiorum, missa sub paruo sigillo secreto eiusdem Domini Regis Iuratis Ciuitatis Panhormi, per eos in eadem Ciuitate toto ipsorum offitij tempore propterea inuiolabiliter obseruanda. Cap. CXVI.

IN PRIMIS.

QVòd omnia mandata, seu omnes literæ directæ vniuersitati prædictæ Ciuitatis Panormi per prædictum Dominum Regem, vel quemcumquè alium offitialem eiusdem Domini Regis, peruenire debeant ad manus eorundem Iuratorum, & ipsa iuxta tenorem earum, exequi debeant reuerenter.

Item si fortè qualitas negotij in ipsis mandatis, seu literis contentis exegerit quòd ad executionem ipsorum, Baiulus, Iudices, ac cæteri homines vniuersitatis ipsius sint necessarij, quòd ipsi Iurati vocari faciant Baiulum, & Iudices, ac cæteros homines per quarterios dictæ Ciuitatis Panormi, & cum eis, prout ipsis melius videbitur, & poterunt, ad executionem mandatorum, & literarum ipsarum vigilanter intendant.

Item quòd dicti Iurati cum sollicitudine feruenter inquirant, & sciant, si penes aliquem, vel aliquos fuerint de pecunia, rebus, & bonis vniuersitatis ipsius, ac ab ipsis detemporibus pecuniam, res, & bona ipsa petant, recipiant, & conseruent, & si necessariæ fuerint detentiones ipsorum pecuniæ, rerum, & bonorum, ad restitutionem ipsorum eis faciendam, qua viderint coercione, compellant, & pecuniam ipsam, sicut opus fuerit, pro seruitijs eiusdem

vniuersitatis expendant: & si quid residui ipsius pecuniæ remanserit penes eos, ipsum residuum legaliter, & benè conseruēt, assignandum per eos eorum successoribus, qui in ipso offitio creabuntur.

Item si aliqui perceperint, & habuerint de pecunia vniuersitatis prædictæ, & ipsam expenderint, vel in totum, vel in partem in seruitijs vniuersitatis prædictæ, quòd dicti Iurati ab eisdem expensoribus recipiant debitam rationem, & compotum coram eis, & si ipsi de hoc rationem, & compotum non fecerint, seu non poluerint, personis illius statutis, & deputatis ad hoc per dictum Dominum Regem, vel vniuersitatem prædictam, & maximè ad præsens cogant illos, qui receperunt pecuniam vniuersitatis ipsius, in anno videlicet vj. indicionis proximè præteritæ, & huius vij. indicionis pro fabricatione murorum Ciuitatis prædictæ, ad ponendum exinde finalem, & debitam rationem.

Item quòd dicti Iurati cum sedula diligentia videant, & examinent fabricam murorum ipsorum de nouo factam vsque nunc in Ciuitate prædicta, & expensas factas in hoc.

Item quòd dicti Iurati, & quilibet eorum, in quarterio, in quo habitant, cum omni diligentia inquirant, & scire procurent, si capitula olim edita per dictum Dominum Regem in generali colloquio Placiæ, & alia in Ciuitate Messanæ celebrata obseruentur, vt decet; & si aliqua contra dicta capitula vel aliquod ipsorum commiserint, & specialiter super captione animalium ad bardam, & si procurent, & velint, quòd venditio carnium, vini, & aliarum rerum suarum præponatur in Ciuitate prædicta, & id denuncient incontinenti baiulo ipsius terræ, vt ab ipsis pænam exigat ex prædictis capitulis impositam, & statutam; quæ capitula penes eos habere procurent; & si fortè prædictus baiulus ad exactionem dictæ pænæ fuerit tepidus, & remissus, hoc denuntient Secreto, seu Iustitiario Ciuitatis prædictæ, vt ipsi ad exactionem dictæ pænæ procedant, vt in ipsis capitulis continetur.

Item quod metam pretij imponāt rebus venalibus, quæ ad quotidianum vsum, & esum hominum Ciuitatis prædictæ necessaria sint, & semper ante tempus prouidenda fuerint.

Item quòd metam ipsius pretij pro impositione pænæ obseruent, & faciant tenaciter obseruari, pænam ipsam à transgressoribus exigendo.

Item inquirant, & videant si pondera, & mensuræ dictæ Ciuitatis secundum iustum, & debitum modum à rerum venditoribus teneantur, & puniant falsitatem commissam in rebus venalibus per quoscumq; secundum modum, per Acathapanos obseruari hacte-

nus

nus in talibus consuetum.

Item quòd ipsi Iurati diligenter inquirant, si aliquis in loco publico ædificet, seu ædificari, vel construi faciat, & de nouo ædificata, siue constructa dirui mandabunt, sub certa pæna per eos ab ipso ædificante, si eius fuerit, exigenda.

Item quòd nullus in platæis, seu rughis publicis possit de nouo construere, vel vetera reædificare ædificia, nisi de conscientia prædictorum Iuratorum, qui accepta mensura ipsarum platearum, siue viarum, ædificandi, seu reædificandi licentiam concedant.

Item quòd Iurati ipsi semel in hebdomada saltem, videlicet qualibet die veneris in mane congregari debeant in aliquo loco, prout ipsi melius, & habilius elegerint, qui congregati inquirant, examinent, & decidant, quæ per eos agenda sunt circa facta, & negotia Ciuitatis eiusdem, & si aliquis prædictorum Iuratorum in aliquo defecerit nulla iusta causa prçcedẽte, soluat nomine pęnę alijs Iuratis Ciuitatis ipsius tarenos duos, quos sub pæna duppli infra biduum soluere teneatur.

Item si fortè Iurati ipsi instituto die, & loco eligendo per eos, aliqua iusta ratione, impedimento, vel causa, omnes simul non poterunt congregari, duabus partibus eorum congregatis, ipsi, ac si omnes essent præsentes, facta omnia, & singula quæ ad ipsorum spectat officium, examinent sollicitè, ac decidant.

Item quòd dicti Iurati prouidere habeant super latitudine platearum, & bancorum, seu plantearum apotecarum existentium in platæis eisdem.

Item quòd procurent immunditias terrarum, maragmatum, & vinatium deferri, & eijci extra Ciuitatem prædictam, vt est hactenus consuetum.

Item quòd dicti Iurati inquirant, & videant, & maximè in platæis publicis si ædificia aliqua minantur ruinam, vel casum, qui, si viderint, patronis, vel dominis ipsorum iniungant sub certa pæna quòd ipsa diruant, & si patroni, vel domini ipsorum desides erunt ad diructionem ipsorum, post impositionem pæna ipsius, sub expensis patronorum, vel dominorum ipsorum, ædificia ipsa dirui faciant, ablata ab eis nihilominus pæna eis imposita contempta per eos.

Item quòd dicti Iurati, & duo seruientes eorum, si eligerint possint arma deferre.

Item quòd de tota pecunia, rebus, & bonis peruenturis ad manus eorum, teneantur successoribus eorum, vel cui Regia Curia mandauerit in prædicta Ciuitate Panormi, facere rationem, & ex

inde

inde credatur simplici verbo, & quaternis sub sigillo eorum.

Item quòd prædicti Iurati omnia, & singula facta vniuersitatis prædictæ, quæ pertinere viderint ad honorem, & fidelitatem dicti Domini Regis, & statum pacificum, & vtilem dictæ Ciuitatis, legaliter, & sollicitè procurent, & faciant procurari.

Item quòd dicti Iurati à transgressoribus dictorum capitulorum pænas eis impositas, & contentas requirant, & exigant, conuertendas, expendendas, & conseruandas iuxta arbitrium eorundem in beneficio terrarum ipsarum.

Item quòd dicti Iurati habeant videre, cognoscere, & decidere, & terminare omnes contentiones, & controuersias, quas oriri contigerit inter Ciues Ciuitatis Messanæ super sæpibus, seu finibus, limitibus, & diuisis vinearum, domorum, & aliarum possessionum, & his similium. Dat. Nari sub paruo nostro Sigillo secreto nono Martij vij. indicionis.

SAMMARIVM.

Iurati dicuntur regere communitatem, num 1.

Iuratorum officium versatur circa plura, ibid.

Regia mandata, & littera directa vniuersitatibus debent peruenire ad manus Iuratorum, nu. 2.

Iurati debent exequi mandata Regia, & litteras Regias, ac viceregias, & quomodo, ibid. cum seq.

Iurati circa exequendas literas Regis vel viceregias possunt conuocare cæteros de vniuersitate, ibid. & nu. 29.

Iurati non exequentes litteras Regias, & Viceregias puniri possunt nu. 3. & seq.

Offitiales non obedientes regijs, ac viceregijs mandatis puniri possunt, ibid.

Nobilis in pænis corporalibus regulariter mitius punitur quam ignobilis, fallit in non obediendo regijs mandatis n 4. 5.

Iustitia potest derogari circa imponendas pænas nobilibus, & quando, nu. 5.

Principum mandata semper præsupponuntur esse in scriptis, nu. 6.

Mandata Principum recipiens debet statim exequi, esto quod essent tacita veritate impetrata, & quomodò, num. 7. cum seq.

Consultatio potest fieri cum Principe quid sit faciendum super exequendis regijs mandatis obtemptis tacita veritate, ibidem.

Mandata Principum præcepit Deus custodiri à subditis, aliàs tamquam transgressores possent puniri, nu. 8.

Subreptitiæ si sint literæ, vel non Princeps cognoscit nu. 9.

Subreptio dicitur veritatis oppressio, & falsitatis expressio, ibid.

Subreptio potest opponi etiam coram iudice nu. 10.

Subreptitia gratia potest pluribus modis apparere nu. 11.

Subreptio minus vitiat quàm obreptio, num. 12.

Subreptione gratia debet opponi ante litem contestatam, ex quo est exceptio dilatoria, nu. 13.

Subreptio si in aliquibus concessionibus appareret, & in aliquibus non, valet concessio in ijs, in quibus supplicatio non redditur subreptitia, nu. 14.

Vtile per inutile non vitiatur in materia subreptionis, ibid.

Subreptitia gratia non diceretur si apparet concessio motu proprio, nu. 15.

Subreptitia gratia ansit si adest clausula ex certa scientia, nu 16.

Subreptitia super carta si est facta confessio facit præiudicium consitenti, nu. 17.

Mandata regia si non exequerentur per officiales, dicerentur contemptores ipsorum, & puniri possent ab ipso principe, & pœna eidem applicabitur, num. 18. & seq.

Regium edictum spernens, vel contemnens

MABE-



ABEMVS materiam eorum, quæ debent obseruare & facere in eorum administrationib' Iurati omnes huius Regni, quod
1 nomen † hoc Iuratorum, est etiam cognitum de iure canonico, nam habes text.in cap.fin.de procurat.in princip.ibi pro eo quòd maiores, & Iurati, per quos eadem communitas regebatur, & continet hoc capitulum multos §§.siue versiculos, quod confirmatum est etiam per Serenissimum Regem Alphons.infra cap. 46.vbi tetigi tom.4.habetur enim, ibi,& mandatur vt capitula per Regem hunc Federicum III.super Iuratorum officio, exercitio, & administratione edita inuiolabiliter obseruentur,quorum officium circa multa principalia versatur vt hic per totum legi potest, de quibus sigillatim oportet videre, & plus disponitur per eundem Regem Alph. infra cap. 54. vt tantummodo isti Iurati de causis per hæc capitula Regis Federici concessis, & non vltra cognoscere audeant, nisi aliquo mediante priuilegio sub pæna,de qua ibidem, vbi iam scripsi, nec posse vsurpare præter hæc capitula, & alia, de quibus suis locis,alienam iurisdictionem,immo mandatur etiam Magistro Iurato, vt hæc obseruari faciat, & alia, de quibus sub eodem Rege Alph. cap. 64.d. tom. 4. & de hoc præsenti textu memini in cap.Rit.181.remissiuè.

IN PRIMIS igitur disponitur hic quod
2 omnia mandata † & literæ directæ vniuersitati per Dominum Regem, vel per alium offitialem eiusdem Regis debeant peruenire ad manus Iuratorum, & ipsa mandata iuxta tenorem dictarum literarum reuerenter exequi, & subditur inferius in hoc textu in §.immediatè subsequenti ibi, item si fortè qualitas,vbi disponitur quòd intantum mandata, & literæ Regiæ exequi debeant, vt si fortè qualitas negotij in ipsis mandatis, seu litteris cõtentis exegerit quod circa executionem ipsorum essent necessarij Baiulus Iudex, ac cæteri homines vniuersitatis, tunc ipsi Iurati possunt vocari facere dictos officiales, ac cæteros homines per quarteria dictæ Ciuitatis Panhormi, & sic de alijs locis, vt subdam inferius nu. 29. & cum eis ad executionem dictorum mandatorum vigilanter intendant (arg. illius bracchij impetrati,de quo latè discussi supra in capit. 1.in 3.promissione) hocquè subditur in præsenti capitulo, & per ea, quæ tango infra in cap. 393.Regis Alph.versic.vltimum in ordine, tom.
3 5.vbi dixi quòd aliter † si non exequatur, incurrunt inobedientiam ob contemptum, & consequenter cadit punitio.maiorquè in nobile, quàm in plebeo vt posui supra in capit. 48. Regis Iacobi in 2. not.tom.1.& si regulariter fit cõtrarium
4 quia † in pœnis corporalibus mitius puniatur nobilis, quàm plebeius, & popularis per text.in l.nemo C. de summ. trinit.& fid.Cathol.& ibi Cyn.l.hac edictali §.1.de pac.iuram firm. Alberic. de Rosat.in l.presbiteri C.de Episc.& Clericis, Luc.de Penn.latè in l.1.circa finem C.de conduct & procurat.lib.11. & in l. mulieres col.3.C.de dignit. lib 12. Afflict. in procem. constit. Regni §. Nos itaque
5 sub num. 11.fol. 23.& potest Iustitiæ † in hoc derogari, nec dicetur derogatio, propter præeminẽtiam personarum(arg. eorum, quæ scribam infra in capit. 117. quod est cap. optantes sub versic. talia namque,vbi pono in quibus casibus possit mutari pœna) ita Paris de Puteo in tract.suo de syndic.in verbo, iustitia cap. fin.de pœnis,vbi gloss Luc. de Pẽna in d.l. l.mulieres C.de dignit.col.2.l.b.12.l.capitalium §. venerarij ff. de pæn. dummodo si deliquit corrigatur, & per Afflict. in d.constit. Regni in d.§. nos itaque nu. 10.eod.fol.23. Et sic præsupponuntur ad-
6 huc quòd ista Principum mandata † sint in scriptis, & in eis constare debeant ex ijs, quæ habentur in l. 1. C. de mandat. princip. vbi apostillauit Pernus & in tit. de Rege col.4. & per ea,quæ habes infra in cap.32.Regis Martini, in tit.vt Regijs mandatis pareatur cum effectu, tom. 3. qua de causa disponitur ibidem in d.cap. 32.Regis Martini quòd mandata reci-
7 piens † exequatur illa statim reuerenter etiam quòd appareat tacita fuisse veritate impetrata,quia tantummodo supersedebitur ab executione præiudiciali, informando prius ipsam Regiam Maiestatem, vel loco eius Proregem, ipsamque consulendo quid super illis sit exequendum per nuntium,vel per literas responsales,vt dicam modo paulo inferius (arg. eorum,quæ dixi de consultatione facienda Principi infra in cap.540.Regis Alph. sub vers.& datur modus, vbi pono casus in quibus consultatio sit facienda, tom. 5.) sicquè in summa semper sunt exequẽda, & seruanda mandata, cum ista tamen moderatione:sicuti etiam, vt præ-

supponitur in d. c. 32. modo citato quòd
diuinis visionibus est notatum dominum
dominantium, & sic D.O.M. qui princi-
pes in terris loco sui statuit, quorum præ-
8 cæpit à subditis custodiri † mandata, per-
cussisse transgressores mandatorum vl-
ceribus, & terroribus, vt in sacris pagi-
nis legitur; cuius vestigijs inherendo
vult Dominus Rex ibi, quòd seruentur
mandata, & ita hæc habes in d. cap. 32.
vbi faciam mentionem de ista tacita ve-
ritate subrepta, ipsius enim Principis est
9 cognoscere de ista litterarum † subrep-
tione si dictas litteras, siue gratias con-
cessisset v.g. ob suppressionem veritatis,
& expressionem falsitatis, Afflict. decis.
116. quia hoc modo dicitur subreptio ex
Lap. alleg. 89. vt post Paul. de Castr. cons.
423. in 1. Dec. cons. 51. ait de Nostratibus
V. I. D. Augustinus Martius in Allega-
tione pro Donna Catarina Cardona con-
tra Ducem Bisbonæ; sicut etiam posset
Iudex de hac subreptione, vel obreptione
videre, si v.g. caussa esset ipsi commissa,
nam dicunt DD. quòd potest coram eo
10 opponi de dicta † subreptione gratiæ fa-
ctæ per Principem secundum text. nota-
bilem in l. & si non cognitio C. si contra
ius, vel vtilia public. vbi Iason. in prin-
cipio, Cyn. Raph. Fulgos. Salicet. & alij,
Bald. in l. pscriptione col. 1. in fin. C. eod.
tit. si contra ius &c. & sic, siue Princeps,
siue offitialis, cui commissio esset facta
posset videre vtrum gratia sit subrepti-
11 tia, quæ plurib. modis † posset esse vt per
Ripam resp. 181. nu. 26. cum seq. fol. 206.
Iacob. Menocch. de arbit. iudic casu 201.
centur. 3. & per ea, quæ ponam in d. c. 32.
Regis Martini d. tom. 3. & idē dico de
12 obreptione, quę magis † vitiat quàm sub-
reptio Bal. in d. l. præscriptione C. si con-
tra ius, cap. postulasti, cap. nostræ, cap.
cæterum de rescript. Surd. cons. 303. in
principio libr. 3. & hoc dummodo de ip-
sa subreptione, vel obreptione opponā-
tur coram Iudice antè litem contestatam
13 cum sit exceptio dilatoria † vt refert, &
sequitur Riminald. Iun. cons. 23. nu. 130.
libr. 1. Præposit. in cap. per tuas col. 1. de
appell. idem Riminald. Iun. cons. 63. vidi
nu. 13. eod. lib. 1. quo viso, vel cognito po-
test vel Princeps, vel Iudex mox videre,
& decidere an sit subreptio instè propo-
sita, vel non, quia posset esse quòd non sit
locus, vnde aliquoties videmus quòd si
multa pererentur, & in aliquibus con-
14 cessionibus adesset subreptio † & in ali-
quibus non, valere potest concessio in ijs,
in quibus supplicatio non redditur sub-
reptitia, & est casus quòd vtile per inu-
tile non vitiatur per ea, quæ dicit Afflict.
d. decis. 116. Princeps infine ex Abbat. in
cap. sedes, & capit. super litteris de res-
cript. Ant. de Butr. in cap. exhibita de iu-
dic. sicut etiam gratia non diceretur sub-
15 reptitia † quando adest clausula motu
proprio, quæ excludit vitium subreptio-
nis, DD. in cap. si motu proprio de præb.
16 in 6. sicut quando ad est clausula † ex cer-
ta scientia, quæ dicunt etiam DD. quòd
tollit vitium subreptionis vt per Port.
conclus. 1. versic. decimotertio sed dubius
paulo infra vers. vndecimo clausula &c.
17 & quicquid sit, semper confessio † facta
in subreptitia carta facit præiudiciū cōfi
tenti idē Port. concl. 13. in princ. lib 1. ex
Cassan. cōs. 46. col. 3. sed melius p Frāch.
in c. fin. col. vlt. de iureiur. in sexto cū simi
libus, & potest esse ratio, quia si alias mā-
18 data regia nō exequerētur † dicerentur
consecutiuè, regiorum mandatorum cō-
temptores, ex dictis supra in capit. 48.
Regis Iacobi nu. 13. & seq. d. tom. 1. qui-
bus addo latissimè ad saturitatem quæ
dixi supra cap. 25. sub versic. ita legitur,
& consequenter ab ipso Principe puniri
posset, eique pæna applicari, ex quo tam-
quā cōtraueniens efficitur de foro prohi-
bentis, vt ait Natt. cons. 580. num. 6. de
spernente edictum principis, Menocch.
cons. 604. nu. 28. & seq. Amodeus de lau-
dim. quæst. 24. col. 4. Surd. consil. 301. nu.
33. lib. 3. in tantum vt actus facti aduer-
19 sus † mandata Principis, & magistratum
sint inualidi, stante quòd lex superioris
resistit, vt post Bart. Afflict. Barbat. & Ti-
raq. scripsit Menocch. cons. 80. num. 34.
lib. 1. Intantum vt etiam non obseruans
20 mandata † regia si est offitialis possit
syndicari tempore syndicatus, sic dixi in-
fra in cap. 7. Regis Martini extensione 9.
tom. 3. Affl. in cōstit. volumus n. 7. tit. 93.
quanto tēpore offitialis lib. 1. si perperā,
& fraudulēter fecisset, hoc est quoties iu
21 stà causa non posset † assignari quare nō
obediuit per gloss. in l. cū quærebatur ff.
de re iud. & in l. si seru' quē ff. de liberal.
caus. aliàs valeret excusatio vt subdā in-
ferius n. 23. psertim in Duce belli, vt ait
ipse Affl p l. 3 §. desertorē ff. de re milit.
maximè si cōtra veritatē non obediuit l.
qui interrogatur ff de interrog. action.
intantum etiam vt quoties offitialis fa-
22 ciat aliquid de mandato † Principis vt di-
xi supra in cap. 1. num. 20. Regis Iacobi
tom. 1. cum concordantibus ibi citatis, &
addò Additionem ad Nigr. in cap. Regni
Neapolis, subditorum, tit. de violentijs
excu-

excusatur, etiam si illud mandatum esset
iniustum, quia præsumitur ex necessitate,
non ex voluntate fecisse, vt post Mascard.
conclus. 1135. ait simpliciter Cardinal.
Tuschus conclus. 101. in verbo, offitialis,
tom. 5. ¶ Nisi consuetudo staret incon-
trarium, quia excusat à pœna prædicti
23 contemptus † Affl. in constit. Regni, Ad-
uocatus nu. 21. de potest. sacram. tit. 81.
lib. 1. ¶ Aut nisi pro vtilitate, & honore
Regis fecerit, nam isto modo non potest
dici commisisse contra mandata Regia,
vt ex Bald. in l. fin. C. de neg. gestis Alex.
cons. 106. fol. 2. vol. 2. Affl. in d. constit.
volumus, vbi subdit quòd quoties cum-
que adest iusta causa non adimplendi
mandatum superioris, æquanimiter su-
perior debet substinere, si pro eo manda-
tum suum non duxerit offitialis exequen
dum ex cap. cum teneamur de præben.
Bart. Bald. Bertrand. Iason, de quib. per
Surd. cons. 40. num. 40. lib. 1. & ibi subdit
24 nu. 42. quòd quoties † præceptum conti-
net pœnam insolitam potest sperni. Et
istud est, quod scripsit Io. Franc. de Ponte
cons. 55. num. 16. 17. quòd quoties Rex
25 scribit literas Proregi † vt faciat tale, si
illud tale esset contra Iustitiam consulen-
dus est Princeps, vt tetigi superius, & ex-
pectari debet secunda iussio, vt iddem
posui supra in cap. 1. num. 11. de Iudicis
ecclesiastici præcepto, maximè si illæ li-
teræ essent in præiudicium tertij, quia
non debent habere executionem, tunc
adueniente secunda iussione ipsius prin-
cipis, videtur voluisse vti plenitudine po-
testatis cum clausula non obstante, & ex
certa scientia, ac motus proprij., vt in
puncto ait Ludouic. Rodolfin. in tract. de
absolut. princ. potest cap. 1. num. 11. post
Bald. Afflict. Grammat. Gabriel. Corset.
Iaso. Roman. & Peregrin. & istud est, quod
sentit idem Afflict. in d. constit. volumus
d. num. 7. quòd quòties iusta causa posset
assignari quare non obediuit, Offitialis
excusatur, vt tetigi superius; Sicut vide-
26 mus quòd vbi deficit iurisdictio † est per-
missum impunè non parere Surd. cons.
47. nu. 16. & cons. 83. nu. 8. lib. 1. vbi quòd
27 subditi quoties grauantur † à superio-
ribus ex indebitis oneribus, esto quòd
essent fidelitatis iuramento astricti, non
tenentur mandaris sui superioris parere
ex Parid. de Put. & alijs: & de istis literis
Regijs vide aliqua in capit. 57. eiusdem
Regis Iacobi nu. 53. tom. 1. quod concor-
dat cum hoc, quòd nempè literæ Regiæ
debent exequi per offitiales, & hinc in-
oleuit praxis, & stilus, per quem offitia-
les circa ipsa mandata & literas Regias,
& Viceregias obseruant, quòd præsen-
tentur, & exequantur, saluis &c. ¶ Noto
28 primo ex isto principio quòd Rex † dici-
tur etiam offitialis, immo maximus of-
fitialium colligitur, ibi, vel quemcũque
alium offitialem, nã sic denotat illa alie-
tas ex adductis remissiuè infra in cap. 67.
Regis incliti Ioannis in princ. tom. 6. si-
cut dixi de Baronibus quòd continentur
appellatione offitialium supra in cap. 40.
eiusdem Regis Iacobi num. 6. tom. 1. ¶
29 Noto secundo quòd dicti Iurati † in casu
necessitatis possunt conuocari facere Iu-
dices, & aliquos de vniuersitate vide su-
pra nu. 2. ¶ Noto tertio, ibi per quarte-
30 ria quòd Ciuitas † potest diuidi per quar-
teria, Bart. & DD. in l. omnes populi vbi
Bolognett. nu. 55. fol. 29. ff. de iustit. & iu-
re, & per ea, quæ ait Surd. cons. 57. nu. 8.
lib. 1. vbi de diuisione iurisdictionis quo
ad quarteria, portasque vrbis, & parro-
chias, l. si quis à filio §. si parti cũ simi-
libus per Franc. Marc. decis. 125. & 126.
nu. 5. & vlt. & paulo infra in nostro capi-
tulo, in versic. quintũ &c. n. 67. vbi ꝙ qui-
libet Iuratus habet suum quarterium in
iurisdictione sua, sicque hodie obseruãt.

SECVNDVM, quod ad Iuratos prædi
31 ctos spectat est inter alia † vt videãt si pe-
nes aliquẽ sint de pecunijs, rebusque vni-
uersitatis, esto quòd sit vnus denarius,
32 quia † statutum de amonente de pecunia
communis, habet etiam locum in mo-
uente vnum denarium, Angel. in l. si quis
dederit §. præter ff. de acquir. hæredit.
Bertachin. in verbo statutum, fol. 107.
col. 2. cap. 1. applica ad capitula officialiũ
Tabulæ tit. [di nõ poter nissuno spendere
in credito c. 1.] sic in §. itẽ quòd dicti Iu-
rati cũ sollicitudine &c. & iddẽ quasi vide
tur cũ subsequenti versic. tertiũ &c n. 57.
& seq. Rouitus in Prag. 5. Regni Neapolis
33 tit. de admin. vniuersit. vbi subdit † intan
tũ vt si officiales sint desides, factis illis
significatorijs (de quibus tetigi in cap. 6.
Regis Alph. nu. 13. tom. 4.) in exigendo
pecunias vniuersitatis, teneãtur de pro-
prio ex Follerio, & Claper. in cent. caus.
fiscal. casu 14. quæst. 1. n 5. nec faciãt re-
laxitum, vide infra nu. 59 subdens nu. 11.
34 12. & 13. quòd etiam vniuersitates † ha-
bent tacitam hypotecam cõtra bona eo-
rum debitorum, & sic contra tertios pro
rata arg. l. 2. C. de debitor. ciuit. lib. 11.
Affl. in præl ud. constit. Regni quæst. 9 sub
nu. 3. ex Bart. in l. quarta §. actor ff. de re
iud. vbi quòd pro debito vniuersitatis nõ
potest fieri executio cõtra vnum de vni-
uersitate

uersitate, nisi tantum pro rata sua, vt ob-
seruatũ fuit multoties, & eorũ, quę dixi in
Bulla post c. 355. Regis Alph. fallẽtia 18.
tom. 5. & per Suarez. in tit. de los empla-
ciment cap. quæritur, quicquid dicat
ipse Rouitus de discussione petita per fi-
35 deiussores; quas pecunias † possint ipsi
Iurati petere, & cogere debitores qui-
buscumque coertionibus, tango inferius
num. 57. & est similis Pragmaticæ dicti
Regni Neap. vbi idẽ Rouit. ex Thesaur.
decis. 164. nu. 2. illasque recipere, & con-
seruare (quamuis realiter quantum ad
36 conseruationem spectet ad offitium †
Thesaurarij, siue Camerarij, aut Camer-
linghi, vel Quæstoris, quæ iddem signi-
ficant vt per Caball. in eius resolutionib.
criminalib. casu 99. sub num. 69. & quæ
posui supra in cap. 63. Regis Iacobi nu. 2.
tom. 1. vt tãgo infra in versic. tãdẽ, n. 144.
in cuius posse debet peruenire omnis pe-
cunia, & dixi in cap. 49. Regis Alph. d.
tom. 4. cum concordantib ibi adductis,
37 ea forsitsis ratione, quia scriptura † the-
saurariæ præsumitur vera, & non simu-
lata, Bald. cons. 399. nu. 2. vol. 5. ad quam,
vt ipse subdit, recurritur tamquam ad
fontem veritatis l. 1. C. de exactor. tribut.
Auth. de mandat. princip. §. publicorum)
cum conseruatione dico illarum trium
clauium, de quibus circa aperitionem,
& clausuram arcæ, siue scrinij, vel the-
38 sauri † in quo conseruata manet pecunia
fiscalis, & regia, scripsisse memini in con-
suet. Panor. c. 79. nu. 11. quib. addo Matth.
de Afft. in constit. Regni cum iuxta nu. 6.
tit. 72. de salario baiulorum, vbi quòd
per tres diuersas personas conseruabun-
tur illæ tres claues ob maiorem custo-
diã, licet quandoque posset ex confiden-
tia committi vni, vt ibi per eũ, & de ista
39 arca ferrata † meminit Dom. Caballus in
d. casu 99. n. 75. & seq. & ita nouissimè est
ordinatum in capitulis dictæ tabulæ tit.
[del modo, & loco che si ha da cõseruare
la moneta c. 2.] Cepol. cõs. 39. in 8. dubio
n. 61. Bonif. de Vitalinis in tit. ad l. iul. pe-
cula. in principio, qui dicũt quòd si aliter
officiales tenerent pecuniã quã in d. area,
seu armario, & portauerint ad domos su-
as grauiter puniãtur, & est consideratum
per dicta Capitula Tabulæ Quæ pecuniæ
quomodo recipi debeant an in pondere,
vel in mensura, & cuius qualitatis, vide
infra in cap 43. Regis Martini sub versic.
secundo colligo tom. 3 totum hoc ne com
mittatur aliqua fraus circa pecuniam
40 publicam † vel subripiendo, aut occul-
tando, vel in alios vsus proprios conuer-
tendo in rem suam, quia est pæna pecu-
latus, ac si capite puniantur, Iason cõs.
111. col 2. lib. 1. qui loquitur de thesau-
rario Marchionis Mantuæ, & tango in-
ferius n. 60. Angel. Aret. in § item lex iu-
lia peculatus nu. 2. instit. de public. iudic.
& ibi Ioann. de Plat. Salicet. in l. 1. oppos.
2. C. de crim. pecul. Cepoll. cons. crimin.
39. incip. Lucius num. 35. Boss. in pract.
crimin. tit. de furtis num. 39. Decian. in
tract. criminal. cap. 8. lib. 8. Caball. in eius
resolutionibus criminalibus cap. 99. nu.
3. 4. & 5. cum. seq. Boer. decis. 232. versic.
sed istam partem, Bonifac. de Vitalinis in
tract. de malefic. rubr. ad l. iul. peculat. ver
fic. sed hodie Vinc. de Frãchis decis. 315.
41 par. 2. & vltra confiscationem † bonorũ vt
in dictis capitulis Tabulæ in tit. [della pe
na di chi cõmettesse, & consentisse à fro-
di, c. 27.] & est conforme iuris cõmunis
determinationi, quia hoc efficit d. lex pe-
culatus l. 3 ff. ad l. iul. pecul. vel crimine
de residuis, vt per Caball. n. 30. cum seq.
ex Bonifac. de Vitalinis in tract. de ma-
lefic. in rubr. de residuis nu. 1. 3. 4. Angel.
Aretius in §. sunt præterea versic. lex iu-
lia de residuis num. 1. instit. de public. iu-
dic. & ibi Io. de Platea nu. 168. 169. vers.
nunc sequitur videre, Angel. de Perus. in
§. iubemus il 2. versic. & nota, Authent. de
collat. & prout subdam modo paulo infra
ibi, de residuo vero &c. n. 48. cũ seq. & li-
cet secundũ gloss. ibidẽ, & Caball. nu. 18.
& seq. dicatur quòd de iure Authentico-
rum sit correctum tamen dicta capitula
Tabulæ reuiuiscunt, dum expressè dispo-
nunt esse pænam confiscationis bonorum
maximè contra offitiales de quibus lo-
42 quitur ipse nu. 21. cũ seq. (quãuis † quan-
doque possit etiã agi contra tales actio-
no ciuili vel ad quadruplum, vel dupplũ
vt per eum nu. 27. cum seq.) in cuius etiã
43 publicæ, vel fiscalis penuniæ † receptio-
ne dicit Afft. in constit. causas in fine tit.
50. qualiter Iustitiarij lib. 1. quòd ipsi
Thesaurarij, vel Commissarij de eius or-
dine in recipiendo dictam pecuniam fis-
calem nihil accipere debent, nec exigere
aliquam pecuniæ quantitatem pro apo-
cha finali l. 1. C. de apoch. publ. lib. 10. l.
placuit C. de collation. fundor. patrim. &
emphit. lib. 11. Luc. de Penn. in l. 2. C. de
44 nauicular. eod. lib. debeq̃t esse sollici-
tus in dicta pecuniarũ exactione, etenim
in exigendo hãc pecuniam fiscalem ma-
xima consideratur sollicitudo propter
stipendia, quæ præstantur continuò mi-
litibus, & alijs offitialibus per ea, quę
dicit Luc. de Penna in l. omnes C. de an-
non.

non. & tributar.lib.10.& in Auth. vt iuf-
iur.quod præstat.ab his §.primum,idem
de Affl. in constit. Iustitiarios tit. 55. Ne
fil.pro patr. vbi applicat hanc exigentiã
ad Præsides. Etsi opus fuerit, vt in textu
45 subditur,quòd dictæ pecuniæ † vniuersi-
tatis expendantur pro seruitijs eiusdem,
possunt expendi,ita ibi,&pecuniã ipsam
concordat cum cap. 50. infra d. tom. 4.
Regis Alph. remissinè, istud enim est,
dicitur ibi, offitium Iuratorum, vt tan-
quam Reipub. administratores, redituš
vniuersitatis in expensas tantum ordina-
rias, & consuetas conuertant; In casu
verò quo expensa esset extraordinaria
vide ibidem, & Ronit.ad d.prag.5.tit.de
adm.vniu.nu.4.vbi quòd absque manda-
46 to Iuratorum† non potest vltra medium
aureum expendi ex d.prag.Regni Neap.
& an sufficiat maior pars se remictit ad
Dec.conf.297. & sentitur quòd sic in hoc
capitulo in §. item si forte Iurati, ibi,
duabus partibus eorũ congregatis.¶De
residuo vero pecuniarum statuitur hic,
47 vt conseruetur † & assignetur successo-
ribus in officio dictorum Iuratorum se-
cundum gloss. prædictã in verbo lex iu-
lia de residuis, & per Caball. loco citato
nu.30. cum plurib. seq. vbi quod qui pe-
48 cuniam † deputatam in vnum vsum con
uertit in alium non restituendo illud,
quod sibi superfuit ex administratione
publica punitur, & incidit in pœnam de
residuis, vide inferius nu. 56. extraordi-
nariam, & pro motu Iudicis arbitrariam
cum non sit expressè certa pœna, vt ait
ipse Caball.num. 45. post aliqua iura, &
Doctores à se ipso allegatos cum plurib.
num.ibidem subsequentibus, siue agatur
ciuiliter, vel criminaliter, furti v.g. aut
alio modo, quia actio de residuis est fur-
ti, & qui tenetur de residuis tenetur pro
furto Salicet. Cepoll. Bonifac. de Vita-
linis superius citati, & per ipsum Ca-
ball.nu.47. cum seq. ex Decian. cap. 31.
tit.de residuis nu.2.& 3. & cap.32.nu.5.
lib. 8. Boss. in pract. crimin. tit. de furt.
nu.41.& in tit.de lege iul. peculatus, &
de residuis, quod sæpe dicit occurrere
49 circa istos quæstores militum † propter
facilitatem fraudum, quæ commicti pos
sunt quando recensentur milites vt sti-
pendia illis exsoluantur, & facit etiam
contra istos collectores pecuniarum, &
multo peius si cũ dictis pecunijs publi-
50 cis facerent mercantias † quod est pro-
hibitum subdit ipse Caball.num.66. per
l. diu minime C. de suscept. Præpos. &
Arch.lib.10.& ibi Bart.& Luc.de Penna,
& Io.de Platea l.2.C.de Naucler.public.
spec.transport.lib.11.& ibi idem de Pen
na, quia non potest pecunia fiscalis diu
retineri penes offitiales, nec de ea fieri
commercium,aliter grauiter puniuntur
scripsit Affl. in constit. offitiales reipub.
nu.3.versi.caueant,Caball.nu.68.69.70.
vbi ponit differentiam si pecunia erat
aurea,ærea,vel argentea ex Decian. d.
cap.218.Io.Fabro, & alijs iurib. a se al-
legatis l.1.C.de his qui public. rat. mut.
pec.acceper.lib.10.l.vnica C.de crim.pe-
culat.l.1.& 2. C. de his qui ex publ. col-
lat.illat. non sunt vsurp. eod. lib.10.im-
mo consequenter omne lucrum factum
51 † cum pecunijs fisci, ipsi Fisco reddi de-
bet, & potest esse exemplum v.g.si ipsam
pecuniam redigerent in ducatos, flore-
nos, vel quid simile monetæ, quia omne
hoc lucrum deberet esse publicum, &
Fiscus posset repetere,& si aliter retine-
retur, in bona conscientia non retinere-
tur Bart.in l.vnic. C. de auri public. per-
secut.lib.10.ibique Angel.de Perus.Dec.
cons.6.in princ.Boss.in pract.crimin tit.
de Fisco, & eius priuileg. sub nu. 50. vbi
quòd omne lucrum factum cum pecunijs
fisci ad fiscũ pertinet, Peregrin. in tract.
de iurib.& priuileg. fisci tit.3.nu.10.lib.
6.de quib.per Caball.pulchrè d.num 69.
52 70. & nostra ætate fuerunt † promulga-
tæ pragmaticæ Ann. 1611. 1612. per Il-
lustrissimos Proreges, ne quicquam ca-
piatur etiam pro dando vnam monetam
pro alia inter priuatos, & vide quæ tan-
go infra in d. c.42. Regis Martini tit.de
cursu monetarum versic.quinto, tom.3.
53 Et est ratio † quia isti tales offitiales non
habent penes se dominium dictarum pe-
cuniarum, sed sunt obligati ad illammet
quantitatem pecuniæ,quam habuerunt
in specie in arca prædicta, seu armario
immissam,& non in genere,arg.quod di-
citur de eo,qui est obligatus consignare
certam quãtitatem fructuum ex talibus
bonis percipiendorum, nam tunc dici-
tur debitor specie, & non in genere, si-
cuti econuerso esset si simpliciter tene-
retur ad talem quantitatem, sic Bald.
cons.255.lib.2.& cons.224.lib.3. Bart. in
l.domini prædiorum num.2.C.de agr. &
censit.lib.11.Angel.in l.item illa nu.7.ff.
de constit.pec.l. si quis argentum §. 1. &
ibi gloss.C.de donat. Caball. qui hoc re-
fert n.75. (& multo fortius quando dicti
offitiales aufugerent cum dictis pecunijs
fiscalibus,quia tũc alia pœna grauissima
sunt afficiendi, vt dicam infra in cap.18.
Regis Martini fallent.2.tom. 3.) ¶ Nisi
loquamur

loquamur in casu, quo v.g. dominum pe-
54 cuniarum † fuisset translatum in The-
saurarium, caxerium, vel similes admini-
stratores dictarum publicarum pecunia-
rum fiscalium, vel vniuersitatis, ita vt es-
set statutum, ac determinatum certum
tempus ad illas restituendus, & redden-
dos calculos, & computa, nam tunc ve-
rum erit dicere posse dictos offitiales de
dictis pecunijs negotiare, disponere, &
similiter ita post Bursatt. cons. 325. in 2.
& 3. dubio, Rip. in tract. de pest. tit. de
remedijs preseru. in 2. particula num. 17.
Boss. in tract. crim. tit. de fisco, & priui-
leg. eius sub num. 50. Peregr. de iur. fisci
tit. 3. nu. 10. lib. 6. Dec. cons. 6. Alciat. cõs.
12. nu. 7. & seq. lib. 5. Cuman. cons. 178. in
2. dubio nu. 3. ait Caball. num. 74. & seq.
& subdam modo in seq. versic. tertium
præceptum &c. quod iddem sentitur in-
fra in cap. 51. eiusdem Regis Alph. dum
55 tractando ibi quòd pecuniæ † quæ est re-
ditibus vniuersitatum supererint, possint
in reparationem murorum Ciuitatis,
vel viarum conuerti, aut in alias arduas
necessitates, subditur, vt vtilius offitia-
libus vniuersitatis prædictæ visum erit,
atquè etiã hic habetur in textu, vt subdã
56 in 4. mandato, & eodẽ modo † neque has
pecunias ex residuis restantes debent per
offitiales in alios vsus conuerti, nec pos-
sunt, sed semper stare paratæ prodictis ef
fectibus, Dec. d. cons. 6. col. 2. Caball. loco
citato nu. 79. 80 ex Boss. Peregr. Decian.
& alijs per eũ adductis, aliàs incurritur
pæna de residuis l. cum eo ff. ad l. iul. pe-
cul. cum concord. dixi superius num. 48.

TERTIVM præceptum, quod obseruare
57 debent omnes Iurati † est, vt si aliqui
perceperint pecuniam vniuersitatis ex-
pendendã in totũ, vel in partẽ pro serui-
tijs ipsius vniuersitatis, quòd possunt pe
tere ab eis compotum, rationemque
dandam coram eis, vel personis statutis
ab eis deputatis (arg. eorum computo-
rum, de quibus dico latius infra in cap.
52. Regis incliti Ioannis tom. 6.) quos si
debitores inuenerint possunt cogere, ita
ibi, cogant illos, & quæ tetigi in ante-
cedenti versic. nu. 35. & prope finem in
§. item quod tota pecunia, vbi quòd etiã
58 ipsi Iurati † præteriti tenentur dare com
putum successoribus, vel quibus Regia
Curia mãdauerit, & adnotaui supra in an
tecedenti præcepto, est verum quod si ta-
les offitiales, vel vniuersitates habent
quitantias de eorum administrationi-
bus, non possunt amplius molestari, nec
inquietari etiam per Fiscum, nec ipsi, nec
eorum hæredes, vt disponitur infra in
cap. 470. Regis Alph. tom. 5. & hoc est
quod ait Rouitus in d. Pragm. 5. num. 13.
vbi ex pragmatica dicti Regni Neapolis
59 successores † in offitio grauantur, vt li-
quidari faciant computa prædecessorum
infra mensem, nec quicquam possunt re-
laxare de quantitatibus significatis, ibi-
dem §. 13. & per Aueun. decis. 13. num. 4.
60 & maxime si ad proprium vsum † & com-
modum applicauerint, vt ait Purpurat.
cons. 450. Bursatt. d. cons. 325. nu. 19. vol.
3. & tetigi supra nu. 40. & 41. aut alijs
mutuauerunt, quod non licet pecuniam
fiscalem in alios vsus conuertere, vt dixi
infra in d. cap. 7. Regis Martini versic.
de quarto extensione quinta num. 118.
tom. 3. l. 1. C. de his, qui ex publ. racioc.
lib. 10. pulchrè Rouitus ad d. pragm. 5.
Regni Neapolis in princ. & istud est,
quod dixi supra in cap. 8. Regis Iacobi
61 num. 4. tom. 1. quòd pecunia † fiscalis
non potest etiam Regi mutuari, nisi in
casibus necessitatis, addo pulchrè Fer-
din. Vasq. controu. illustr. cap. 6. nu. fin.
& multo magis alijs l. 1. & 2. vbi Bart.
& alij C. de his quæ ex publ. collact.
illat. sũt nõ vsurp. lib. 10. Caballus in d.
casu 99. num. 67. 68. 69. 70. 71. cum seq.
Affl. in d. constit. Regni, offitiales Rei-
pub. sub num. 2. versic. & dico vnum vbi
62 tenet quod si offitiales † de pecunijs Re-
gijs, & Fiscalibus faciunt mutuum qui-
busuis personis absque licentia Regis
debent deportari, & bona eorum confis-
cari per l. 2. C. de his, qui ex publ. ratio-
cin. pec. mut. accep. cum similibus. & ex
capitulis prædictæ Tabulæ Panormi cap.
15. 20. 21. est dispositum in specie, ne of-
fitiales permittant expendi apodixas in
creditum non existentibus pecunijs illo-
rum, qui pecunias vellent sub pæna sol-
uendi de proprio, & sub alijs grauissimis
pænis ibidem reseruatis, & est conforme
cuidam statuto Florentino cap. 161. sub
rubr. de pæn. offic. aufug. cum pec. §. &
nullus Camerarius, de quo mentionem
facit ipse Petrus Caball. d. casu 99. num.
71. 72. per quod statutum est sancitum,
vt nullus offitialis communis Florentiæ
possit quoquo modo directè, vel indire-
ctè tacitè, vel expressè mutuare, cam-
biare, deponere aliquam pecuniæ quan-
titatem, quàm habuissent, vel recipiunt
quocumque modo alicui personæ, col-
legio, vniuersitati sub pæna duppli, ac
priuatione offitij &c. vnde dico quòd si
63 isto casu † vel alio ciues cogerentur
coacti pecuniam Principi mutuare, pos-
sent

sent licitè præter sortem aliquid percipere, vt post Castrens. in l. fi. quis nec causam ff. si cert. pet. Soccin. in l. 3. nu. 7. ff. de his, quæ pæn. nomin. in terminis loquitur Surdus cons. 23. num. 8. lib. 1.
64 sicuti videmus valere statutum † v. g. vt habens tantum patrimonij, vt puta si sit descriptus, vel allibratus in quingētis libris, teneatur mutuare cōmunitati centū florenos pro emendo frumento, quia valet, vt ponit Bart. in l. qui fundum §. cohæres nu. 1. & 11. ff. ad l. falcid. Archid. in cap. Apostolicæ de do. Boer. q. 213. & ibi vide per Bart. an & quando fiat coacervatio cum similib. quæ ad materiam ipsius coacervationis scripsi infra in cap. 311. Regis Alph. versic. vel tertio tom. 5.

QVARTVM mandatum ad Iura-
65 tos † spectans est, vt dicti Iurati inuigilent circa fabricas murorum, & expensas in eis factas, vt tetigi supra in 2. præcepto, siue mandato, & vt videant dictas pecunias expendere pro fabricatione dictorum murorum Ciuitatis, vt in duobus locis hic disponitur: hoc iddem est dispositum per cap. 53. Regis Alph. tom. 4. circa quam etiam murorum reparationem erit offitium Magistri Iurati, de quo dicitur in cap. 62. eiusdem Regis Alphonsi; qua de causa etiam poterunt
66 prohibere † ne super ipsis muris aliquid ædificetur ex pragm. de qua mentionem feci in commentar. consuet. Panhormi cap. 65. in princip. addo Soccin. cons. 102. lib. 2. quem refert & sequitur Io. Ant. Bossell. ad statuta Parmæ lib. 1. in tit. quòd per potestatem eligantur fol. 5. aliàs possent dirui ex adductis supra in cap. 25. versic. iddem, non obstante quòd adesset consuetudo in contrarium Phil. Corn. cons. 33. Visa in litera C. in 4. parte, Bertacch. in littera consuetudo, nisi dimisso spacio, vt ibidem dixi, & tango infra sub vers. vltimum.

QVINTVM, quod obseruabunt
67 Iurati † in eorum administratione est, vt quilibet in eorum quarterio (de quo tetigi supra in versic. in primis) attendat, si capitula Regni obseruentur, vt decet, & loquitur de illis capitulis factis supra à cap. 36. cum plurib. seq. & cap. 38. de quibus seriò hic sentitur, nempè de non capiendis animalibus ad bardam, & de non præponenda venditione carnium, vini &c. vt ibidem, & supra à cap. 86. etiam cum ibi subsequentibus, vbi videas. Subaudiendo tamen, vt tam
68 dicta caro, quàm vinum † & alia comestibilia, non sint fætida, nec putrida, quia ad Iuratos spectat hoc videre, & Prætorem, vt dixi in consuet. Panormi cap. 75. nu. 2. ratione quia caro quanto melior est, tantò optima vt dicunt Domini Physici, quòd ius bonarum artium cito conuertitur in naturam, sicut vinum, & oua sorbilia, vt per Luc. de Penna. in rubr. C. de iur. fisci lib. 10. vnde Horat.

Offas in iure natantes.

69 argum. eorum, quæ de vino bono † scripsi supra in cap. 21. Regis Iacobi tom. 1. & de ouis pulchrè Chassan. in catalog. Gloriæ mundi part. 12. consideral. 82. 84. 85. & per ea, quæ ait Menocch. de arbitr. iud. cent. 4. casu 385. lib. 2. quod punitur vendēs annonam corruptam, ex his quæ de cera, frumento, & alijs bladis posui infra in cap. 62. Regis Frdinandi versic. tertium quod reassumo tom. 7. Et hac de causa puto esse dispositum per pragmat. vnicam §. 7. tit. 33. de prohib. macellat. animal. tom. 1. quòd caro mortua animalium trium annorum completorū (quia aliàs non posset introire ad terras talis caro, sed comedatur in locis non habitatis §. 8. ibidem) possit vendi etiā in publicis macellis, in loco tamen separato, ac recognita prius per Iuratos, & eos, ad quos spectat, q. d. vt videatur an
70 sit fætida, & morbosa. Subaudio etiam † vt dicta caro vēdatur in publicis macellis, vide quæ scripsi infra in cap. 77. Regis Alph. nu. 104. subdè inferius sub nu. 74. & est §. 3. & §. 10. in d. pragm. vnica, & in multis locis dicti tituli, siue pragmaticæ, valet namque consuetudo quòd carnes, & victualia vendantur certo loco, Bertacchio. in verbo consuetudo, fol. 480. col. 2. ex DD. in cap. significante de appellation.

SEXTVM, quod versatur circa ip-
71 sos Iuratos † est, quia imponunt metam, & pretium rebus venalibus, de quo dixi infra in cap. 55. Regis Alph. d. tom. 4. sic videmus circa impositionem metæ vini, musti, & vuarum, de quib. in pragmat. 1. tit. 66. de proh. vend. annon. vbi disponitur quòd debeat congregari concilium in Dominica 1. post festum S. Francisci cum electione certarum personarum probarum, & sollemnitatibus, de quibus ibidem habes: sic circa metam lini, & sericorum prout in pragm. 2. eod. tit. vbi imponitur meta 6. Augusti cum eisdem sollemnitatibus, & in pragm. 3. vbi de meta quoad legumina, casea, olea, & cætera similia iddem statuitur, idest vt meta circa vina, & linum in festo S. Francisci, olea in festo S. Nicolai, ca-

sta, S.Georgij, feria, S.Ioannis Baptistæ,
& prout ibi tibenteuerum quòd hodie ex
quo tempore sunt mutata, mutantur etiã
& impositiones metarũ, & ita per Prore-
ges est facta prorogatio ad alios dies de-
cem post, facta 18. Iunij 2. Indic. 1604. Et in
summa istud est, quod tetigi supra in
72 cap. 40. vbi agitur de materia assisiæ †
nam ad hos Iuratos spectat habere li-
brum, in quo sint taxata pretia rerum
venalium, & quolibet mense inquirere
diligenter apothecarios; & vendentes
in libro assisiarum; si aliquis excessit, &
trangressus esset assisiam, vel similia vt
per Affl. in constit. Regni, ad officium
Baiulorum nu. 2, 3. & seq. tit. 64. de fure
capto, vbi dicit quòd illi, qui vendunt
res comestibiles, in quibus statuta est
assisia prædicta per offitiales deputatos
si vltra dictam assisiam vendunt, tunc
incidunt pœnam statutam; quod officiũ
hodie est penes Iuratos nobiles, vt est
etiam Neapoli, vt ipse ait (sic etiam erat
stabilitus certus numerus officialium
circa assisiam in dandis salarijs Iudici-
bus vt dixi infra in d. cap. 7. Regis Mar-
tini, addo Surd. cons. 56. lib. 1. vbi quòd
solent deputati in hoc constitui, & ibi vi-
de quòd pœnæ ad eos spectant vel possunt
expendere, & eas conuertere ad eorum
arbitrium in beneficio locorum; & item
quòd dicti iurati à transgressoribus &c.
nec alius fiscus potest se in his impedire,
quia solummodo Spect. Iuratis, & Prætó-
ri est commissa cura annonæ, & assiæ,
& consilium Surdi loquitur in alijs ter-
minis, quia ibi circa extractionem pro-
hibitam erant deputati constituti, nec
prohibebatur quia capitaneus possit a-
gere, vt ibidem, stante quod pœna appli-
cabatur Fisco, istæ autem pœnæ circa an-
nonas non applicantur in totum fisco; &
per ea, quæ habentur supra eod. cap. 40.
vbi tractatur materia assisarum, quæ
non possunt imponi absque licentia Re-
73 gia, assisiæ enim non † sunt aliud nisi mer-
cimoniæ vt est videre in constit. Regni
de offit. Magistr. Camer. l. 1. quæ incip.
Magistros Camerarios, est gloss. in con-
stit. Regni, Magistros Meccanicarum tit.
49. de fide mercatorum lib. 3. vbi duo vi-
ri statuuntur super assisijs, mercimonijs-
que vendendis, addo Andr. de Ysern. in
constit. Regni, omnes nostro regimini
tit. de violentia meretricibus illata, qui
dicit quòd super istis vtensibilibus (de
quibus dico etiam infra in cap. 15. Regis
Martini post princip. d. tom. 3.) potest
imponi assisia per offitiales, Affl. in præ-

lud. constit. Regni quæst. 3. nu. 10. Andr.
de Ysern. in capit. si vero violator §. post
natale de pac. tenend. vbi ponit ad quem
spectat imponere assisiam rebus venali-
bus, & vtrq; ad Secretum, vt tetigi etiam
supra in cap. 63. Regis Iacobi tom. 1. &
est text. in constit. Magistros Camera-
rios tit. 61. de discreta cognitione causa-
74 rum libr. 1. (cuius Secreti † querimo-
nias cognoscere potest Magister Secrē-
tus, & ab vtrisque postea appellatur ad
Magistros Rationales tango infra in c.
52. Regis incliti Ioannis sub versic. & ad
decretatam tom. 6.) Igitur regulariter
meta in omnibus imponenda est per Iu-
ratos, præter illa, quæ habentur in d. tit.
55. de prohib. macellat. animal. quia vbi
75 est imposita meta per pragmaticas † non
possunt Iurati manus apponere licet sint
aliqua venalia, quæ vendi possunt etiam
absq; meta prout in d. pragm. vnica §. 9.
circa eos, qui deforis afferrent extra Re-
gnum animalia bouini generis, & ver-
veces, nam ea possunt vendere absque
meta, vt libet in publicis macellis in lo-
co separato; & simile habnimus in Con-
suet. Panormi d. cap. 75. vbi Ciues Panor-
76 mi † possunt vendere carnes suorum ani-
malium vt eis placet, etiam ad pondus, &
ad petium, & vbi volunt, etiam ante do-
mum (prout de vino scripsi in alia Con-
suet. 61. in fine, & addo aureum Baldi
consil. 197. statuto cauetur vol. 2. vbi non
obstante statuto quòd vinum vendatur
ad mensuram vrnæ, mediæ vrnæ, contij
& medij contij, potest vendi ad scutel-
lam, & sic ad cannatellam secundum nos,
si ita est consuetudo, aliàs non, vt ibi per
Bald. alibi quàm in taberna, quod nota
pro nostra consuetudine, quam tamen in-
telligo regulatam de ordine Excellen-
tiæ Illustrissimi Ducis Feriæ Viceregis in
hoc Regno, ne excedat nempe granos
duodecim pro qualibet cannatella, vt au-
dio. Nec puto esse correctũ per d. pragm.
vnicam tit. 50. tit. præd. de prohib. ma-
cellat. animal. vbi regulariter est dispoſi-
tum, quod solũ in macellis publicis ven-
datur, vt tetigi in antecedẽti versic. quin
tum, &c. nu. 70. sicut video in Regno a-
stutiam magnam multorum, & est, quòd
77 licet boues † non possint vendi, nisi vnc.
quinque pro quolibet, vel de iuuencis ad
vnc. 4. 10. pro quolibet, vt in §. 11. & 12.
dictæ Pragmaticæ, tamen quid faciunt,
nam vendunt cum eis vaccam, vel vitu-
lum; quorum non est meta, sed ad libi-
tum vendi possunt, vt in §. 15. & sic frau-
datur intentio præcedentium Pragma-
tica-

ticarum, nam illud plus applicant ad venditionem vaccarum, vel vitulorum, & si-
78 milium, vt ibi: & similia statuta † circa metas præsertim impositas de ordine Principis, maxime circa frumentum promulgato banno, ne quis vendat plus certo pretio ligare etiam clericos dixit in d. cap. 15. Regis Martini in primo capite.
79 SEPTIMVM est circa pondera † & mensuras ita hic, ibi, item inquirant, & videant, & circa cannas vide supra in cap. 11. remissiuè, est Pragmatica hodie in Regno, quæ reduxit eam ad octo palmos Pragmat. vnica tit. 63. de mensura cannæ tom. 1. addo Affl. in d. constit. ad officium baiulorum tit. 64. de fure capto lib. 1. nu. 2. & seq. qui ait, quod ad hos of-
80 fitiales spectat habere librum † & videre pondera, & mensuras scriptas, & signatas per se ipsos, vel eorum offitialem, pulchrè Bart. in l. si solus ff. de acquir. hered. qui dicit, quod tales mensuræ vocantur cannæ, in quibus sunt signa diuisionis tetigi in consuet. pan. cap. 77. sub nu. 3. quod officium de iure communi spectabat ad Comitem sacrarum largitionum, Auth. de collatorib. §. fin autem, vel ad defensores Ciuitatis l. iubemus C. de defensor. Ciuit. hodie attinet ad Achatapanos, vt in d. cap. 11. & in consuet. Panormi cap. 61. vbi scripsi nu. 8. Immo de iure communi, qui vtebantur falsis ponde-
81 ribus † relegabātur per text. in l. pen §. si venditor ff. de furt. l. annonas ff. de extr. crimin. gloss. in l. arbitrio §. de eo ff. de dolo; propterea ad euitandas has fraudes subdit ipse Affl. nu. 4. 5. 6. 7. quod statuantur pondera, siue mensuræ æneæ, & lapidæ, per text in l. modios C. de susceptor. præpos. & archar. lib. 10. cum concordantib. vbi in d. nu. 7. refert, quod de iure canonico, qui vtebatur falsis ponderibus, & mensuris debebat ieiunare 30. diebus in pane, & aqua, quæ penę hodie in foro penitentiali sunt sublatæ, sed sunt arbitrariæ, scriptum est enim in Deuteronom. cap. 25. non habebis in sacculo di-
82 uersa pondera † maius, & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor, pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi, abominatur enim Dominus Deus tuus eum, qui facit hæc, & aduersatur omnem iustitiam, ita ibi, cap. 20. sup. eod. transit hic Bonior. qui subdit esse etiā statutasmē suras super liquore ex Alc in l vinaria ff. de verb. sign. & propterea habetur supra in d. cap. 11. quòd possunt fieri accusationes de falso circa hos malè, & falso pon-
83 derantes † ac puniri per eos, ad quos spectat, & dixi in d. consuet. 61 nu. 10. vbi in vtroque loco habes, quod mensuras, & pondera falsificantes possunt accusari de falso, quatenus de iure fuerit procedendum, & puniri, quatenus de iure punien di venirent, constito per duos testes legales, & probatæ opinionis appellatione remota, vt ibi habes, & cōcordat cum cap. 42. sup. eod. in fine, ibi, tanquam re dar guens de falsis mensuris, & ibidem habes duos tumminos in Regno, quibus percipiuntur terragia, vnum Syracusis
84 † & alterum hic Panhormi ad tollendam diuersitatem ipsorum tūminorum ex his, quæ dixi in d. consuet. nu 9. & facit etiam supra d. cap. 20. vbi tractatur de tuminis, & cantarijs, quos tūminos vult signari signo aquilæ, vt in dies videmus hucusque, talesque ordinationes circa mensuras, dicitur ibi, quod ligant etiam personas Ecclesiasticas, argum. earum illationum, quas feci supra in d. cap. 21. sub versic. amplio, vt etiam.
85 OCTAVVM est circa prohibitionem constructionis † in locis publicis, siue vijs, rughis, & platæis sic colligitur hic ex duobus §§. ibi, item quod ipsi Iurati, & ad Prætorem, cum §. seq. ibi, item quod nullus, & §. item quod dicti Iurati prouidere habeant, vbi quod ad eos spectat dare latitudinem i.. ipsis infra nu. 95. sic tetigi in comment. consuet. Panhormi cap. 29. nu 39. vbi vias publicas dixi impediri non posse, Ang. conf. 18. Bald. conf. 196. lib. 1. Cepoll. conf. 30. absolutumque est nemini licere facere viam deteriorem v. g. pontem super ea faciendo latè Surd. conf. 137. lib. 1. nu. 1. & seq. & nu. 9. ex Bart. in l. si duo ff. vti possid. idem Cepol. cap 30. de seru. tign. immict. quęst. 6. cum concordant. sicut subdit idem Surd. nu. 18. post Angel. in l. qui sella in princip. ff. de seruit. rustic. pręd or. & Cepol. de aere
86 in fine, quod qui † non potest aliquid retinere in platea, non est ei licitum tenere super banco, vt in dies videmus, quoad istos apothecarios, & fabros, & similes, quod est cognitum in hoc capit. §. item, quod dicti Iurati prouidere habeant, ibi, bancorum, Florian post Bar. in d. l. qui sellam ff. de seru. rustic. prædior. Bertach in verb. statutū fol meo 104 col. 3. vbi nec in manib. potest retinere, &c. & refert. Surd. illud vulgatum, quod fabulosum putabam de illo facetto Gonnella, qui dum esset prohibitus à Duce Fer-

rariæ, ne pedem poneret in sub territorio, Ferrariam accessit super plaustro explanato ex terra Veronæ, existimabat enim se non esse in territorio Ferrariensi, cum sederet super terra Veronensi, sed se fefellit, nam currus, super quo ferebatur, erat in territorio prohibito. Intantum, vt nec ipsi Iurati possint vendere
87 † tales vias publicas Franc. Benc. conf. 15. ex quo non sunt vnius de popolo, sed omnium populorum, & communes, vt tango infra nu. 121. ex Brun. cons. 177. col. pen. suntquè de regalibus, vt conclusi infra in cap. 456. Regis Alphonsi §. 1. tom. 5. Alciat. cons. 300. nu. 1. quæ non possunt alienari nu. 5. Affl. in tract. feud. tit. quæ sint regalia versic. viæ publicæ nu. 6. Io. Ant. Bosell. ad stat. Parmæ in tit. quod per potestatem eligantur fol. 5. lib. 1. Marcus Ant. Rouescalensis ad scholia, Baldi cons. 206. lib. 1. Bald. in rubric. C. de contrah. empt. col. 1. Affl. in constit. puritatem nu. 10. de præstando Sacramento lib. 1. & consequenter officialis Regius non posset concedere aliquam viam publicam priuatæ personæ sine speciali licentia Principis, aliàs esset demanialia alienare, quod non licet, vt dixi infra in cap. 1. Regis Martini tom. 3. & cap. 9. Regis Iacobi versic. simili modo tom. 1. vbi quòd nec ipse Princeps posset donare,
88 Item quia † præscribi non possunt, vt dixit Franc. Marcus decis. 672. quæritur de pena part. 2. & decis. 385. no. 4. part. 1. Marcus Ant. Rouescaleosis loco citato, vbi dat alias rationes, quia via publica dicitur esse ius facultatis, qua de causa, præscribi non potest ex eod. Marc. decis. 595. vnde est, vt nemo possit tales vias publicas occupare, nisi cum Principis, vel Reip. licentia, Surd. d. conf. 137. nu. 2. post Bart. Cepoll. & alios, & aduertit ad Iuratos, & Decuriones, vt caueant à tali facilitate, quia id iure aliquo facere non possunt, inferens etiam ad feudatarios, qui non possunt in vijs publicis ius prætendere nisi habeant regalia, addens quod via publica nec possit coarctari nisi id fiat ratione publici, v. g. vt Ciuitas reddatur tutior, Bart. in l. 1. ff. de via publ. & ipsum ma quando agitur de viæ publicæ mutatione, omnes, de quorum præiudicio agitur, citari debeant ex Marc. decis. 593.

Quæ considerauit etiam d. cap. Rit.
181. Regis Alph. tom. 4. intantum vt à
89 Iuratorum, Prætoris, siue Iudicum sententijs latis per inspectionem oculorum non detur appellatio, vt concludit ibidem Bonior. & idem est circa interlocutorias latas ex Rip. resp. 1. tit. de consilt. & stat. vol. 2. & quę dixi in d. consuet pan. cap. 29. dando sententiam super viso loco, quemadmodum dicimus, viso calculo, viso computo, &c. Ioann. Anan. conf. 6 visis citationibus ex illo exemplo. quod adduxi supra in cap. 108. propè princip. de quo modo per inspectionē oculorum, quod competat Prætori, Iuratis, siue Iudicibus, loquitur, & sentit Surd cons. 130. nu. 7. lib. 1. & conf 233. col. 3. lib. 2. quæ possunt etiam applicari ad ea, quæ subdam inferius in versic. vltimum.

90 Sed quæro quid si quis ædificauerit † in solo alieno, loquor regulariter prȩter vias publicas, an si ibidem fecerit expensas, possit iure actionis petere, vt dominus soli reficiat ipsas expensas, dic nō, est verum, q̄ habet solum ius retinendi proprietatem soli pro expensis prædictis, vt post Speculat. de except. versic. secundo pone, Paul. de Castr. in l. si in area, vbi Alberic. de Rosat. ff de condic. indeb. & cons. 17. Cyn. in l. si quis sciens C. de rei vendi. Matth. de Affl in consilr. culpam nu. 2. tit. 88. de offic. Castell. lib. 1. & sic possunt intelligi, quæ scripsi in commentar. consuet. Panormi cap. 84. nn. 1. & 2. adducendo illos versus, quicquid plantatur, &c. Immo ex ista scientia, & pa-
91 tientia vicini † qui videt ædificari in suo proprio solo facit, vt illo ædificante, amictat ipse possessionem, vt post Salicet. Corn. Cepol. Neuizan. Cyn. Alex. Ruyn. & alios ait Surd. conf. 74. nn. 11. 12. lib. 1.

92 NONVM est, quia ipsi Iurati † debēt cōgregari saltim semel in hebdommada pro seruitijs, & statu concernentibus Vrbem ita ibi, item quod Iurati, &c. & sic obseruant hodie, immo pluries, & sufficiunt duæ partes coogregari §. item si fortè Iurati instituto die &c. & dixi supra in versic. secundū, & faciūt notata p DD. in l. omnes populi vbi Io. Bolognett. nu. 81. ff. de iust. & iure, & sic si v. g. Vrbs, Ciuitas, vel quælibet Vniuersitas indigeret pecunijs pro necessitatibus populi, vel aliquibus alijs victualibus, & simi-
93 libus, possunt ipsi Iurati † obligare Ciuitatem, & ipsi in dubio censerentur obligati iuratorio, vel administratorio nomine, vt per Bart. in l. si pupilli §. 1. ff. de negotijs gestis, l. pen. ff. siquis caut. intantum vt postquam desierint esse Iurati, vel administratores non teneantur finito officio l. post mortem § fin. & l. pen. ff. quand. ex fact. tutor. Alciat. Dec. & alij in l. Ciuitas ff. si cert. pet. est verum quòd si
94 creditores † procurant obligationē etiā no-

nomine proprio, tunc etiam valet, & te-
net talis obligatio, tanto magis eorum
contemplatione videtur data pecunia, ne
remaneant dubij de eorum obligatione,
& presumuntur contrahere velle eo mo-
do, quo melius, & vtilius eis fit, vt post
Iason.& Soccin.ait Io.Bolognet.ibid.nu.
37 38.& seq.qui concludit quòd nisi adsit
protestatio in contrarium per quam no-
lint se obligare nomine proprio, tunc ap-
parendo ex facie actus, quòd sint obliga-
ti etiam nomine proprio, semper tenet
obligatio, & ita in dies fiunt obligatio-
nes faciunt notata in ritu cap. 133. nu.
26. tom. 4.

DECIMVM est prouidere super lati-
95 tudine † platearum, iam dixi supra in
versic. octauum.

VNDECIMVM est vt curent ipsi Iu-
96 rati † ne remaneant immunditiæ in Vr
be, sed eas foras deijci faciant, & vina-
tium, ob malos odores, & ne aer cor-
rumpatur sic habes in §. item quod pro-
curent aliqua tetigi, in consuet. Pan. cap.
33. nu. 3. & melius in cap 79. nu. 27. 28.
per tot. nu. 31. vbi hodie remissum est ad
Syndicũ, & Magistros immundiciarum,
& ibi posui nu. 27. ne abluantur res fæti-
97 dæ, & panni in fontibus † aquarum, & in
alia cõsuet. 12. nu. 43. addo Anell de Bot.
ad l. 1. §. sic. iniuria ff de extraordin. cri-
min. vbi ne in puteo quicquam immitta-
tur l. is qui ff quod vi. aut clam, esto quod
per inquilinos Ecclesiasticarum per-
sonarum tales immundiciæ fierent, quia
omnes concludunt ligari in hoc etiam
98 statuto seculari † vt post Alex. Rouidium
F.P. Mediolani in alleg. pro Statu Medio-
lani versic. primo enim, Salicet. in Auth.
cassa nu. 12. C. de sacrosan. Eccles. Balb.
post decis. Pedamont. 68. nu. 29. Bald. Ce-
poll. & Iason. Fæst. de collect. part. 4. nu.
31. 37. 43. Aret. in l. ad instructionem C.
de sacros. Eccles. Purpurat. cons. 50. nu. 6.
Abb Salicet. Fælin. Angel. de Clauas, Cra
uet. Rolland. Bursatt. & alij citati per Sur
dũ cons. 490. nu. 10 lib. 4. & iterum ante
scripserat cons 301. nu. 69 lib. 3. cum cõ-
cordantibus, quos posui infra in cap. 15.
Regis Martini versic. ligare potest tom.
3. & quæ de aere tango infra in cap. 1 t.
Regis inclit Ioannis propè princip. tom.
99 6. in ea parte † v.g. fluminis tunc licet la-
uare, in qua aqua non infestaretur, & sic
in inferiori, vnde dixit Bart. in l. cum su-
pra nu 4. C. de re milit. quòd male erat
accusatio lupi contra agnum bibentem
in inferiori parte fluminis, asserens tur-
bare aquam.

DVODECIMVM, quod seruare de-
100 bent Iurati † est circa ædificia minantia
ruinam vt reparentur, vel diruantur, in-
iunctiones faciendo patronis domorum,
vt ad earum expensas reparentur, alias
in totum diruantur, ita hic §. item quod
dicti Iurati inquirant, &c. de quo parti-
culari latè scripsi in consuet. Panor. cap.
42. nu. 2. 8. 10. 23. 24. 25. & seq.

DECIMVMTERTIVM est, vt ipsi
101 Iurati † sollicitè procurent omnia, & sin
gula facta, quæ pertinent ad honorem. fi-
delitatem, & statum pacificum Ciuita-
tis, vide quę posui supra in cap. 45. vbi ne-
scio quomodo glossatores, & composito-
res horum capitulorum posuerint ibi il-
lum titulum, dicendo, nempè, de officio
Iuratorum, stante quod non video de ip-
sis Iuratis aliquod verbum per totum il-
lum textum, nisi dicamus, quòd moti fue
rint ex illis verbis, ibi, tres probi viri le-
gales, etenim, vt plurimum, videmus in
locis Regni in non magnis vniuersita-
tibus, tres Iuratos assignatos esse, & ita
expressius, & clarius habes in cap. 33. Re-
gis Alph. in textu, ibi, & Iurati locorum,
vbi scripsi, tom 4. ibique est diuersus ca-
sus ab hoc, nam dispositum est, vt Strati-
102 cotus, Capitanei † vel Iurati locorum
denuncient delicta omnia enormia alio-
rum infra dies quindecim sub pœna, &
ibi feci mẽtione de pragmatica, quæ re-
uocata est quoad pęnas vt disponitur in-
fra in cap. 492. Regis Alph. tom 5. & in
cap. 56. nu. 56. Regis Iacobi supra tom. 1.
addo Salicet. & DD. in l. ea quidem C. de
accusat Clar. in pract. criminali §. fin.
quæst. 7. Menoch. de arbitr. iudic. casu
198. nu. 28. cent. 2. Farinac. quęst. 32. Surd
cons. 272. nu 12. 13. allegati per Domi-
num Don Franciscum Rampulla V.I.D.
eruditum in quadam Additione origina
li, quam fecit ad d. cap. 33. tom. 4. ex pro-
pria eius manu originali, Bart. in l. 1. §.
eleganter ff. de liber. agnosc. est verum
103 † quod excusantur quando aliundè habe
retur noticia talis maleficij, v.g. ex accu-
cusatione offensi, vel ex informationibus
sumptis ex officio, idem Bart. Alberic.
Angel. Roll. & alij citati per Surd. d. cõs.
272. nu. 12. 13. lib. 2. vbi quod non est cer-
tificandus ille, qui certus est per l. 1. ff. de
act. empti. cum similibus, & facit d. cap.
492. Regis Alph. vbi [Et la detta Mae
stà può hauere veridica informatione co
me tali denuntie son state fatte, &c] Hic
vero, & in d. cap. 45. dicitur quòd Iura-
104 ti † debeant denunciare grauamina, &
extortiones illicitas factas per Capita-

neos,

neos, Iudices, & Magistrum notarium, aut quoscunque de Curia, & Familia eorumdem, maximè de delictis factis cum armis prohibitis vsque ad sanguinis effusionem, & istud est, quod videtur considerarum in hoc officio Iuratorum, facit text. in auth vt nulli iud. §. & hoc Bonioru.in d. cap. 45. & Bald. in l. 2. C. quand.Fis..vel priuat.& in tit si de inuestit.lis oriat. inter dom. & vassall.

105 Intellige, & limita † procedere à die scientiæ ex adductis per Ludouic.Rom. cõs. 228.nu.5.cũ num.præcedentibus,& sequentibus vbi facit aliquas illationes.

VLTIMVM est, vt videant dicti

106 Iurati † & cognoscant, ac terminent omnes contentiones, & controuersias, quæ oriuntur inter ciues v.g. super sæpibus, finibus, limitibus, & diuisis vinearum, domorũ, aliarumque possessionũ, quia terminos designatos non licet excedere, vt dixi in consuet. Panor. 32.nu. 24. per visionem oculorum, sicut etiam in hoc cognoscunt Iudices Vrbis, vt dixi superius versic. octauum num. 85. cum seq. cum versic.ibidem subsequenti,& in hoc potest etiam poni exemplum de illis ædificijs, quæ fierent per se ipsos vicinos, siue à latere, siue à fronte ædificarent, v.g. aperiendo, & faciendo fenestras

107. † quibus & si liceat per l.altius C. de seruit.& aqu.& ex his quæ dixi in d.consuet.Pan.cap. 29. esto quòd adesset pactũ personale solummodo, ne aperiantur fenestræ, vel similes non iure seruitutis concessæ, quia non ligat successores singulares, sed eius hæredes sic, & nu. 47. Torniola cons.24.nu.24.cum seq.nisi aliter per stipulationem esset cautum, vt ibi per eum, aut si v.g.tale pactum esset sine causa, vt per Berоum cons. 135. nu. 13.14.& 16.lib. 3. vbi quòd seruitus non

108 potest constitui † ad certum tempus, vel incertũ, donec volam, per l. seruitutes la 2.ff. de seru. Cepoll. de fenestra cap. 62. nu.8. maximè si esset præscriptum spatio 30.ann.& non aliter, vt dixi in materia infra in cap.57.Regis Martini versic.insuper tom. 3. esto quòd in tali loco per 100. annos nunquam fuissent fenestræ, etiam quòd per talem fenestram haberetur prospectus super domo, & solo alterius, dummodo aliquid non immittatur vt ex eod.Bero.nu. 15.& Cepoll l.Nisi ex statuto aliter prohibeatur, vt est Bononiæ, quòd non licet habere fenestras in in suo pariete super solo, & terreno vicini Berous d.nu. 15. maximè si lumen ha-

109 bere † aliundè commodè non posset, vt per eum nu. 7. quia est[illegible] beat seruitutẽ fenestræ su[illegible] ni, potest vicinus dare per[illegible] æque idoneam lucem ex rel[illegible] purat in l.2.C.de collation. [illegible] secus esset si ex seruitute vici[illegible]

110 ta † vt puta per instrumentum[illegible] & non aliter, prohiberetur, vt pe[illegible] Beroum cons. 134.& 135.loco cita[illegible] nisi ad æmulationem,& iniuriam, a[illegible] spectum vicini fiat, vt per eosdem, q[illegible] dicitur ædificare ea intentione mix[illegible] quoties cadere potest æmulatio, vel nisi ad commodum, etenim si quis tunc ædificat, vt sibi prosit,& noceat vicino,& sic intentione mixta, licet non dicatur facere ad æmulationem Ias. in l.quo minus nu.34.ff.de fluminib.Surd.cons. 255. nu. 15.lib.2. vel nisi disco operẽtur Monia-

111 les,& Religiosi † vt in d. cap. 15. Regis Martini post princip.tom.3. vbi quòd potest cogi vicinus vendere, vt latè ibi adduco concordantes locos, vel nisi fene-

112 stra † quæ prætenditur fieri esset insolita, vt ipse Berous subdit nu.3.& nu.6. & tangendo ea, quæ dicuntur hic de limitibus, parcat mihi Io. Petr. Surd. d.cons. 74.per tot.lib. 1.vbi sentit quòd qui ædi-

113 ficat † propè domum vicini, debeat spatium duorum pedum relinquere iuxta textum in l fin.ff.fin. regund. quia vltra quòd est ridiculum, & in practica non seruatur, aliterque sentire, omnes domus essent insulatæ, & tamen quasi omnes sunt contiguæ præter stratas publicas intermedias, tamen illa l.fin.non seruatur realiter de consuetudine, sed domus ædificantur nullo dimisso spacio intermedio, Alberic. ibidem, Odoffredd. Salicet.Butr.Bald.Corn.& Neuizan.Angel. & Berous relati per ipsum Surd. sed non secuti,& malè, quia eos sequi debuisset, & non reprobare stante illorum numero, & authoritate, nimis ob id cauillosum videtur mihi illud Surdi consilium, & contra ipsum adde Doctores, quos citaui in d. consuet. Pan. cap. 29.

114 nu.35. vbi quòd in muro † communi, & contiguo possum appodiare, soluta, vt ibi dixi, parte mediantis, vel possum erigere dictum murum etiam inuito socio, & super ædificatum erit quoque commune (dummodo paries non esset subtilis, vel debilis, sed esset grossus,& latus) & consequenter potest in eo fieri caminus

115 ignis † vt per eundem Surd. nu. 19 20. 21. 22. quicquid aliqui in contrarium vellent, si enim murus prædictus non posset substinere dictum ædificium, tunc

non

non licet, vt per eundem Surd. d. conſ.
333.col 2.lib.2.addo prædictis Dec.conſ.
201.etiam ſi in totum lumina vicini ob-
116 ſcurarentur; quia poſſum erigere † mu-
rum communem, vt ipſe ait, Salicet. Boer
Berous, & alij per eundem Surd. conſ.27.
nu.2.lib.1. Prouinzal.in l.Sabinus ff.com.
diuid, ex eod. Boer. cõſ.5. Iaſon. conſ. 98.
lib.1. Neuizan.conſ.65. col.fin. idem Be-
rous famil.quæſt.queſt.26.nu.3.idẽ Surd.
d.conſ.233.col.2. conſ.65.lib.2.quicquid
ſubdat ipſe Surd.nu.10.vbi cõcludit con-
trarium, nempè quod quoties obſcuran-
tur lumina vicini, non liceat altius tol-
lere ex Bero. Cepoll. Angel. Alberic. &
Boer. quamuis realiter in caſu Surdi, ille
murus erat debilis, & vetuſtate confe-
ctus; & ſcindebatur, & aperiebatur, licet
poſtea nu.14 ſe retractet reprobando Ia-
ſonem, aliter ſemper regula manet in
contrarium, quia in pariete communi
licet ſocio facere aliquid, etiam inuito
conſocio; & ad materiam muri commu-
nis addo Io. Ant. Boſell. ad ſtatut. Parmæ
tit. qualiter quis compellatur fol. 145.
tũc poſſet ſaluari, & intelligi ipſius Surdi
117 conſilium, quando v.g. ædificium † non
fieret ex latere, ſed in frõtiſpicio de dia-
metro, vt per Angel. in d.l.fin. & pulchrè
Marc. deciſ. 301. nam quandoque vidi-
mus quòd relinquuntur quatuor pedes,
ſiue, vt aiunt, quatuor palmi; quòd eſt
conforme illis duobus pedibus, de qui-
bus ſentijt ipſe Surd. & alij, captis non à
regione, ſiue confinio, nec muro, ſed à
ſtillicidio, quia tunc tantum important
ex his, quæ ſentit Cepolla de ſeruit. vr-
ban. prædior. cap.18. tit. de ſeruit. ſtilli-
cid. & in cap. 40. de muro, ſiue pariete,
nu.4.5. & ſeq. argum. l. ſi quis ſępè ff. cod.
tit. fin. regundor. & ibi gloſſ. vbi quòd ſi
quis murum iuxta regionem alterius æ-
dificare voluerit, pedem relinquat, ſi
autem domum, duos pedes Cepoll. d. tit.
de muro nu.1. & ſeq. & ibi gloſſ. Florian.
qui dixit ita eſſe verum intellectũ, quòd
illa lex ſolum procedat in prædijs ruſti-
cis, non autem vrbanis, ex quo eſt ſitu-
lata ſub tit. fin. regundor. & hoc etiam ſe-
quuntur alij citati per ipſum Cepoll &
revera placet mihi iſte intellectus, quã-
uis ipſe Cepoll. teneat contrarium, quòd
procedat etiam in vrbanis, Marc. d. deciſ.
301. Bellon. conſ. 61. lib. 1. argum. l. me-
nianæ C. de ędific. priuat. & ibidem gloſſ.
118 quòd quãdo fiunt iſta meniana † quæ ſint
ponticelli de manibus in muro emiſſi nõ
requieſcentes in nulla parte muri (vt
ſunt trabes, & ligna, quæ requieſcunt ſe-
cundum Cepoll. cap.61. tit. de menianis)
& poſſunt applicari ad feneſtronos, qui
fiunt cum gattonis, nam debent fieri, quã-
do ædificantur verſus ædificium priua-
tum, vel locum publicum per ſpacium
10. pedum aerijs liberi, ſi vero verſus
ædificium publicum, debet dimitti inter-
uallum 15. pedum. Bero. d. conſ. 134. in
fine, alias quod ædificatum eſt, debet de-
truncari Cepoll. vbi ſupra, & fabrica do-
no Fiſci aſſignanda, intelligendo quando
ædificium fieret vicino neſciente, vel cõ-
tradicente, ſecus vero quando eo ſcien-
te, & patiente, quia deſtruere non com-
pelleretur Cepoll. nu. 3. ex his quæ ſcripſi
ſupra in verſic. octauum, ibi, ſed quæro,
& paulo inferius in hoc verſiculo, & nu.
131. vbi quid de prouectio, & conſidera
pragmat. Regni tit. de non ædific. prope
muros Ciuitatis, de qua tetigi ſupra in
verſic. quartum. Tunc etiam murus non
119 eſſet communis † quando in eo adeſſet fe-
neſtra perforans totum murum, vel ca-
minus ignis, trabes, ligna, tecta, & ſimi-
lia ex his, quæ tangit ipſe Surd. d. conſ.
136. col.1. & nu.23. vbi ſubaudit quando
ex parte alterius vicini nulla etiam ſigna
apparerent, quòd dictus murus eſſet com
munis, alias ſi etiam ille haberet alia ſi-
120 na, tunc diceretur communis † & conſe-
quenter poſſet in altum tolli, etiam ob-
ſurando, vt dixi, lumina vicini, quia a-
liter non diceretur communis, ex quo
non poſſet vti communi pariete, inuti-
liſque eſſet ſibi paries ſi non poſſet tectũ
eleuare, vt poſt Cepoll. d. cap. 62. col. 3.
determinat idemmet Surd. d. conſ. 233.
nu.15. lib.2. Immo dico plus; quòd ſi vi-
cinus videt ædificari propè ſuum ſolum,
& nihil dicit, ſibi præiudicat, vt tetigi
modo, ex his quæ ſcripſi ſuperius verſic.
octauum eſt, ibi, ſed quæro, & maximè
† quando murus eſt poſitus in confinio
vtriuſque domus, quia præſumendus eſt
communis, ſicuti de arbore, quæ naſci-
tur in confinio duorum, ſic de via dixi
ſupra nu. 87. & flumine, vt poſt Cepoll.
Corn. Soccin. Hyeron. de Monte, & alios
ait Surd. d. conſ. 126. col.2. eod. lib. 1. ea-
dèque repetijt in d. conſ. 233. lib. 2. (pro-
bata tamen ſcientia, quia alias non ſuffi-
cit, vt per eum col. pen.) ſubdens nu. 7.
122 maximè quando in tali muro † eſſent la-
pides affixi, qui protenduntur vltra pa-
rietem, qui ſolent ab operarijs dimitti
ad ſignificandum eum habere ius in pa-
riete verſus quem dimittuntur quando
paries ædificatur ex Cepoll. & alijs, vel
123 ſi eſſent in dicto muro feneſtrellæ † quæ
ſolent

loquamur in casu, quo v.g. dominium pe-
54 cuniarum † fuisset translatum in Thesaurarium, caxerium, vel similes administratores dictarum publicarum pecuniarum fiscalium, vel vniuersitatis, ita vt esset statutum, ac determinatum certum tempus ad illas restituendus, & reddendos calculos, & computa, tunc verum erit dicere posse dictos officiales de dictis pecunijs negotiare, disponere, & similiter ita post Bursatr. cons. 325. in 2. & 3. dubio, Rip. in tract. de pest. tit. de remedijs præseru. in 2. particula num. 17. Boss. in tract. crim. tit. de fisco, & priuileg. eius sub num. 50. Peregr. de iur. fisci tit. 3. nu. 10. lib. 6. Dec. cons. 6. Alciat. cons. 12. nu. 7. & seq. lib. 5. Cuman. cons. 178. in 2. dubio nu. 3. ait Caball. num. 74. & seq. & subdam modo in seq. versic. tertium præceptum &c. quod iddem sentitur infra in cap. 51. eiusdem Regis Alph. dum
55 tractando ibi quòd pecuniæ † quæ est redditibus vniuersitatum superererint, possint in reparationem murorum Ciuitatis, vel viarum conuerti, aut in alias arduas necessitates, subditur, vt vtilius officialibus vniuersitatis prædictæ visum erit, atquè etiã hic habetur in textu, vt subdã
56 in 4. mandato, & eodẽ modo † neque has pecunias ex residuis restantes debent per officiales in alios vsus conuerti, nec possunt, sed semper stare paratæ prodictis ef fectibus, Dec. d. cons. 6. col. 2. Caball. loco citato nu. 79. 80 ex Boss. Peregr. Decian. & alijs per eũ adductis, aliàs incurritur pæna de residuis l. cum eo ff. ad l. iul. pecul. cum concord. dixi superius num. 48.

TERTIVM præceptum, quod obseruare
57 debent omnes Iurati † est, vt si aliqui perceperint pecuniam vniuersitatis expendendã in totũ, vel in partẽ pro seruitijs ipsius vniuersitatis, quòd possunt petere ab eis compotum, rationemque dandam coram eis, vel personis statutis ab eis deputatis (arg. eorum computorum, de quibus dico latius infra in cap. 52. Regis incliti Ioannis tom. 6.) quos si debitores inuenerint possunt cogere, ita ibi, cogant illos, & quæ tetigi in antecedenti versic. nu. 35. & prope finem in §. item quod tota pecunia, vbi quòd etiã
58 ipsi Iurati † præteriti tenentur dare computum successoribus, vel quibus Regia Curia mãdauerit, & adnotaui supra in antecedenti præcepto, est verum quod si tales officiales, vel vniuersitates habent quietantias de eorum administrationibus, non possunt amplius molestari, nec inquietari etiam per Fiscum, nec ipsi, nec eorum hæredes, vt disponitur infra in cap. 470. Regis Alph. tom. 5. & hoc est quod ait Rouitus in d. Pragm. 5. num. 13. vbi ex pragmatica dicti Regni Neapolis
59 successores † in offitio grauantur, vt liquidari faciant computa prædecessorum infra mensem, nec quicquam possunt relaxare de quantitatibus significatis, ibidem §. 13. & per Aueun. decis. 13. num. 4.
60 & maxime si ad proprium vsum † & commodum applicauerint, vt ait Purpurat. cons. 450. Bursatt. d. cons. 325. nu. 19. vol. 3. & tetigi supra nu. 40. & 41. aut alijs mutuauerunt, quod non licet pecuniam fiscalem in alios vsus conuertere, vt dixi infra in d. cap. 7. Regis Martini versic. de quarto extensione quinta num. 118. tom. 3. l. 1. C. de his, qui ex publ. racioc. lib. 10. pulchrè Rouitus ad d. pragm. 5. Regni Neapolis in princ. & istud est, quod dixi supra in cap. 8. Regis Iacobi
61 num. 4. tom. 1. quòd pecunia † fiscalis non potest etiam Regi mutuari, nisi in casibus necessitatis, addo pulchrè Ferdin. Vasq. controu. illustr. cap. 6. nu. fin. & multo magis alijs l. 1. & 2. vbi Bart. & alij C. de his quæ ex publ. collat. illat. sũt nõ vsurp. lib. 10. Caballus in d. casu 99. num. 67. 68. 69. 70. 71. cum seq. Affl. in d. constit. Regni, officiales Reipub. sub num. 2. versic. & dico vnum vbi
62 tenet quod si officiales † de pecunijs Regijs, & Fiscalibus faciunt mutuum quibusuis personis absque licentia Regis debent deportari, & bona eorum confiscari per l. 2. C. de his, qui ex publ. ratiocin. pec. mut. accep. cum similibus. & ex capitulis prædictæ Tabulæ Panormi cap. 15. 20. 21. est dispositum in specie, ne officiales permittant expendi apodixas in creditum non existentibus pecunijs illorum, qui pecunias vellent sub pæna soluendi de proprio, & sub alijs grauissimis pænis ibidem reseruatis, & est conforme cuidam statuto Florentino cap. 161. sub rubr. de pæn. offic. aufug. cum pec. §. & nullus Camerarius, de quo mentionem facit ipse Petrus Caball. d. casu 99. num. 71. 72. per quod statutum est sancitum, vt nullus officialis communis Florentiæ possit quoquo modo directè, vel indirectè tacitè, vel expressè mutuare, cambiare, deponere aliquam pecuniæ quantitatem, quàm habuissent, vel recipiunt quocumque modo alicui personæ, collegio, vniuersitati sub pæna duppli, ac priuatione offitij &c. vnde dico quòd si
63 isto casu † vel alio ciues cogerentur coacti pecuniam Principi mutuare, possent

ſent licitè præter ſortem aliquid perci-
pere, vt post Caſtrenſ. in l. fi. quis nec
cauſam ff. ſi cert. pet. Soccin. in l. 3. nu. 7.
ff. de his, quæ pæn. nomin. in terminis
loquitur Surdus conſ. 23. num. 8. lib. 1.
64 ſicuti videmus valere ſtatutum † v. g. vt
habens tantum patrimonij, vt puta ſi ſit
deſcriptus, vel allibratus in quingẽtis li-
bris, teneatur mutuare cõmunitati centũ
florenos pro emendo frumento, quia va-
let, vt ponit Bart. in l. qui fundum §.
cohæreas nu. 1. & 11. ff. ad l. falcid. Archid.
in cap. Apoſtolicæ de do. Boer. q. 213. &
ibi vide per Bart. an & quando fiat coa-
ceruatio cum ſimilib. quæ ad materiam
ipſius coaceruationis ſcripſi infra in cap.
311. Regis Alph. verſic. vel tertio tom. 5.

QVARTVM mandatum ad Iura-
65 tos † ſpectans eſt, vt dicti Iurati inuigi-
lent circa fabricas murorum, & expen-
ſas in eis factas, vt tetigi ſupra in 2. præ-
cepto, ſiue mandato. & ſic videant dictas
pecunias expendere pro fabricatione di-
ctorum murorum Ciuitatis, vt in duo-
bus locis hic diſponitur: hoc iddem eſt
diſpoſitum per cap. 53. Regis Alph. tom.
4. circa quam etiam murorum repara-
tionem erit officium Magiſtri Iurati, de
quo dicitur in cap. 62. eiuſdem Regis
Alphonſi; qua de cauſa etiam poterunt
66 prohibere † ne ſuper ipſis muris aliquid
ædificetur ex pragm. de qua mentionem
feci in commentar. conſuet. Panhormi
cap. 67. in princip. addo Soccin. conſ. 102.
lib. 2. quem refert, & ſequitur Io. Ant.
Boſſell. ad ſtatuta Parmæ lib. 1. in tit.
quòd per poteſtatem eligantur fol. 5.
aliàs poſſent dirui ex adductis ſupra in
cap. 25. verſic. iddem, non obſtante quòd
adeſſet conſuetudo in contrarium Phil.
Corn. conſ. 33. Viſa in litera C. in 4. par-
te, Bertacch. in littera conſuetudo, niſi
dimiſſo ſpacio, vt ibidem dixi, & tango
infra ſub verſ. vltimum.

QVINTVM, quod obſeruabunt
67 Iurati † in eorum adminiſtratione eſt,
vt quilibet in eorum quarterio (de quo
tetigi ſupra in verſic. in primis) atten-
dat, ſi capitula Regni obſeruentur, vt
decet, & loquitur de illis capitulis fa-
ctis ſupra à cap. 36. cum plurib. ſeq. &
cap. 38. de quibus ſeriò hic ſentitur,
nempè de non capiendis animalibus ad
bardam, & de non præponenda venditio-
ne carnium, vini &c. vt ibidem, & ſupra
à cap. 86. etiam cum ibi ſubſequentibus,
vbi videas. Subaudiendo tamen, vt tam
68 dicta caro, quàm vinum † & alia come-
ſtibilia, non ſint fœtida, nec putrida, quia
ad Iuratos ſpectat hoc videre, & Præto-
rem, vt dixi in conſuet. Panormi cap. 75.
nu. 2. ratione quia caro quanto melior
eſt, tantò optima vt dicunt Domini Phi-
ſici, quòd ius bonarum artium cito con-
uertitur in naturam, ſicut vinum, & oua
ſorbilia, vt per Luc. de Penna. in rubr. C.
de iur. fiſci lib. 10. vnde Horat.

Offas in iure natantes.

69 argum. eorum, quæ de vino bono † ſcripſi
ſupra in cap. 21. Regis Iacobi tom. 1. &
de ouis pulchrè Chaſſan. in catalog. Glo
riæ mundi part. 12. conſiderat. 82. 84. 85.
& per ea, quæ ait Menoch. de arbitr.
iud. cent. 4. caſu 385. lib. 2. quod punitur
vendẽs annonam corruptam, ex his quæ
de cera, frumento, & alijs bladis poſui
infra in cap. 62. Regis Frdinandi verſic.
tertium quod reaſſumo tom. 7. Et hac
de cauſa puto eſſe diſpoſitum per prag-
mat. vnicam §. 7. tit. 53. de prohib. ma-
cellat. animal. tom. 1. quòd caro mortuo
animalium trium annorum completorũ
(quia aliàs non poſſet introire ad terras
talis caro, ſed comedatur in locis non
habitatis §. 8. ibidem) poſſit vendi etiã
in publicis macellis, in loco tamen ſepa-
rato, ac recognita prius per Iuratos, &
eos, ad quos ſpectat, q. d. vt videatur an
70 ſit fœtida, & morboſa. Subaudio etiam †
vt dicta caro vẽdatur in publicis macel-
lis, vide quæ ſcripſi infra in cap. 77. Regis
Alph. nu. 110. 4. ſubdẽ inferius ſub nu. 76.
& eſt §. 3. & §. 10. in d. pragm. vnica,
& in multis locis dicti tituli, ſiue prag-
maticæ, valet namque conſuetudo quòd
carnes, & victualia vendantur certo lo-
co, Bertacchio. in verbo conſuetudo,
fol. 480. col. 2. ex DD. in cap. ſignifi-
cante de appellation.

SEXTVM, quod verſatur circa ip-
71 ſos Iuratos † eſt, quia imponunt metam,
& pretium rebus venalibus, de quo dixi
infra in cap. 55. Regis Alph. d. tom. 4.
ſic videmus circa impoſitionem metæ
vini, muſti, & vuarum, de quib. in prag-
mat. 1. tit. 66. de proh. vend. annon. vbi
diſponitur quòd debeat congregari con-
cilium in Dominica 1. poſt feſtum S.
Franciſci cum electione certarum perſo-
narum probarum, & ſollennitatibus, de
quibus ibidem habes: ſic circa metam
lini, & ſericorum prout in pragm. 2. eod.
tit. vbi imponitur meta 6. Auguſti cum
eiſdem ſollemnitatibus, & in pragm. 3.
vbi de meta quoad legumina, caſea,
olea, & cætera ſimilia iddem ſtatuitur,
idest vt meta circa vina, & linum in feſto
S. Franciſci, olea in feſto S. Nicolai, ca-

sta, S. Georgij, feria, S. Ioannis Baptistæ, & prout ibi obtinebatur, quòd hodie ex quo tempore sunt mutata, mutantur etiã & impositiones metarũ, & ita per Proreges est facta prorogatio ad alios dies decem post, facta 28. Iunij 2. Indic. 1604. Et in summa istud est, quod tetigi supra in
72 cap. 40. vbi agitur de materia assisiæ † nam ad hos Iuratos spectat habere librum, in quo sint taxata pretia rerum venalium, & quolibet mense inquirere diligenter apothecarios, & vendentes in libro assisiarum, si aliquis excessit, & trangressus esset assisiam, vel similia vt per Affl. in constit. Regni, ad officium Baiulorum nu. 2, 3. & seq. tit. 64. de fure capto, vbi dicit quòd illi, qui vendunt res comestibiles, in quibus statuta est assisia prædicta per offitiales deputatos si vltra dictam assisiam vendunt, tunc incidunt pœnam statutam; quod officiũ hodie est penes Iuratos nobiles, vt est etiam Neapoli, vt ipse ait (sic etiam erat stabilitus certus numerus officialium circa assisiam in dandis salarijs Iudicibus vt dixi infra in d. cap. 7. Regis Martini, addo Surd. cons. 56. lib. 1. vbi quòd solent deputati in hoc constitui; & ibi vide quòd pœnæ ad eos spectant vel possunt expendere, & eas conuertere ad eorum arbitrium in beneficio locorum; & item quòd dicti iurati à transgressoribus &c. nec alius fiscus potest se in his impedire, quia solummodo Spect. Iuratis; & Prædicti est commissa cura annonæ, & assiz. & consilium Surdi loquitur in alijs terminis, quia ibi circa extractionem prohibitam erant deputati constituti, nec prohibebatur quia capitaneus possit agere, vt ibidem, stante quòd pœna applicabatur Fisco, istæ autem pœnæ circa annonas non applicantur in totum fisco; & per ea, quæ habentur supra eod. cap. 40. vbi tractatur materia assisiarum, quæ non possunt imponi absque licentia Re-
73 gia; assisiæ enim non sunt aliud nisi mercimoniæ vt est videre in constit. Regni de offit. Magistr. Camer. l. 2. quæ incip. Magistros Camerarios, est gloss. in constit. Regni, Magistros Moccanicarum tit. 49. de fide mercatorum lib. 3. vbi duo viri statuuntur super assisijs, mercimonijsque vendendis, addo Andr. de Ysern. in constit. Regni, omnes nostro regimini tit. de violentia meretricibus illata, qui dicit quòd super istis vtensibilibus (de quibus dico etiam infra in cap. 15. Regis Martini post princip. d. tom. 3.) potest imponi assisia per offitiales, Affl. in prælud. constit. Regni quæst. 3. nu. 10. Andr. de Ysern. in capit. si vero violator §. post natale de pac. tenend. vbi ponit ad quem spectat imponere assisiam rebus venalibus, & vtrq; ad Secretum, vt tetigi etiam supra in cap. 63. Regis Iacobi tom. 1. & est text. in constit. Magistros Camerarios tit. 61. de discreta cognitione causa-
74 rum libr. 1. (cuius Secreti † querimonias cognoscere potest Magister Secretus, & ab vtrisque postea appellatur ad Magistros Rationales tango infra in c. 52. Regis incliti Ioannis sub versic. & ad decretatam tom. 6.) Igitur regulariter meta in omnibus imponenda est per Iuratos, præter illa, quæ habentur in d. tit. 55. de prohib. macellat. animal. quia vbi
75 est imposita meta per pragmaticas † non possunt Iurati manus apponere licet sint aliqua venalia, quæ vendi possunt etiam absq; meta prout in d. pragm. vnica §. 9. circa eos, qui deforis afferrent extra Regnum animalia bouini generis, & verueces, nam ea possunt vendere absque meta, vt libet in publicis macellis in loco separato; & simile habuimus in Consuet. Panormi d. cap. 75. vbi Ciues Panor-
76 mi † possunt vendere, carnes suorum animalium vt eis placet, etiam ad pondus, & ad petium, & vbi volunt, etiam ante domum (prout de vino scripsi in alia Consuet. 61. in fine, & addo aureum Baldi consil. 197. statuto cauetur vol. 2. vbi non obstante statuto quòd vinum vendatur ad mensuram vrnæ, mediæ vrnæ, contij & medij contij, potest vendi ad scutellam, & sic ad cannacellam secundum eos, si ita est consuetudo, alias non, vt ibi per Bald. alibi quàm in taberna, quod nota pro nostra consuetudine, quam tamen intelligo regulatam de ordine Excellentiæ Illustrissimi Ducis Feriæ Viceregis in hoc Regno, ne excedat nempe granos duodecim pro qualibet cannatella, vt audio. Nec puto esse correctũ per d. pragm. vnicam tit. 55. tit. præd. de prohib. macellat. animal. vbi regulariter est dispositum, quod solũ in macellis publicis vendatur, vt tetigi in antecedẽti versic., quin tum, &c. nu. 70. sicut video in Regno astutiam magnam multorum, & est. quòd
77 licet boues † non possint vendi, nisi vnc. quinque pro quolibet, vel de iuuencis ad vnc. 4. 10. pro quolibet, vt in §. 11. & 12. dictæ Pragmaticæ, tamen quid faciunt, nam vendunt cum eis vaccam, vel vitulum; quorum non est meta, sed ad libitum vendi possunt, vt in §. 15. & sic frandatus intentio præcedentium Pragma-

tica.

ticarum, nam illud plus applicant ad venditionem vaccarum, vel vitulorum, & similium, vt ibi: & similia statuta † circa
78 metas præsertim impositas de ordine Principis, maxime circa frumentum promulgato banno, ne quis vendat plus certo pretio ligare etiam clericos dixit in d. cap. 15. Regis Martini in primo capite.
79 SEPTIMVM est circa pondera † & mensuras ita hic, ibi, item inquirant, & videant, & circa cannas vide supra in cap. 11. remissiuè, est Pragmatica hodie in Regno, quæ reduxit eam ad octo palmos Pragmat. vnica tit. 63. de mensura cannæ tom. 1. addo Affl. in d. constit. ad officium baiulorum tit. 64. de fure capto lib. 1. nu. 1. & seq. qui ait, quod ad hos of-
80 ficiales spectat habere librum † & videre pondera, & mensuras scriptas, & signatas per se ipsos, vel eorum officialem, pulchrè Bart. in l. si solus ff. de acquir. hered. qui dicit, quod tales mensuræ vocantur cannæ, in quibus sunt signa diuisionis tetigi in consuet. pan. cap. 77. sub nu. 3. quod officium de iure communi spectabat ad Comitem sacrarum largitionum, Auth. de collatorib. §. sin autem, vel ad defensores Ciuitatis l. iubemus C. de defensor. Ciuit. hodie attinet ad Achatapanos, vt in d. cap. 11. & in consuet. Panormi cap. 61. vbi scripsi nu. 8. Immo de iure communi, qui vtebantur falsis ponde-
81 ribus † relegabātur per text. in l. pen §. si venditor ff. de furt. l. annonas ff. de extr. crimin. gloss. in l. arbitrio §. de eo ff. de dolo; propterea ad euitandas has fraudes subdit ipse Affl. nu. 4. 5. 6. 7. quod statuantur pondera, siue mensuræ æneæ, & lapidæ, per text in l. modios C. de susceptor. præpos. & archar. lib. 10. cum concordantib. vbi in d. nu. 7. refert, quod de iure canonico, qui vtebatur falsis ponderibus, & mensuris debebat ieiunare 30. diebus in pane, & aqua, quæ penę hodie in foro penitentiali sunt sublatæ, sed sunt arbitrariæ, scriptum est enim in Deuteronom. cap. 25. non habebis in sacculo di-
82 uersa pondera † maius, & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor, pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi, abominatur enim Dominus Deus tuus eum, qui facit hæc, & aduersatur omnem iustitiam, ita ibi, cap. 20. sup. eod. transit hic Bonior. qui subdit sic esse etiā statutas mensuras super liquore ex Alc in l vinaria ff. de verb. sign. & propterea habetur supra in d. cap. 11. quòd possunt fieri accusationes de falso circa hos malè, & falso pon-
83 derantes † ac puniri per eos, ad quos spectat, & dixi in d. consuet. 61 nu. 10. vbi in vtroque loco habes, quod mensuras, & pondera falsificantes possunt accusari de falso, quatenus de iure fuerit procedendum, & puniri, quatenus de iure punien- di venirent, constito per duos testes legales, & probatæ opinionis appellatione remota, vt ibi habes, & cōcordat cum cap. 42. sup. eod. in fine, ibi, tanquam redar guens de falsis mensuris, & ibidem habes duos tumminos in Regno, quibus percipiuntur terragia, vnum Syracusis
84 † & alterum hic Panhormi ad tollendam diuersitatem ipsorum tūminorum ex his, quæ dixi in d. consuet. nu. 9. & facit etiam supra d. cap. 20. vbi tractatur de tuminis, & cantarijs, quos tūminos vult signari signo aquilæ, vt in dies videmus hucusque, talesque ordinationes circa mensuras, dicitur ibi, quod ligant etiā personas Ecclesiasticas, argum. earum illationum, quas feci supra in d. cap. 21. sub versic. amplio, vt etiam.
85 OCTAVVM est circa prohibitionem constructionis † in locis publicis, siue vijs, rughis, & plateis sic colligitur hic ex duobus §§. ibi, item quod ipsi Iurati, & ad Prætorem, cum §. seq. ibi, item quod nullus, & §. item quod dicti Iurati prouidere habeant, vbi quod ad eos spectat dare latitudinem in ipsis infra nu. 95. sic tetigi in comment consuet. Panhormi cap. 29. nu 39. vbi vias publicas dixi impediri non posse, Ang. cons. 18. Bald. cons. 196. lib. 1. Cepoll. cons. 30. absolutumque est nemini licere facere viam deteriorem v.g. pontem super ea faciendo latè Surd. cons. 137. lib. 1. nu. 1. & seq. & nu. 9. ex Bart. in l. si duo ff. vti possid. idem Cepol. cap 30. de seru. tign. immict. quęst. 6. cum concordant. sicut subdit idem Surd. nu. 18. post Angel. in l. qui sella in princip. ff. de seruit. rustic. pręd or. & Cepol. de aere
86 in fine, quod qui † non potest aliquid retinere in platea, non est ei licitum tenere super banco, vt in dies videmus, quoad istos apothecarios, & fabros, & similes, quod est cognitum in hoc capit. §. item, quod dicti Iurati prouidere habeant, ibi banco um, Florian. post Bar. in d. l. qui sellam ff. de seru. rustic. prædior. Bertach in verb. statutū fol meo 104. col. 3. vbi nec in manib. potest retinere, &c. & refert. Surd. illud vulgatum, quod fabulosum putabam de illu faceto Gonnella, qui dum esset prohibitus à Duce Fer-

ratiæ, ne pedem poneret in ſub territo-
rio, Ferrariam acceſsit ſuper plauſtro
explanato ex terra Veronæ, exiſtimabat
enim ſe non eſſe in territorio Ferrarien-
ſi, cum ſederet ſuper terra Veronenſi, ſed
ſe fefellit, nam currus, ſuper quo fereba-
tur, erat in territorio prohibito. Intan-
tum, vt nec ipſi Iurati poſsint vendere
87 † tales vias publicas Franc. Bent. conſ.
25. ex quo non ſunt vnius de populo, ſed
omnium populorum, & communes, vt
tango infra nu. 121. ex Brun. cõſ. 177. col.
pen. ſuntquè de regalibus, vt concluſi
infra in cap. 456. Regis Alphonſi §. 1.
tom. 5. Alciat. conſ. 300. nu. 1. quæ non
poſſunt alienari nu. 5. Affl. in tract. feud.
tit. quæ ſint regalia verſic. viæ publicæ
nu. 6. Io. Ant. Boſell. ad ſtat. Parmæ in tit.
quod per poteſtatem eligantur fol. 5. lib.
1. Marcus Ant. Roueſcalenſis ad ſcholia,
Baldi conſ. 206. lib. 1. Bald. in rubric. C. de
contrah. empt. col. 1. Affl. in conſtit. puri-
tatem nu. 10. de præſtando Sacramento
lib. 1. & conſequenter oſſitialis Regius
non poſſet concedere aliquam viam pu-
blicam priuatæ perſonæ ſine ſpeciali li-
centia Principis, aliàs eſſet demanialia
alienare, quod non licet, vt dixi infra in
cap. 1. Regis Martini tom. 3. & cap. 9. Re-
gis Iacobi verſic. ſimili modo tom. 1. vbi
quòd nec ipſe Princeps poſſet donare,
88 Item quia † præſcribi non poſſunt, vt di-
xit Franc. Marcus deciſ. 672. quæritur de
pena part. 2. & deciſ. 385. nu. 4. part. 1.
Marcus Ant. Roueſcalenſis loco citato,
vbi dat alias rationes, quia via publica
dicitur eſſe ius facultatis, qua de cauſa,
præſcribi non poteſt ex eod. Marc. deciſ.
595. vnde eſt, vt nemo poſsit tales vias
publicas occupare, niſi cum Principis, vel
Reip. licentia, Surd. d. conſ. 137. nu. 2. poſt
Bart. Cepoll. & alios, & aduertit ad Iura-
tos, & Decuriones, vt caueant à tali faci-
litate, quia id iure aliquo facere non poſ-
ſunt, inferens etiam ad feudatarios, qui
non poſſunt in vijs publicis ius prętende-
re niſi habeant regalia, addens quod via
publica nec poſsit coarctari niſi id fiat ra
tione publici, v.g. vt Ciuitas reddatur
tutior, Bart. in l. 1. ff. de via publ. & ipſum
ma quando agitur de viæ publicæ muta-
tione, omnes de quorum præiudicio a-
gitur, citari debeant ex Marc. deciſ. 593.
Quæ conſiderauit etiam d. cap. Rit.
181. Regis Alph. tom. 4. intantum vt à
89 Iuratorum, Prætoris, ſiue Iudicum ſen-
tentijs latis per inſpectionem oculorum
non detur appellatio, vt concludit ibi-
dem Bonior. & idem eſt circa interlocu-
torias latas ex Rip. reſp. 1. tit. de conſtit.
& ſtat. vol. 2. & quę dixi in d. conſuet. pan.
cap. 29. dando ſententiam ſuper viſo lo-
co, quemadmodum dicimus, viſo calcu-
lo, viſo computo, &c. Ioann. Anan. conſ.
6 viſis citationibus ex illo exemplo. quod
adduxi ſupra in cap. 108. propè princip.
de quo modo per inſpectionẽ oculorum,
quod competat Prætori, Iuratis, ſiue
Iudicibus, loquitur, & ſentit Surd conſ.
130. nu. 7. lib. 1. & conſ 233. col. 3. lib. 2.
quæ poſſunt etiam applicari ad ea, quæ
ſubdam inferius in verſic. vltimum.
Sed quæro quid ſi quis ædificaue-
90 rit † in ſolo alieno, loquor regulariter
pręter vias publicas, an ſi ibidem fecerit
expenſas, poſsit iure actionis petere, vt
dominus ſoli reficiat ipſas expenſas, dic
nõ, eſt verum, q habet ſolum ius retinen
di proprietatem ſoli pro expenſis prædi-
ctis, vt poſt Speculat. de except. verſic. ſe-
cundo pone, Paul. de Caſtr. in l. ſi in area,
vbi Alberic. de Roſat. ff de condit. indeb.
& conſ. 17. Cyn. in l. ſi quis ſciens C. de
rei vendi. Matth. de Affl in conſtit. cul-
pam nu. 2. tit. 88. de offic. Caſtell. lib. 1. &
ſic poſſunt intelligi, quæ ſcripſi in com-
mentar. conſuet. Panormi cap. 84. nu. 1. &
2. adducendo illos verſus, quicquid plan
tatur, &c. Immo ex iſta ſcientia, & pa-
91 tientia vicini † qui videt ædificari in
ſuo proprio ſolo facit, vt illo ædificante,
amittat ipſe poſſeſſionem, vt poſt Salicet.
Corn. Cepol. Neuizan. Cyn. Alex. Ruyn.
& alios ait Surd. conſ. 74. nu. 11. 12. lib. 1.
92 NONVM eſt, quia ipſi Iurati † debẽt
cõgregari ſaltim ſemel in hebdommada
pro ſeruitijs, & ſtatu concernentibus Vr-
bem ita ibi, item quod Iurati, &c. & ſic
obſeruant hodie, immo pluries, & ſuffi-
ciunt duæ partes congregati §. item ſi
fortè Iurati inſtituto die &c. & dixi ſupra
in verſic. ſecundũ, & faciũt notata p DD.
in l. omnes populi vbi Io. Bolognett. nu.
81. ff. de iuſt. & iure, & ſic ſi v. g. Vrbs,
Ciuitas, vel quælibet Vniuerſitas indi-
geret pecunijs pro neceſſitatibus populi,
vel aliquibus alijs victualibus, & ſimi-
93 libus, poſſunt ipſi Iurati † obligare Ciui-
tatem, & ipſi in dubio cenſerentur obli-
gati iuratorio, vel adminiſtratorio no-
mine, vt per Bart. in l. ſi pupilli §. 1. ff. de
negotijs geſtis, l. pen. ff. ſi quis caut. intan-
tum vt poſtquam deſierint eſſe Iurati,
vel adminiſtratores non teneantur finito
officio l. poſt mortem § fin. & l. pen. ff.
quand. ex fact. tutor. Alciat. Dec. & alij in
l. Ciuitas ff. ſi cert. pet. eſt verum quòd ſi
94 creditores † procurant obligationẽ etiã
no-

nomine proprio, tunc etiam valet, & tenet talis obligatio, tanto magis eorum contemplatione videtur data pecunia, ne remaneant dubij de eorum obligatione, & presumuntur contrahere velle eo modo, quo melius, & vtilius eis fit, vt post Iason. & Soccin. ait Io. Bolognet. ibid. nu. 37 38. & seq. qui concludit quòd nisi adsit protestatio in contrarium per quam nolunt se obligare nomine proprio, tunc apparendo ex facie actus, quòd fint obligati etiam nomine proprio, semper tenet obligatio, & ita in dies fiunt obligationes faciunt notata in ritu cap. 133. nu. 26. tom. 4.

DECIMVM est prouidere super lati-
95 tudine † platearum, iam dixi supra in versic. octauum.

VNDECIMVM est vt curent ipsi Iu-
96 rati † ne remaneant immunditiæ in Vrbe, sed eas foras deijci faciant, & vinatium, ob malos odores, & ne aer corrumpatur sic habes in §. item quod procurent aliqua tetigi, in consuet. Pan. cap. 33. nu. 3. & melius in cap 79. nu. 27. 28. per tot. nu. 32. vbi hodie remissum est ad Syndicū, & Magistros immundiciarum, & ibi posui nu. 27. ne abluantur res fæti-
97 dæ, & panni in fontibus † aquarum, & in alia cōsuet. 12. nu. 43. addo Anell de Bot. ad l. 1. §. fi. iniuria ff de extraordin. crimin. vbi ne in puteo quicquam immictatur l. is qui ff quod vi, aut clam, esto quod per inquilinos Ecclesiasticarum personarum tales immundiciæ fierent, quia omnes concludunt ligari in hoc etiam
98 statuto seculari † vt post Alex. Rouidium F.P. Mediolani in alleg. pro Statu Mediolani versic. primo enim, Salicet. in Auth. cassa nu. 12. C. de sacrosan. Eccles. Balb. post decis. Pedamont. 68. nu. 29. Bald. Cepoll. & Iason. Fæst. de collect. part. 4. nu. 31. 37. 43. Aret. in l. ad instructionem C. de sacros. Eccles. Purpurat. cons. 50. nu. 6. Abb. Salicet. Fælin. Angel. de Clauas, Cranet. Rolland. Bursatt. & alij citati per Surdū cons. 490. nu. 10 lib. 4. & iterum ante scripserat cons 301. nu. 69 lib. 3. cum cōcordantibus, quos posui infra in cap. 15. Regis Martini versic. ligare potest tom. 3. & quæ de aere tango infra in cap. 11. Regis incliti Ioannis propè princip. tom.
99 6. in ea parte † v.g. fluminis tunc licet lauare, in qua aqua non infestaretur, & sic in inferiori, vnde dixit Bart. in l. cum supra nu 4. C. de re milit. quòd male erat accusatio lupi contra agnum bibentem in inferiori parte fluminis, asserens turbare aquam.

DVODECIMVM, quod seruare de-
100 bent Iurati † est circa ædificia minantia ruinam vt reparentur, vel diruantur, iniunctiones faciendo patronis domorum, vt ad earum expensas reparentur, alias in totum diruantur, ita hic §. item quod dicti Iurati inquirant, &c. de quo particulari latè scripsi in consuet. Panor. cap. 42. nu. 2. 8. 10. 23. 24. 25. & seq.

DECIMVMTERTIVM est, vt ipsi
101 Iurati † sollicitè procurent omnia, & singula facta, quæ pertinent ad honorem, fidelitatem, & statum pacificum Ciuitatis, vide quę posui supra in cap. 45. vbi nescio quomodo glossatores, & compositores horum capitulorum posuerint ibi illum titulum, dicendo, nempè, de officio Iuratorum, stante quod non video de ipsis Iuratis aliquod verbum per totum illum textum, nisi dicamus, quod moti fuerint ex illis verbis, ibi, tres probi viri legales, etenim, vt plurimum, videmus in Iceis Regni in non magnis vniuersitatibus, tres Iuratos assignatos esse, & ita expressius, & clarius habes in cap. 33. Regis Alph. in textu, ibi, & Iurati locorum, vbi fer ipsi, tom 4. ibique est diuersus casus ab hoc, nam dispositum est, vt Strati-
102 cotus, Capitanei † vel Iurati locorum denuntient delicta omnia enormia aliorum infra dies quindecim sub pœna, & ibi feci mētione de pragmatica, quæ reuocata est quoad pęnas vt disponitur infra in cap. 491. Regis Alph. tom 5. & in cap. 56. nu. 56. Regis Iacobi supra tom. 1. addo Salicet. & DD. in l. ea quidem C. de accusat Clar. in pract. criminali §. fin. quæst. 7. Menoch. de arbitr. iudic. casu 198. nu. 28. cent. 2. Farinac. quęst. 52. Surd cons. 272. nu 12. 13. allegati per Dominum Don Franciscum Rampulla V.I.D. eruditum in quadam Additione originali, quam fecit ad d. cap. 33. tom. 4. ex propria eius manu originali, Bart. in l. 1. §. eleganter ff. de liber. agnosc. est verum
103 † quod excusantur quando aliundè haberetur notitia talis maleficij, v.g. ex accusatione offensi, vel ex informationibus sumptis ex officio, idem Bart. Alberic. Angel. Roll. & alij citati per Surd. d. cōs. 272. nu. 12. 13 lib. 2. vbi quod non est certificandus ille, qui certus est per l. 1. ff. de act. empti. cum similibus, & facit d. cap. 491. Regis Alph. vbi [Et la detta Maestà può hauere veridica informatione come tali denuntie son state fatte, &c] Hic vero, & in d. cap. 45. dicitur quòd Iura-
104 ti † debeant denuntiare grauamina, & extortiones illicitas factas per Capitaneos,

neos, Iudices, & Magistrum notarium, aut quoscunque de Curia, & Familia eorumdem, maximè de delictis factis cum armis prohibitis vsque ad sanguinis effusionem, & illud est, quod videtur consideratum in hoc officio Iuratorum, facit text. in auth vt nulli iud. §. & hoc Boniorn. in d. cap. 45. & Bald. in l. 2. C. quand. Fis. vel priuat. & in tit si de inuestit. lis oriat. inter dom. & vassall.

105 Intellige, & limita † procedere à die scientiæ ex adductis per Ludouic. Rom. cōs. 228. nu. 5. cū num. præcedentibus, & sequentibus vbi facit aliquas illationes.

VLTIMVM est, vt videant dicti

106 Iurati † & cognoscant, ac terminent omnes contentiones, & controuersias, quæ oriuntur inter ciues v.g. super sæpibus, finibus, limitibus, & diuisis vinearum, domorū, aliarumque possessionū, quia terminos designatos non licet excedere, vt dixi in consuet. Panor. 32. nu. 24. per visionem oculorum, sicut etiam in hoc cognoscunt Iudices Vrbis, vt dixi superius versic. octauum num. 85. cum seq. cum versic. ibidem subsequenti, & in hoc potest etiam poni exemplum de illis ædificijs, quæ fierent per se ipsos vicinos, siue à latere, siue à fronte ædificarent, v.g. aperiendo, & faciendo fenestras

107. † quibus & si liceat per l. altius C. de seruit. & aqu. & ex his quæ dixi in d. consuet. Pan. cap. 29. esto quòd adesset pactū personale solummodo, ne aperiantur fenestræ, vel similes non iure seruitutis concessæ, quia non ligat successores singulares, sed eius hæredes sic, & nu. 47. Torniola cons. 24. nu. 24. cum seq. nisi aliter per stipulationem esset cautum, vt ibi per eum, aut si v.g. tale pactum esset sine causa, vt per Beroum cons. 135. nu. 13. 14. & 16. lib. 3. vbi quòd seruitus non

108 potest constitui † ad certum tempus, vel incertū. donec volam, per l. seruitutes 1a 2. ff. de seru. Cepoll. de fenestra cap. 61. nu. 8. maximè si esset præscriptum spatio 30. ann. & non aliter, vt dixi in materia infra in cap. 57. Regis Martini versic. insuper tom. 3. esto quòd in tali loco per 100. annos nunquam fuissent fenestræ, etiam quòd per talem fenestram haberetur prospectus super domo, & solo alterius, dummodo aliquid non immittatur vt ex eod. Bero. nu 15. & Cepoll l. Nisi ex statuto aliter prohibeatur, vt est Bononiæ, quòd non licet habere fenestras in in suo pariete super solo, & terreno vicini Berous d. nu. 15. maximè si lumen ha-

109 bere † aliundè commodè non posset, vt per eum nu. 7. quia esto quòd quis habeat seruitutē fenestræ super fundo vicini, potest vicinus dare per aliam partem æque idoneam lucem ex relatis per Purpurat in l. 2. C. de collation. nu 7. tamen secus esset si ex seruitute vicino acquisi-

110 ta † vt puta per instrumentum publicū, & non aliter, prohiberetur, vt per ipsum Beroum cons. 134. & 135. loco citato; vel nisi ad æmulationem, & iniuriam, ac despectum vicini fiat, vt per eosdem, quòd dicitur ædificare ea intentione mixta quoties cadere potest æmulatio, vel nisi ad commodum, etenim si quis tunc ædificat, vt sibi prosit, & noceat vicino, & sic intentione mixta, licet non dicatur facere ad æmulationem Ias. in l. quo minus nu. 34. ff. de fluminib. Surd. cons. 255. nu. 15. lib. 1 1. vel nisi disco operētur Monia-

111 les, & Religiosi † vt in d. cap. 15. Regis Martini post princip. tom. 3. vbi quòd potest cogi vicinus vendere, vt latè ibi adduco concordantes locos, vel nisi fene-

112 stra † quæ prætenditur fieri esset insuetata, vt ipse Berous subdit nu. 3. & nu. 6. & tangendo ea, quæ dicuntur hic de limitibus, parcat mihi Io. Petr. Surd. d. cons. 74. per tot. lib. 1. vbi sentit quòd qui ædi-

113 ficat † propè domum vicini, debeat spatium duorum pedum relinquere iuxta textum in l fin. ff. fin. regund. quia vltra quòd est ridiculum, & in practica non seruatur, aliterque sentire, omnes domus essent insulatæ, & tamen quasi omnes sunt contiguæ præter stratas publicas intermedias, tamen illa l. fin. non seruatur realiter de consuetudine, sed domus ædificantur nullo dimisso spacio intermedio, Alberic. ibidem, Odoffredd. Salicet. Butr. Bald. Corn. & Nenizan. Angel. & Berous relati per ipsum Surd. sed non secuti, & malè, quia eos sequi debuisset, & non reprobare stante illorum numero, & authoritate, nimis ob id cauillosum videtur mihi illud Surdi consilium, & contra ipsum addo Doctores, quos citaui in d. consuet. Pan. cap. 29.

114 nu. 35. vbi quòd in muro † communi, & contiguo possum appodiare, soluta, vt ibi dixi, parte mediantis, vel possum erigere dictum murum etiam inuito socio, & super ædificatum erit quoque commune (dummodo paries non esset subtilis, vel debilis, sed esset grossus, & latus) & consequenter potest in eo fieri caminus

115 ignis † vt per eundem Surd. nu. 19 20. 21. 22. qui. quid aliqui in contrarium vellent, si enim murus prædictus non posset substinere dictum ædificium, tunc

non

non licet, vt per eundem Surd. d. cons.
333.col 2.lib.2.addo prædictis Dec.cons.
301.etiam si in totum lumina vicini ob-
116 scurarentur; quia possum erigere † mu-
rum communem, vt ipse ait, Salicet. Boer
Berous, & alij per eundem Surd. cons. 27.
nu.2.lib.1. Prouinzal. in l. Sabinus ff. com.
diuid, ex eod. Boer. cõs. 5. Iason. cons. 98.
lib.1. Neuizan. cons. 65. col. fin. idem Be-
rous famil. quæst. quest. 26. nu. 3. idẽ Surd.
d. cons. 133. col. 2. cons. 65. lib. 2. quicquid
subdat ipse Surd. nu. 10. vbi cõcludit con-
trarium, nempè quod quoties obscuran-
tur lumina vicini, non liceat altius tol-
lere ex Bero. Cepoll. Angel. Alberic. &
Boer. quamuis realiter in casu Surdi, ille
murus erat debilis, & vetustate confe-
ctus; & scindebatur, & aperiebatur, licet
postea nu. 14 se retractet reprobando Ia-
sonem, aliter semper regula manet in
contrarium, quia in pariete communi
licet socio facere aliquid, etiam inuito
consocio; & ad materiam muri commu-
nis addo Io. Ant. Bosell. ad statut. Parme
tit. qualiter quis compellatur fol. 245.
tũc posset saluari, & intelligi ipsius Surdi
117 consilium, quando v.g. ædificium † non
fieret ex latere, sed in frõtispicio de dia-
metro, vt per Angel. in d. l. fin. & pulchrè
Marc. decis. 301. nam quandoque vidi-
mus quòd relinquuntur quatuor pedes,
siue, vt aiunt, quatuor palmi; quòd est
conforme illis duobus pedibus, de qui-
bus sentijt ipse Surd. & alij, captis non à
regione, siue confinio, nec muro, sed à
stillicidio, quia tunc tantum importat
ex his, quæ sentit Cepolla de. seruit. vr-
ban. prædior. cap. 18. tit. de seruit. stilli-
cid. & in cap. 40. de muro, siue pariete,
nu. 4. 5. & seq. argum. l. si quis sępè ff. cod.
tit. fin. regundor. & ibi gloss. vbi quòd si
quis murum iuxta regionem alterius æ-
dificare voluerit, pedem relinquat, si
autem domum, duos pedes Cepoll. d. tit.
de muro nu. 1. & seq. & ibi gloss. Florian.
qui dixit ita esse verum intellectũ, quòd
illa lex solum procedat in prædijs rusti-
cis, non autem vrbanis; ex quo est titu-
lata sub tit. fin. regundor. & hoc etiam se-
quuntur. alij citati per ipsum Cepoll. &
revera placet mihi iste intellectus, quã-
uis ipse Cepoll. teneat contrarium, quòd
procedat etiam in vrbanis, Marc. d. decis.
301. Bellon. cons. 61. lib. 1. argum. l. me-
niana C. de ędific. priuat. & ibidem gloss.
118 quòd quãdo fiunt ista męniana † quæ sũt
ponticelli de manibus in muro emissi nõ
requiescentes in nulla parte muri, (vt
sunt trabes, & tigna, quæ requiescunt se-
cundum Cepoll. cap. 61. tit. de męnianis)
& possunt applicari ad fenestronos, qui
fiunt cum gattonis, nam debent fieri, quã-
do ædificantur versus ædificium priua-
tum, vel locum publicum per spacium
10. pedum aerijs liberi, si vero versus
ædificium publicum, debet dimitti inter-
uallum 15. pedum. Bero. d. cons. 134. in
fine, aliàs quod ædificatum est, debet de-
truncari Cepoll. vbi supra, & fabrica do-
no Fisci assignanda, intelligendo quando
ædificium fieret vicino nesciente, vel cõ-
tradicente, secus vero quando eo sciẽ-
te, & patiente, quia destruere non com-
pelletur Cepoll. nu. 3. ex his quæ scripsi
supra in versic. octauum, ibi, sed quæro,
& paulo inferius in hoc versiculo, & nu.
131. vbi quid de protectio, & considera
pragmat. Regni tit. de non ædific. prope
muros Ciuitatis, de qua tetigi supra in
versic. quartum. Tunc etiam murus non
119 esset communis † quando in eo adesset fe-
nestra perforans totum murum, vel ca-
minus ignis, trabes, ligna, tecta, & simi-
lia ex his, quæ tangit ipse Surd. d. cons.
136. col. 1. & nu. 23. vbi subaudit quando
ex parte alterius vicini nulla etiam signa
apparerent, quòd dictus murus esset com
munis, aliàs si etiam ille haberet alia si-
120 na, tunc diceretur communis † & conse-
quenter posset in altum tolli, etiam ob-
turando, vt dixi, lumina vicini, quia a-
liter non diceretur communis, ex quo
non posset vti communi pariete, inuti-
lisque esset sibi paries si non posset tectũ
eleuare, vt post Cepoll. d. cap. 62. col. 5.
determinat idemmet Surd. d. cons. 133.
nu. 15. lib. 2. Immo dico plus; quòd si vi-
cinus videt ædificari propè suum solum,
& nihil dicit, sibi præiudicat, vt tetigi
modo, ex his quæ scripsi superius versic.
octauum est, ibi, sed quæro, & maximè
121 † quando murus est positus in confinio
vtriusque domus, quia præsumendus est
communis, sicuti de arbore, quæ nasci-
tur in confinio duorum, sic de via dixi
supra nu. 87. & flumine, vt post Cepoll.
Corn. Soccin. Hyeron. de Monte, & alios
ait Surd. d. cons. 136. col. 2. eod. lib. 1. ea-
démque repetijt in d. cons. 133. lib. 2. (pro-
bata tamen scientia, quia aliàs non suffi-
cit, vt per eum col. pen.) subdens nu. 7.
122 maximè quando in tali muro † essent la-
pides affixi, qui protenduntur vltra pa-
rietem, qui solent ab operarijs dimitti
ad significandum eum habere ius in pa-
riete versus quem dimittuntur quando
paries ædificatur ex Cepoll. & alijs, vel
123 si essent in dicto muro fenestrellæ † quæ
solent

solent etiam dimitti per magistros so-
lum, vt per eas significetur cuius sit mu-
rus, & qualiter sit murus, prout sunt il-
læ, quæ non penetrant totum murum, vt
de sarrachis, de quib; in d. consuet. Pa-
normi cap. 29. nu. 41. Cepoll. Boer Gram
mar. citat per ipsum Surd. nu. 8. vel quan
124 do essent tigni † trabes, tectum, siue ta-
bulatum versus murum; nam iudicatur
ex hoc communis nu. 9. vel quando in di-
cto muro esset fractura, vel alia signa de-
notantia esse communem nu. 10. vel fo-
ramina nu. 11. vel quando murus substi-
neret trabes perforantes vltra medieta-
tem, tigna, solaria, tectum, & alia one-
ra, aut si in eo extaret tuba camini nu.
12. & si in vna parte muri esset cōmunis,
in altera quoque parte sic esset ibidē, &
125 nu. 13. vel quando † extremitas vnius
muri colligeretur, siue coniungeretur
cum parietibus alienis, nu. 14. & 15. vel
quando in arte periti deponerent murū
esse communem, quibus standum est nu.
16. cum seq. & pulchrè, & latè etiam per
Cepoll. d. tit. 49. de pariete, siue muro,
vbi inter alia notat, quòd quando in mu
126 ro † & ab vtroque latere, vel ab vno tan-
tum assent anuli ferrei lapidibus affixi in
quibus ligantur equi, tunc murus non est
communis sub nu. 14. quod tamen non pu-
to, verum semper quia multoties serua-
tur contrarium, vt videmus. Est verum
127 quòd super muro † communi non potest
fieri fistula per quam transit aqua, nec
stare in eo lauatorius l. fistulam, & ibi
Bart. ff. de seruit. vrb. prædior. & sic in
causa Don Cæsaris de Percolla cum eius
nepotibus, in quo viso loco cum Specta-
bilibus Collegis Scagliono, & Don Cæ-
sare de vigintimilijs decisimus * quod tol
latur fistula, & quòd amoueatur lauato-
rius parum ne humorem capiat murus
medians 22. Agusti Ann. 1608. Idemque
posset applicari quando vicinus vellet in
128 muro cōmuni facere sterquilinium; nam
si damnum inferatur, non potest, vt per
Carroct. decis. siue casu 92. per tot. sic nè
fiant stillicidia, fumus, & alia de quibus
subdam modo paulò inferius ¶ Et in his
omnibus casus terminatio, & contentio
supradicta posset facilè terminari, maxi-
129 mè quādo esset elapsum decennium † de
quo scripsi in d. consuet. 29. & in cap. Rit.
101. sub nu. 23. tom. 4. argum. illius con-
suetudinis, quæ si probetur quòd per de-
cennium sic fuit seruatum, remanebit
etiam probata præsumptiuè obseruantia
retroflexi temporis (arg. eorum, quæ de
ipsa obseruantia M. R. C. tetigi supra in
cap. 16 Regis Iacobi sub nu. 7. tom. 1.)
Iacob Butrigar. Alex. Natt. & Surd. cons.
262. nu. 27. lib. 2. tūc enim stante illa præ-
scriptione facilius terminarentur nego-
tia, cum ea declaratione, quam dicit e-
tiam Surd. cons. 130. in fine lib. 2. vbi
quod in iuribus negatiuis tūc datur præ-
scriptio postquam volentes aliquid ser-
uitutis facere fuerunt prohibiti, & pro-
130 hibitioni acquieuerunt, & sic † à die cō-
tradictionis gloss. & DD. in l qui flumi-
nibus ff. de seruitur. vrban. prædior. Abb.
& alij per ipsum Surd. citati, & in d. cons.
231. nu. 11. vbi quod inter præsentes suf-
ficiunt decem anni, inter absentes, vigin
ti, & cons. 260. nu. 21. lib. 2. vbi loquitur,
quod currit à die contradictionis in iu-
ribus negatiuis ¶ Et idē dico circa stil
131 licidia † vt non currant supra domos vi-
cinas, sed alio diuertantur ex latè addu-
ctis per eundem Surd. d. cons. 137. col. 2.
& d. cons. 231. (vbi sic etiam dicit quan
do murus factus inclinaret, nam tunc
ædificans cogitur opus renouare, & id-
dem est de protecto, quod non potest ex-
tendi supra domum vicini, nisi per spa-
tium positum per eum nu. 16. & quæ dixi
superius nu. 18) nisi v. g. nullum afferret
damnum solo, vel tecto inferiori Paul. de
Castro, & Cepoll. relati per ipsum Surd.
nu. 11. sic de fumo, nu. 20. Quid autem
132 si murus † cōmunis reedificetur quomo
do taxetur expensa vide Afin. de execut.
cap. 224. nu. 3. & 4. & idem obseruamus
quando adesset pactum factum in cōtra-
ctu deductum, vt puta, vt in tali fenestra
133 faciat gradam † ferream, vel ligneam,
eamque claudat ad simplicem requisi-
tionem, & similia, nam tunc pactum de-
bet seruari, vt loquitur pulchrè Surd. d.
cons. 231. lib. 2. per tot. à nu. 8. cum seq.
Et dum hic dicitur in fine, ibi, & his
134 similium, dico quòd possunt † Iurati co-
gnoscere, & determinare circa deiectio-
nem meretricium, & similium persona-
rum infamium à conuicinio honestarum,
sicut faciunt hodie Iudices Vrbis, ea ra
tione quia si ipsi Iurati iam cognoscunt
in viso loco, vt iam vidimus supra, sic &
in ista cognitione, quæ est communis ad
Iudices, est verum quòd ordinariè ad eos
recurritur, vt in dies videmus, de qui-
bus latè dixi in cōment. consuet. Panor.
cap. 33. facit cap. 5. ad Chorinth. vbi da-
tur ratio, nam modicum fermenti totam
massam corrumpit, & per Gugliel. de Be
nedict. in quæst. an liceat peccatores oc-
cidere nu. 21. latè in materia meretriciū
Io. Anton. Bosell. ad stat. Parmæ tit quòd
russa-

roffiani fol. 179. lib. 3. & facit text. in l.
milites, ibi, nec esse graues C. loc. & cond.
vbi in effectu nemo debet esse grauis
135 † vicinis, vt ibi per Bald præsertim quã-
do ob factum vicini nasceretur scandalũ,
detrimentum famæ, vel honoris viciniæ,
nam tunc indubitatum est posse eas ex-
pelli, idẽ Bald. in l. conductor. C. eod. qui
etenim in domo peruersè versatur, eijci-
tur ab ea cap. propter §. 1 extr locati. vn-
de dixit Veronens. in tract. de seruit. ru-
sticor. prędior tit. de seruit. iuris pasc. nu.
136 21. quòd vicinus nõ potest retinere † me-
retricem in domo vicinis inuitis, consti.
Regni, quæ passim vbi Affli. & alij lib. 3.
Iacob Menoch. de arbitr. iudic. cent. 1.
casu 78. nu. 10. lib. 2. l. quod sępè vbi gloss.
ff. de contrah. empt. adeoque esse ipsas
137 meretrices † detestabiles, vt nec possint
esse capaces donationum, vt per Bart. &
alios in l. affectionis ff. de donat. Lup. in
rubr. de donat. int. vir. & vxor §. 37. nu. 8.
Pereg. de iure Fisci lib. 2. tit. 9. nu. 16.
Bald. Angel. & alij citati per Surd. cons.
469. nu. 1. & seq nisi donatio fuisset facta
ob merita, quo casu, etiam si fuisset fa-
cta à Clerico, Milite, Doctore, &c. valet,
vt adnotaui ad d. l. affectionis, vbi gloss.
in verbo meretrices, beneuerum, quòd
tenetur probare illa merita aliterquàm
per assertionem, & confessionem donan-
tis, Surd. nu. 13. ex Anchar. Dec Rip. Ca-
pic. Pyrro, Sim. de Pret. Pereg. Mant. et
multis, quia donatio ob merita est vali-
da etiã inter personas prohibitas, Surd.
nu. 15. & seq & quæ in d. l. affectionis po-
sui, quamuis ibi loquar in concubina,
Carrocc. in tract de locat. & conduct. tit.
de mercede remuneratoria nu. 87. cum
seq. idem Bart. in l miles ita §. mulier ff.
de milit. testam. & sentit Surd. loco ci-
tato, vbi dicit contrariam opinionem,
duram sibi videri, quia meretrici donari
potest, quoniam, etsi turpiter faciat
138 † exercendo meretricium, non tamen
turpiter faciat eum tamquam meretrix
accipit à sibi donante ex Præposit. Alex.
in rubr. ff. de donat. int. vir. & vxor. Ias.
cons. 37. nu. 2. Vol 3. Lup. § 40. Riminald.
& alij per Surd. citati, vbi quòd etiam,
ne dum datum repeti non potest, quinim
mo si aliquid esset eis promissum, & per
obseruantiam datum esset pignus, ne dũ
illud retinere posset, verum etiam aget,
vt pignus redimatur ex Cyn. & Aret. &
alijs nu. 2. adductis, inferens, quòd me-
139 retrix † posset dare, & testari liberè de
bonis per meretricium quæsitis, & deci-
mas soluere de dictis bonis, & eleemo-

sinam facere, & sic habet actiuam factio-
nem testamenti, quando scilicet dicta bo
na sine fraude quæsiuit ex Pinell. Natt.
Gabriel. Sim. de Pret. & similibus, qui
subdit, quòd eius patri competit legiti-
ma, intantum, vt si mulier tanquam non
140 meretrix † receperit aliqua bona ab e-
iùs amasijs, non posset illa retinere etiã
in foro conscientiæ, Surd. nu. 9. ex Capic.
Angel. Lup. Bald. Laucellott. Ruyn. Mac-
cabr. & alijs. Et sic videmus esse eijcien
141 das, probato tamen ipso meretricio † cũ
sit facti, vt per Surd. nu. 18. 19. 20. & seq.
& nu. 33. 34. 35. 36. & seq. vbi quod ob id
dicitur meretrix, quia meret suũ quæstũ
per l. athletas §. ait Prætor ff. de his qui
not. infam. l. palam §. non est ignoscẽdum
ff. de rit. nupt. & sufficit ad dicendum
142 aliquam esse meretricem † quando plu-
ries pretio se prostituit, pluresque admi-
sit pretio, gloss. in cap. vidua, & ibi An-
char. dist. 24. Rip. in cap. 1. nu. 96. & seq.
de iudic Boss. in tit. de plurib. violentijs
nu. 67. Alciat. in l. Massurius in fine ff. de
verb. sign. cuiusque turpitudo venalis est
cap. meretrices 32 quæst. 4. quæue pare-
ret multorum libidini, sufficitque quòd
duos, quæstus causa admiserit, Alex.
cons. 99 nu. 10. vol. 6. Surd. d. nu. 33. sed
mox ait contrarium nu. 34. quod non sit
meretrix, quæ cum vno solo concubuit,
Purpurat. cons. 265. nu. 11. Cyn. in l. 2. nu.
1. in fine. Cod. de cond. ob turp caus. & in
d. nu. 33. ait Surd. quod sufficit si per 20.
horas steterit in lupanari ex Lup. in d.
§. 40. post Saliceti & dixit Borsatt. cons.
445 nu. 48. post Ruyn. quòd si vnum pre-
tio admisit, dicitur meretrix, Decian. in
suis tractatibus criminalib. lib. 8. tit. de
raptu cap. 7. nu. 10. & seq. vbi latè, quòd si
palam se exponat, aliàs si coactè prosti-
tuit, non dicitur meretrix, sed quæ rea-
liter volens, maximè aperiendo de nocte
ianuã, vt ex Baldo in l. data operacũ simi
libus iuribus per Natt. cõs. 205 latissimè
ex Mascard. per eum citato, vbi quòd suf
143 ficiunt † testes singulares, & ij possunt
admitti, qui cum meretrice concubue-
runt, Rolland. cons. 74. nu. 8. vol 1.
Tandem, quia demini officium suum
debet esse damnosum, statuitur prædi-
144 ctis Iuratis salarium † vt habetur infra
in cap. 56. Regis Alph. tom. 4. arg § opor
tet Auth. de mand. Princip. soluendum,
prout ibi, quod salarium non possunt ac-
cipere anticipatè sub pœna quadrupli,
de quo habetur in cap. 03. eod. tom. 4.
argum. Magistri Iurati, & Thesaura-
riorum, de quibus in cap. 45. & 49. eod.

tõ.4.& quorũ nemini superius in versic. secundum cũ illa preminentia etiã portandi arma, de quibus vide quæ scripsi in cap. 31. in 2. obseruantia §. arma molita, siue offensiua, Regis Martini tom. 3. & sit finis huius cap. ad laudem Dei, & SS. Iustinæ, & Reparatæ Virg.

Marius Muta V. I. D.

FEDERERICVS III. DEI GRATIA REX SICILIÆ.

STRATICOTO CIVITATIS MESSANAE Consiliario, familiari, & fideli suo, gratiam, & bonam voluntatem.

DE REFORMATIONE CONSTITVTIONIS, SEV Capituli criminalium causarum, in tribus casibus. *Cap. CXVII.*

OPTANTES fideles nostros sub fælicis nostræ protectione dominij securitatis, & pacis integritate gaudere, ad illud continuè nostræ Maiestatis oculos conuertimus, & mentem nostram curis assiduis agitamus, quo securitas ipsa inuiolata permaneat, & à turbatione ipsius metu pænæ, qua vigor nostræ Iustitiæ criminosos insequitur, sublata spe remissionis, & veniæ, enormis insolentia compescatur. Animaduertentes siquidem, quòd ideo latæ sunt leges, vt metu earum humana coarceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, nocendique facultas, formidato supplicio improbis refrenetur, non vt per eas iniuriarum nascatur occasio, vel laxandi habenas ad cursus illicitos concessa materia videatur. Cordi nobis fuit, constitutionem per nos editam, dum Regni nostri dominij Deo auctore sceptra suscepimus, quæ tam in ciuilibus, quàm in criminalibus iudicijs, usque ad publicationem testium exclusiuè, transactione, pacificatione, & compositione partium inter se, nullo iure nostræ Curiæ proinde acquisito, liberè permittebat, quam, nonnulli dantes eidem generaliter intellectum, nec inter enormia, & leuia crimina distinguentes, blandiri sibi delinquendi audaciam videbatur, & sub interpretatione congrua, & reformatione vtili declarare. Super his itaque diu habita deliberatione, prouidimus, & generali declarationis, & reformationis edicto præcipimus, prædictam cõstitutionem in causis tantùm ciuilibus suam obtinere roboris fir-

mitatem: In criminalibus autem præsenti reformatione taliter duximus distinguendum, vt in criminalibus iudicijs, siue causis, quę pænam mortis, deportationis, aut membri incisionis important, dicta constitutione cessante, iuxta constitutionem diuæ memorię Imperatoris Fiderici Domini proaui nostri, quam in huiusmodi casibus habere volumus robur suum, postquam accusator, & reus fuerunt in iudicio præsentes, pactio, transactio, & pacificatio tàm accusatori, quàm reo sit penitus interdicta, nisi de licentia Curiæ processit, & assensu; absit enim à nostræ disciplina iustitiæ vigorē suum in prætactis casibus tam profana facilitate dimictere, & neruos seueritatis, euersa medicina, dissoluere, cum remissionum huiusmodi, & transactionum licentia, nedum lapsum non corrigat, sed delinquendi quotidie, quod ab experto cognouimus, prouocet incentiuum. In leuibus autem, quæ pænam mortis, vel deportationis, aut sanguinis non important, dicta nostra constitutio in suo robore perseueret, vt sit criminum qualitas distincta, in enorminibus vigor sit rigidus, & in leuibus benignitas leniat, & mansuetudo temperet disciplinam. Ea propter fidelitati tuæ mandamus quatenus præsentem declarationem, & reformationem nostram in iudicijs deinceps obseruans, eam per Ciuitatem Messanæ, & loca, ad quæ iurisdictio protenditur, facias sollemniter publicari, vt omnibus quod reformatur, non existat incognitum, & fideles nostri declarationis, & reformationis huiusmodi ignorantiā non prętendant. De receptione vero, & præsentatione cum forma ipsarum Magistro Iustitiario Regni nostri, & Iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ per tuas literas responsurus. Dat. Panhormi penultimo Nouembris. 4. Indic.

S A M M A R I V M.

Accusatus potest se concordare, & pacificare cum accusante nec potest sequi condemnatio, & quomodo nu. 1. amplia nu. 5. 6 7 8. 9. 10. limita nu. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17 18 31. 32. 33.

Pax desideranda est, tanquam necessarium bonum, & possunt cogi gentes pro ea facienda. nu. 2.

Remissionem facere volenti præfertur non volenti illam facere nu. 3.

Remissio semper attenditur, quoties ius Fisci non læditur nu 4.

Remissio, vel compositio quando fit inter partes nulli ius Curiæ solui debet nu. 5.

Remissio potest fieri, etiam si delicta fuissent de nocte, vel in campis, & locis solitarijs, nu. 6.

Remissio prodest reo esto, quòd non exprimantur omnes qualitates delicti, nu. 7.

Remissio potest fieri, etiam per denuntiatorem, nu 8.

Remissio potest fieri, tam simpliciter, vel cum aliqua conditione, nu. 9.

Remissionem obtinens non videtur fateri delictum, nu. 10.

Remissio, siue compositio debet fieri ante litem contestatam, nu 11. 12.

Contumacia ob absentiam inducit litis contestationem, ibid.

Remissio non potest fieri in præiudicium Fisci, postquam reus fuit contumax citatus, nu. 13. nec proditionis, nu. 14.

Remissio non potest fieri circa inuentos in flagranti crimine, nu. 15. nec vbi de dicto crimine essent confessi, nu. 16.

Remissio, siue compositio an debeat fieri gratis, nu. 17.

Remissio, nec compositio non cadit vbi est secuta prius cōdemnatio, nu. 18. cum seq.

Condemnatus criminaliter, an si sit mox incarricatus ciuiliter, possit sententiæ executio differri, nu. 19. & quid in exilio nu. 21. cum seq.

Condemnati ad mortem possunt recipere Sanctissimum Eucharistiam, non eodem die mortis, sed ante, secus in extrema vnctione, nu. 20.

Extrema vnctio non datur condemnatis ad mortem, ibidem.

Eucharistiæ species, an descendant in stomacum, vel rapiantur in cælū ibid.

Relegatus ad exilium, an si sit incarricatus ciuiliter, debeat prius soluere, & postea migrare, nu. 21 cum seq.

Exulatus si rupit fines exilij, an, & quando dupplicetur exilium, nu. 22. & quid si esset ad decim annos, vel perpetuo nu. 23. 24. 26. & quid si fuit captus, & carceratus, nu. 30.

Exulatus absque temporis præfinitione intelligitur per decennium, nu. 23.

Exulatis, vel relegatis pœna mitior imponitur, quàm deportatis, sub nu. 24.

Deportati solent in perpetuum, vel ad beneplacitum deportari, ibidem.

Deportati non retinent Ciuitatem, amittunt testamenti factionem, & perdunt ea, quæ sunt iuris ciuilis, & pro mortuis habentur, nu. 25.

Exulati retinent ea, quæ sunt iuris ciuilis, & Ciuitatem, & habent testamenti factionem, ibid.

Condemnatio quando fit ad standum in Castro, vel Insula, vel perpetuis carceribus solet addi, nominandis per Excellentiam suam, & quare, nu. 27.

Exulatus ad tempus, si moram fecerit in carceribus post condemnationem, potest petere illud tempus sibi excomputari, num. 28. 29. 30.

Carceratus, qui fuit condemnatus, & stetit per aliquod tempus in carceribus, debet ei carcer compensari, nu. 29.

Carcerato solet dici multoties, quòd carcer cedat in pœnam, nu. 30.

Exulatus rumpens fines exilij, si fuit captus, & carceratus, & in carceribus finierit tempus exilij, potest petere compensationem carceris, ibid.

Disterrati an possint finito disterro illicentiati venire, remissiuè, nu. 31.

Remissio non potest fieri in casibus atrocibus arduis, & subintrabilibus, nu. 32. 45. 46. & seq.

Atroces casus siue delicta, quæ sint, ibid. & nu. 45. 46 48. 50. 91.

Remissio an debeat fieri per scripturam, vel apparere per testes, nu. 33.

Remissio si est facta per offensum, an possint eius consanguinei prosequi, nu. 34. 35. 36. 37. cum plurib. seq.

Iniuria facta vni censetur omnibus de cognatione facta, ibid.

Pax si est facta per offensum cum offendente, & mortuus sit, possunt affines vsque ad 4 gradum prosequi, nu. 35.

Remissio facta per monachum offensum offendenti non sufficit, sed est opus Abbatis consensus, nu. 36.

Remissio si sit facta per offensum offensori, an possit eius soror agere, & accusare, nu. 37 cum seq. & nu. 41 vide nu. 42.

Sorori an competat ius vindictæ, & accusare tamquam femina, nu. 38. cum seq. & num. 89.

Femina, an possit accusare, & sibi vindictam sumere, vel compositionem, ibid.

Frater si fecit remissionem, potest soror accusare denouo, nu. 3 . cum seq.

Remissio facta per vnum, non præcludit viā cæteris, nu. 40. & seq limita nu. 42.

Remissio si sit facta per masculum offensum heredem, potest altera heres femina accusare, nu. 41.

Remissio obtempta per principalem offensum, & Iudex scit, & admisit, an alij audiantur, nu 42. 43.

Remissio facta per proximiorem heredem offensi, alij non admictuntur de consuetudine quicquid sit de iure, nu. 43. cū seq.

Remissionem habere an sufficiat à maiori parte consanguineorum, & an præferantur heredibus extraneis, nu. 44.

Ardua causa quæ sint, nu. 45. 46. & seq. 48. 50. 91.

Delicta flagrantia, recentia, & notoria dicuntur ardua, nu. 46. & seq.

Delicta antiqua, quæ transcendunt decem annos, non puniuntur pœna mortis, esto quòd essent ardua, nu. 47.

Honore, & de fama vbi agitur dicitur, res ardua, nu. 48. cum seq.

Honor, & fama est inestimabilis thesaurus nu. 49.

Remissio potest fieri in casibus à relegatione infra, & sic in insultu cum extractione armorum, nu. 51.

Inuentus, & captus in fragranti, si quis est, Fiscus subintrat, & an admictatur ad fideiussoriam cautionem, nu. 52. 53.

nec

cusationem, & quando, ibid.

Fiscus non potest subintrare stante statuto, quòd Fiscus non possit principaliter agere contra ciues, nu. 97. fallit in delictis iteratis, nu. 98. & in delictis commissis in rem, num. 99.

Fiscus non potest principaliter agere contra ciues, aut alios stante statuto, & valet ibid.

Fiscus non potest subintrare stante remissione partis, & compositione cum ipso Fisco, nu. 100.

Compositio facta cum Fisco, loco pœna succedit, nec vnquam potest fieri molestatio, ibid.

VULGATUM est apud omnes hoc Regni capit. super quo posset integer tractatus fieri, subcinctè tamem me expediam, quia alibi in multis locis de hac materia scripsi; & cum præsenti textu, qui est approbatus infra in capit. 299. & 314. & 359. & 360. Regis Alph. tom. 5. concordant multa alia, vt supra capit. 43. & 52. Regis Iacobi tom. 1. & infra in cap. Rit. 145. eiusdem Regis Alph. tom. 4. & cum cap. 33. & cap. 119. Regis Ferdin. tom. 7. in quibus huc me remisi, etiam circa videre causas arduas, vt inferius, & concordat cum cap. 14. supr. eod. vbi est dispositum, quòd partes discedant à controuersijs, & non litigent, in quibus omnibus locis agitur de concordia, & remissione, quæ fit inter accusatum, & accusatorem, & multa iura, & DD. ibi ci aui, & est constit. Regni post citationem, & ibi Affl. & Carol. Tapia lib. 4. ad iura Regni Neapolis fol. 26. 27. & constit. Accusatorem, & constit. priusquam cum multis hic, & in d. cap. 145. per Boniorn. citatis, & ibi Montalt. & Franc. de Neapoli, quod tantum est dicere, ac si nullus sit, qui accuset, vel esto
1 quòd accuset † sed concordauerit se cum accusato, non sequatur condemnatio, vt dixi in d. cap. 52. in princ. h. d. insumma, quòd in leuibus delictis, in quibus non veniret pœna mortis, deportationis, aut membri abscissio, est licita remissio, & concordia inter partes, aliter secus quoties accusatio est in iudicium deducta nisi de licentia Curiæ, & hoc a
2 ratione, quia pax † desideranda est tamquam necessarium bonum dixit Bald. de pac. tenen. post. nu. 3. Cicer. de amic. vbi nulla ciuitas tam firma, ac stabilis est quæ non odijs Ciuium labefectatur. Valer. Maximus, Gngliel. de Bened. Boss. & alij de quibus per Anell. de Amat. in eius alleg. relata per Tapiā fol. 32. col. 2. cum seq. & hinc est, quod dixi in commentar. consuet. panormi cap. 70. nu. 4. posse inimicos cogi per Principem, & officiales locorum, vt faciant pacem, addo Pragmat. 5. tit. 27. de Capitan. tom. 1. Intrigl. sing. 45. etiam si essemus † in dubio, 3
v. g. quando vnus vellet remictere, alter non, nam præfertur remictere volens, Baiard. ad Iul. Clar. q. 58. nu. 38. Berous in cap. in præsentia nu. 474. extr. de probat. semperque prodest habere remissionem esto quòd non exprimantur qualitates, vt subdam modo ampl. 3. & in summa quoties ius Fisci † non læditur habetur semper respectus ad partis remissionem, & in sententijs apponitur, visa partis remissione, sic practicatur, vt post Vinc. de Franchis ait Carolus Tapia in d. constit post citationem fol. 27. lib. 4. ad dicta iura Regni Neapolis. 4

Amplio primo, vt nullum ius † Curiæ solui debeat ex dicta compositione, & remissione habes in d. cap. 43. Regis Iacobi, & cap. 52. vbi hoc idem scripsi in principio vbi in duobus locis sic dicitur, igitur nec est locus subintrantiæ, vt nec expensæ debeantur, tangam inferius in d. versic. & quantum. 5

Amplia secundo etiam si delicta essent commissa de nocte † vel in campis, vel in locis solitarijs, quia cum toto hoc potest fieri dimissio, & transactio iuxta formam huius capituli, non obstante quacunque contraria consuetudine, quę corruptela dici posset, ita in d. cap. 314. Regis Alphonsi. 6

Amplio tertio, vt hæc cessio prosit reo † si non exprimantur omnes qualitates delicti nostrates hic ex Bald. cons. 378. in 4. Affl. in d. constit. postquam citate de trans. 7

Amplia quarto, vt quod dicitur de accusatore idem sit dicendum de † denuntiatore Carol. Tapia ad d. iura Regni Neapolis in tit. de transact. in constit. post citationem fol. 27. arg. l. ab accusatione ff. nunciatores ff. ad Turpill. Barth. de Capua, & alij relati per eundem Tapiam, & ante eum Andr. de Iser. 8

Amplia quinto, vt sufficiat † remissionem fuisse factam, vel cum aliqua conditione, v. g. quòd offendens non accedat ad patriam per tantum tempus, vel quòd non transeat per eius domum, quia esto, 9

esto quòd offendens contrauenerit promissioni, & non seruauerit promissa, tamen non per hoc annullabitur remissio, nec poterit offensus iterum offendentem accusare, ratio est quia per talem remissionem dicitur accusator destitisse, & consequenter amplius accusare non permittatur, Bart. Bald. & Salicet. in l. quãtis C. ad Turpill. Carauit. in rit. M. R. C. Neapolis cap. 275. nu. 12. & seq. Farinac. d. quæst. 5. sub nu. 11. in fine versic. sublimita 2. & quæ dixi in cap. 7. Regis Philippi declaratione 6. tom. 9.

10 Amplia sexto † vt neque vlla oriatur confessio, neque probatio ex dicta remissione, ita per l. furti §. pactus ff. de his qui not. infam. Alex. in d. l. transigere in fine, & Ias. nu. 20. Abb Fælin. Marsil. Ghirland. Paris de Put. Carrer. & alij dixit Farinac. loco citato nu. 21. vbi ita fuisse alibi iudicatũ * Grammat. voto 40. nu. 16. Blanch. Paul. de Castr. decis. Pedamonr. Brunor & plures alij.

Limita primo procedere, vt composi-
11 tio † fiat ante litẽ contestatã, vt in d. cap. 43. & 52. & hic, ibi, fuerunt in iudicio præsentes, & per d. constit. post citationem, & hoc est, quòd dicitur in d. ritu 145. ibi propter contumaciam absente, idest de ea contumacia, quæ inducit litis contestationem Cumia in pract. Syndic. cap. 23. nu. 21. alias si post, posset Fiscus procedere in causa non obstante aliqua consuetudine in contrarium, quia non attenditur tamquam contraria dictis constitutionibus, sic Batius ad Affli. in proæm. constit. Regni fol 25. col. 2. & in d. constit. priusquam tit 54. de trans. vbi postquam citatus est reus, & est con-
12 max † non potest fieri transactio, siue remissio in præiudicium Fisci, cui est ius quæsitum ex dicta contumacia, & consequenter non impeditur processus Iudicis, Bald. in d. l. transigere, & sentitur in d. cap. Regni 360. Regis Alph. dum dicitur ibi, vsque ad aperturam testium, vel vsque ad conclusionem referendo singula singulis, vt ibidẽ, Iason in l. 1. ff. de in ius voc. Dec. in rubr. C. eod. Fælin. in capit. 1. col. antepen. de iudic. cum similibus hic per nostrates, & Bald. conf. 90. lib. 5.

13 Secundo limita non procedere † in his, qui sunt accusati de heretica prauitate, & vt in d. cap. 43. & in cap. 58. Regis Iacobi in 1. exclusione, versic. vt hic ergo, nam non est locus compositioni, nec remissioni dixi in d. cap. 15. Regis Martini in d 8 obseruantia.

Tertio limita in accusatis, vel nota-
14 tis nota suspictionis † & proditionis, vt locis citatis in 2. exclusione, & posui in d. 8. obseruantia.

Quarto limita in deprehensis in fra-
15 granti † crimine ibidem in 3. exclusione, & qua subdam inferius in versic. talia, namque.

Quinto limita quando de crimine es-
16 sent confessi † ibidem, his enim casibus non cadit transactio.

17 Sexto limita, vt remissio fiat gratis ibidem in 6. exclusione, Pern. cons. 21. est verum, quòd tempore indulti colligunt DD. vt possit fieri remissio, etiam per precium arbitrio Iudicis saltim taxandum, quando accusator vellet excessiuum, vt dico in materia indulti infra in d. cap. 7. Regis Domini nostri Philippi II. versic. declarat. 5. tom. 9. ex Batio ad Affl Boniorn. Bald. & alijs, & fuit opinio etiam Ias. & aliorũ Phanut. de inuentar. part. 6. nu. 57. vbi, quòd si aliquid hæres recipit pro facienda pace tenetur in inuẽtario describere ad creditorum commode (& faciunt quæ dico de compositione in d 8. obseruãtia) quinimmo quod possit in materia pacis, vel remissionis aliquid dari, & sic posse fieri, tàm pretio, quàm gratis post Cathald. Bald. Salicet. Plott. Carrer. Brun. Marsil. Gabriel. Herculan. Cepoll. Chassen. Menoch. Vulpell. Mascard. & alios scripsit ipse Farinac. nu. 20.

Septimo limita, quando præsertim es-
18 set in his casibus † siue causis grauibus secuta condennatio, quia tunc nec compositio multo minus cadere potest, sed executio Iustitiæ suum debet sortiri effectum; ac rigorem per ea, quæ in textu dicuntur, ibi, absit enim quasi dicatur, quòd executio retardari non debeat, intantum, vt si v. g. condemnatus fuerit incarricatus, vel recomandatus pro debito ciuili, non debeat executio pœnæ corporalis differri, & licet per text. in l. 1. C. de bon. proscripr. videatur contrarium, vbi DD. dicunt, quòd si condemna-
19 tus † in capite sit incarricatus pro debito ciuili, v. g. vt reddat rationem alicuius administrationis, quòd possit executio pœnæ corporalis ad modicum differri, Angel. de Perusio, Bart. Fulgos. Salicet. & alij ibidem, tamen, vt subdit Angel. nu. 2. nunquam practicatum vidisse, & per Iul. Clar. in pract. criminali, quæst. 97. in princ. & sic executio debet fieri ad mortem, tunc differri posset, quando
20 v. g. peterent Sanctissimum † Eucharistiæ Sacramentum, quibus petentibus

22 debet

debet dari, non extrema vnctio vide Affl.
in constit. Regni tit. de homicid. punien-
dis fol. 65. nu. 7. & ibi Addition. pulchrã
In litera B. Archid. Io. Andreas, & alij in
cap. super eo de Hyret. in 6. Clement. 1.
de pœnit. & remiss. Archid. Gemin. Felin.
Clar. Patis de Put. Boss. Gomez. Bald.
Angel. Nauarr. Summ. Angel. Tabien. &
alij, de quibus per Surd. decis. 121. cum
toto hoc non debent mori eodem die,
quo acceperunt dictum Sanctissimum
Sacramentum, sed seruantur saltim vsq;
ad sequentem diem, ex Host. in sum. de
immu. Ecclesi. col. 7. Corset. Æneas de
Falco ad Abbat. citati per dictam Addit-
tionem, adnotantes ad eundem Affl. in
constit. terminum vitæ fol. 69. in litera B.
Nauarr. & Iul. Clar. citati per eundem
Surd. vt supra, vbi subdit limitãdo, quòd
quoties condemnato erat data hora mo-
riendi, & sic de ea esset conscius, & de si-
gnis, tunc si apparet esse benè dispositus
cum Domino, non debet differri mors,
ne incidat tentationes, sed exequatur sen
tentia post quatuor horas à sumpto Sa-
cramento, & sic seruari Romæ est verũ,
quòd ad ea, quæ ipse tangit de specierũ
consumptione, videtur obstare text. in
cap. tribus gradibus de consecr. dist. 2. &
ibi gloss. nisi dicamus cum D. Thom. part.
3. quæst. 77. art. 4. 5. & 6. q. 7. vbi ponit an
species sacramentales descendant in sto-
machum, vel rapiantur in cælum, sto in
hoc cum Sancta Romana Ecclesia Catho
lica. Et vide quæ dixi supra in capit. 100.
limita 1. nisi loquamur in executionem
21 sententiæ exilij † siue deportationis,
de qua hic sentitur, ibi, pœnam mortis,
deportationis, &c. nam tunc, vt ait Lu-
douicus Peguera in decisionib. crimina-
libus cap. 22. fol. 96. & 97. potest dicta
recommendatio impedire, & suspende-
re executionem sententiæ dicti exilij à
prouincia, quousque reus condemnatus
satisfecerit suis creditoribus, ratione,
quia, vt subdit idem de Peguera, dicta
pœna exilij non est corporis afflictiua,
stante, quod magis reo debitori solatiũ,
quàm pœna videretur, quoniam quodam-
modo liberatus esset propter difficulta-
tem, seu verius impossibilitatem illum
tunc conueniendi, & consequenter exe-
cutio pœnæ, & condemnationis isto casu
differetur, quousque soluat, itaque fuisse
decisum * refert in Regio Consilio Ann.
1557 contra Velascum de Torres, ma-
ximè si dictus exulatus, vel relegatus fa-
22 cto, vel culpa rupisset † fines exilij (da-
to sibi prius illo termino ad colligendum
sarcinulas, prout posui supra in capit.
Regni Regis Iacobi 39. nu. 179. tom. 1.
& per ea, quæ suppleo infra in cap. 16. &
17. Regis Martini tom. 3.) quia tunc ex
quo ex regula iuris communis iam dup-
plicatur exilium, quando siquidem esset
factum ad certum tempus determinatũ
minus decennio, vt per eundem Lud. Pe-
guera decis. cap. 41. quasi per totam fol.
188. & seq. per text. in l. aut damnum §.
quisquis ff. de pœnis, & ibi Bart. & est
com. * opinio, arg. §. temporales instit.
de except. sicque vidisse conclusum * ait
in d. Regio Consilio Ann. 1584 nu. 9. nisi
aliter expressum esset in sententia, vt fe-
cimus in Regia Curia Capitaniali in cau
sa illius de Dominico, qui postea ex aliis
delictis fuit super Regias Triremes mis-
sus per M.R.C. Ann. 1608. si vero esset ad
decennium, prout ita omnis relegatus
23 † intelligitur in dubio per ea, quæ scrip-
si super Ritu cap. 166. nu. fin. tom. 4. l. siac
præfinito ff de pœnis, Bald. Fælyn. Gomez.
Foller. de quib. per Caball. in eius resolu-
tionibus criminalib. casu 143. vbi idem
esse dicit quando esset condemnatus ad
tempus scilicet, sed non præfinitum, nam
adhuc de decẽnio intelligitur, vt ibi latè,
& tunc frangenti fines, perpetuatur pœ-
na, aut in opus metalli transmictitur,
Peguer. vbi supra nu. 2. per d. §. quisquis
& nu. 11. Si vero in perpetuum esset con-
24 demnatus † cũque frangens pœnã mor-
tis incidit nu. 4. ex Gomez. de delict. cap.
8. Clar. quæst. 71. subaudiendo de depor-
tatis, non autem de relegatis, quibus in
effectu pœna mitior imponitur l. relegati
ff. de pœnis, l. capitalium, §. in exulibus
ff. eod. cum concordant. positis per eum-
dem Peguer. vnde quòd dicitur de pœna
frangentiũ exiliũ, & cõfines, vt sint digni
nempè pœna mortis, subauditur semper
de deportatis, qui non ad tempus, sed
in perpetuum, vel ad beneplacitum, vt
per Caball. vbi supra, deportantur, &
25 nunquam retinent Ciuitatem † nec te-
stamenti factionem habent, sed ea, quæ
sunt iuris ciuilis amictunt, & pro mor-
tuis habentur, merito frangentes confi-
nia, pœnam mortis incidunt, non sic in
relegatis, qui siue ad perpetuum, siue
ad tempus relegentur, semper retinent
Ciuitatem, & iura ciuilia, & testamen-
ti factionem habent, vt ex Piguer. latè
nu. 8. qui ita intelligit Gomez. & Clar.
locis citatis, ergo in relegatis in perpe-
tuum à Prouincia, vel à Ciuitate, vt fe-
cimus cum Spect. meis Collegis in causa
dicti de Dominico, qui facta relatio-
ne

æ Excellentiæ suæ, fuit exulatus per
quinquennium à Regno sub pœna trire-
remium, & tunc si isti tales non obser-
26 uarent confinia † non pœna mortis, sed
extraordinaria punientur, vt puta trire-
miũ, vt ipse decisũ vidisse ait Ann. 1582.
in d. Regio Consilio nu. 9. & 10. vel etiam
possunt deportari, quando sic in perpe-
tuum essent relegati, & frangerent, vt
decisũ subdit Ann. 1584. vbi ille fuit de-
portatus ad arcem nominandam per Re-
gem, argum. Pragmat. huius Regni Sici-
liæ, & ita ad vnguẽ obseruatur, quia non
est nostrũ nominare, & propterea sole-
27 mus † dicere (quando fit condẽnatio de
aliquo existendo in Castro) nominando
per Suam Excellentiam, sicuti de condem
nato ad Insulam ex his, quæ ait Vinc. de
Franchis decis. 487. col. 2. & est textus in
l. relegatorum §. In Insulam, & l. inter
pœnas ff. de interd. & relegatis, Cumia in
pract. Syndicat. cap. 24. nu. 55. Io. Bole-
gnett. in l. imperium nu. 76. ff. de iurisd.
omn. indic. vbi sentit sic esse quando fie-
ret condemnatio ad perpetuos carceres,
& iddem infert ad Barones etiam haben
tes merum, & mixtum imperium, de qui-
bus scripsi suo loco infra in cap. 10. Regis
Martini declaratione 15. tom. 3.

Intelligas tamen, vt ista pœna exilij,
28 † vel relegationis tunc in totum exequa-
tur, dummodo carceratus in carceribus
non moram fecerit post condemnationẽ,
quia tunc illud tempus computatur l.
omnes C. de pœnis, & ibi Bald. Salicet.
& Fulgos. Caballus in eius resolutioni-
bus criminalibus casu 142. nu. 4. Peguе-
ra d. cap. 2. nu. 2. vbi reprobat Bart. in d.
§. quisquis, qui voluit, quod tempus exi-
lij computetur à tẽpore, quo excessit per
l. relegati ff. de pœnis, & adduco Prag-
mat. in hoc Regno tit. 33. de pœnar. com-
pensat. Pragmat. vnica tom. 1. vbi quoties
29 relegatus stat † per aliquod impedimen-
tum in carceribus, fit illi compensatio,
& ibi adnotaui l. omnes C. de pœnis Tira-
quel. in tract. de pœn. caus. 41. præsertim
si carceratio esset longa, quæ regulariter
non sic esse debet, & inuehit Affl. contra
istos Iustitiarios, & Officiales diu carce-
ratos in carceribus detẽptos, tenẽtes &
dico infra in d. cap. 10. Regis Mart. decla
ratione 3 tom. 3. quia vt plurimum Iu-
dices solent interloqui, quòd carcer ce-
30 dat in pœnam † Vinc. de Franchis decis.
317. Caball. loco citato nu. 2. sicut quan-
do, v. g. quis ruperet, & frangeret pœnam
exilij, & esset captus, & carceratus, &
finierit ibi tempus exilij, debet carcera-
tionis tempus computari, ex Bald. & Sa-
licet per Caball. relatis nu. 5. limitando
quando staret per Iudicem, vel partes
quominus iret, nam tunc compensatur,
31 aliàs non nu. 6. An autem finito † dister-
ro possint disterrati illicentiati venire
dicas in d. capit. 16. & 17. Regis Martini
tom. 3.

Octauo limita, quod licet possit fieri
pax, compositio, concordia, & remissio,
tamen non nego, quòd in casibus atroci-
32 bus, † vt puta homicidijs, sacrilegis, rapto
ribus virginum, violatoribus sepulchro-
rum, reis Maiestati, parricidijs, & simi-
libus, possit Fiscus subintrare, nam po-
test, vt tangam inferius in versic. & quan
tum, ibi, quinto per inquisitionem, &
consequenter non valeret remissio, Paris
de puteo in verbo compositio cap. 3. nu.
2. Fabian. à Monteleone in praxi arbitr.
5. part. q. 3. ampl. 2. etenim hi tales sem-
per expectant id, quod fecerunt, & in si-
milibus grauibus delictis culpa est rela-
xare vindictam cap. qui sunt 26. dist. &
venia denegatur cap. importuna §. quod
autem de pœnis dist. 1. sicut dicam in d.
cap. 51. Regis Martini in d. 8. obseruan-
tia non valere etiam compositionem re-
probato Farinac. & alijs de quibus ibi-
dem tom. 3.

33 Nono limito, vt remisśio † debeat ap-
parere per scripturam, quæ stet in actis,
non autem puto apparere per testes, ita
Clarus q. 58. nu. 39. & ibi Baiard. Moron.
in tract. de fid. treg. & pac. quęst. 106. nu.
15. ex Baldo, sic sentit Farinac. d. quæst.
5. sub. nu. 11. latè Vulpell. in tract. de pa-
ce q. 66. nu. 1. & seq. maximè quando pars
postea se vellet componere, quia ad eam
compositionem non admictitur, nisi di-
cto modo concordata parte, vt in d cap.
51. Reg. Mart. ponam in d. 8 obseruãtia.

An vero facta remissione per offensum
34 † possint consanguinei eius prosequi in-
iuriam, siue nouiter accusare, tetigi su-
pra in cap. 5. sub versic. ponere autem; &
dixit Bart. & Cara. in l. lex Cornelia ff. de
iniurijs, & ad Rit. 191. nu. 11. cum seq. ra-
tione quia iniuria facta vni censetur fa-
cta omnibus de cognatione, Bald. in l. 1.
C. de rapt. virg. quòd si quis remisit iniu-
riam factam sibi, potest alius consangi-
neus, non obstante hac remissione accu-
sare criminaliter offendentem, ex Bart.
Bald. & Marant, & sic si v. g. quis fuerit
35 vulneratus, fecitque pacem † de vulne-
re cum percussore, & tandem secuta est
mors, dico quòd percussor potest accusa-
ri, & puniri de ipso occiso, & possunt af-

fines vſque ad quartum gradum agere
in hoc, eſt quædam Regia Pragmat.edi-
ta in Regno Neapolis per olim Vicere-
gem Ducem Alchalâ Ann.1559.& 1567.
per quam diſponitur, quòd non ſufficit
habuiſſe pacem à mortuo vuulnerato,
ſed oportet illam habere ab omnibus af-
finibus, vſque ad quartum gradum, de
qua meminit Anell. de Bottis in conſtit.
Regni, terminum vitæ, ſicut nec ſufficit
36 habere † remiſſionem à Monacho offen-
ſo, ſed eſt opus conſenſus Abbatis, vel
Superioris, ita tradit poſt gloſſ. in cap.
Parrocchianos de ſentent. excom. Boſſ.
de pace nu. 18. Carolus Tapia ad d. iura
Regni Neapolis ſub tit. de tranſact. fol.
31.col.1.lib. 4. vbi ita fuiſſe reſolutū * in
Sacro Concilio. Hinc ad propoſitum
dixit Andr. de Iſernia in cap. 1. in rubr.
37 feudorum, quòd licet ſit facta pax † in-
ter homicidam, & fratrem interfecti,
& voluerit ipſe, quod ſoror non poſſit le-
uare faydam, & inimicitiam accuſando,
quaſi ſentiat, quod ei tanquam feminæ
38 non competat ius vindictæ, vt poſt gloſſ.
in cap. 1. §. hoc autem tit. de his, qui feud.
dar. poſſ. ebi ſubditur, quod nec poſſit fe-
mina recipere compoſitionem patris oc-
ciſi, ſed tantum maſculus Dec. in l. 2. nu.
53 ff de regul. iur. ex Angel. in l. pro hę-
rede §. fin. ff. de acquir. hæredit. cum ſi-
milib. & quæ dicā inferius nu. 89. tamen
Salicet. in l. vxor, & in l. Senatus C. qui
39 accuſ. non poſſ. tener quod ſi frater † ma-
ſculus remiſit, & ſoror accuſat, proſe-
quendo ſui fratris interfecti iniuriam,
quod debet audiri maximè ſi alij conſan-
guinei eſſent negligentes in vindicando,
dicitq; eſſe menti tenendum. eumque ſim
pliciter ſequitur Matth. de Affl. in con-
ſtit. Regni Iuſtitiarij ſub nu. 15. tit. qua-
liter Iuſtitiarij lib. 1. Peru. cōſ. 55. qui di-
cit, ꝙ vno cedēte in principalib⁹ delictis,
non præcluditur via cęteris quē refert, &
ſequitur hic Boniorn. Farinac. q. 4. nu.
40 31. qui vult, quod remiſsio † vnius præ-
iudicat tantum remittenti, non autem
tertio, per l. 4. § pen ff. de ſepulch. vio-
lat. l. qui cætu §. qui vacantē ff. ad l. Iul. de
ui publ. vbi Angel. Alber. Dyn. & eſt com
munis * opin Doctorum, l. ſi maritus §.
ſi negauerit ff de adult. l. 2. C. de abolit.
& ibi Salicet. Bart. Alber. Cyn. & Odo-
ffredd. & communiter * alij Foller. in
pract. crimin. canonica capit. 35. nu. 15.
Io. Mat. Monticell in pract. crimin. reg.
1 nu. 9 cum ſeq. limit. 4. Robert. Marant.
in ſpecul. tit de inquiſit. nu. 55. Innoc. &
Abb. in cap. 2. de collus, dereg. gloſſ. in l.

ditus, vbi Bart. Alb. Bald. Angel. & Ro-
man. ff. ad Syllan. gloſſ. in d. l. tranſigere
vbi idem Bart. Salicet. & omnes ff. de
tranſ. & in l. eum qui §. in popularibus. &
ibi Iaſ ff. de iureiur. Fælin. Couarr Curr.
Iun. Ant. de Padiglia, Clar. Gomez. Bu-
nor. à Sole, de quibus per ipſum Fari-
nac. loco citato, & hoc in criminibus pu-
41 blicis, & malè ſentitur † per Dec. in d. l.
2. nu. 53. ff de reg iuris, dum voluit, quod
ſi ſunt duo hæredes maſculus, & femina,
quòd ſufficiat habere pacem ab hærede
maſculo allegat Bald. in l. cum inter C.
de fideic. libert quia falſum eſt hoc, vt
dicit Additio ad ipſum Dec. ex Angel.
de Aret. in tract. malefic. verſic. compa-
rent Alex. in l. ſi pro hærede §. fin. ff. de
acquiren. hæredit. & per ea, quæ tradit
Florianus in l per fundum ff. de ſeruit.
ruſtic. prædior. Bart & alij in l. 4. §. Cato
ff. de verb. oblig. Io. de Anan. conſ. 88.
qui loquuntur de pluribus hæredib qui
poſſunt remittere, & dixit eſſe magis
com. opin. quando haberent indiuiduam
qualitatem hæreditariam: quid in tuto-
re dicam infra in cap. 78. Regis Caroli
ampl. 18. tom. 8. Eſt verum, quod ſi v. g.
42 † fuerit obtempta talis remiſſio princi-
palis offenſi, & Iudex illum admiſiſſet ad
compoſitionem, & tranſactionem, non
auditur vllus amplius, quia aliter eſſet
procedere in infinitum, Ant. de Padiglia
in d. l. tranſigere, Couar. var. reſol. cap.
10. lib. 2. Clar. d. q. 58. verſic ſed pone, vbi
concludunt, quod quicquid ſit de iure,
43 æquum videtur, vt remittente † proxi-
miore, cæteri excludantur, & maximè ſi
ſoror, vel alij, qui eſſent, renuntiaue-
rint hæreditati talis offenſi, quia tunc
non admittuntur q. d. quod non admi-
ttantur, ſed vindictæ ius non ſit ſangui-
nis, ſed hæreditarium, ita fuit * deciſum
Neapoli, vt refert Tapia loco citato fol.
35. col. 2. poſt aliquas allegationes à
ſeipſo relatas, & ſic etiā Farinac. d. q. 4.
nu. 37. per totam vbi ait, quod licet de
iure communi ſit diſpoſitum, quod tran
ſactio pax, ſiue remiſſio facta per proxi-
miorem offenſo, non impediat, quomi-
nus alius ſequens in gradu poſſit accuſa-
re, vt de communi * opinione ipſe teſta-
tur per Villapan. ſub l. 22. cap. 52. nu. 1.
Marant. tit. de inquiſit. nu. 61. attamen
de conſuetudine ſeruatur, quòd vbi pri-
mus in gradu remittit, non poſſunt alij
accuſare, & ſic remiſſio proximimioris
conſanguinei in priuatis delictis tollit a-
lijs accuſandi facultatem, itaque ſerua-
tur, vt ait Clar. d. q. 58. verſic. ſed punctus
Cata-

Carauita ad Rit. Neap. 274. nu. 24. vbi sic limitat, & eum sequitur Carol. Tapia in d. constitut. post citationem fol. 24. lib. 4. & sufficit habere pacem à parte Bald. in l. 2. C. com. delegat. Bart. in l. damni §. si bini ff. de damn. inf. est verum quod in-
44 specto iure communi † sufficit remissio maioris partis consanguineorum, qui præferuntur hæredibus extraneis, ita Montalt. ad l. 1. tit. 32. part. 7. ex Bald. in l. cum inter veteres C. de fideic. libert. & in l. 2. C. de lib. & eor. lib. Tapia refert d. fol. 31. col. 2. Petrus à Plazea in epit. delict. cap. 46. nu. 1. Farinac. in praxi. criminal. tit de accus. q. 14. nu. 2. quicquid dicat Bart. in l. si plures oppos. 1. ff. de accus. vbi voluit omnes requiri, & huic Bartoli opinioni est concors prag. Neapolis de qua per ipsum Tap. fol 31. 32. 33. & seq. quibus tamen successio defertur, ita loquitur ipsa Prag. & cũ ista opin. fuerunt Io. Martin. Monticell. Marant. Bonifac. de Vitalin. & alij de quibus per ipsum Farinac. d. q. 4. de inquisit. sub nu. 37. ibi contrarium sensere, siue dicas attinentium ad 4. gradum, siue 6. vel 7. aut 10. vt post Marant. Ant. de Padiglia in d. l. transigere C. de transf. Bart. & alios refert ipse Tap. fol. 32. col. 1.

Talia namque iudicia, siue causæ pœ-
45 nam à relegatione † supra includentes, idest vbi venit imponenda mortis ciuilis criminaliter, vel membri abscissionis, siue mutilationis, deportationis, aut bonorum publicationis, prout distinctè de his casibus etiam fit exceptio, nedum hic, sed in d. cap. 360. Regis Alph. dicuntur arduæ, & atroces, vt tetigi supra nu. 32. d. constit. priusquam tit. de offic iustit. §. atrox instit. de iniur. text. & gloss. in cap. cum illorũ de sent. excom. vel magnæ, per ea, quæ notantur ab Ysern. & alijs in cap. Regni Neapolis Regis Caroli II. tit de inquisit. fol 344. col. 2. in fine, Affl. in supradictis constitutionibus, Alb. Brun. in statut. sequent. verbo pax. (sicut dicimus de causis feudalibus, quæ arduę etiam dicuntur, vt latè dicam infra in capit. 540. Regis Alphonsi versic. ratio, tom. 5.) & alio nomine possunt dici etiã
46 flagrantia † maleficia, vel delicta notoria, de quibus etiam dico infra in cap. 51. Regis Martini loco inferius citando maximè recentia vt sentitur in d. Ritu 145. & 141. nu. 2. quæ delicta non debent trahi ad longum in debitam punitionem, ideoque dicuntur recentia, sed celeriter expediri (arg. eorum, quæ dixi supra de celeri expeditione causarum cap. 18.) & ob id dicuntur recentia, quia antiqua
47 † quæ trascendunt decem annos, non puniuntur pœna mortis naturalis, vt posui in Ritu 141. sub nu. 2. & ait Matth. de Affl. in d. constit. Regni, Iustitiarij tit. qualit. iustitiarij nu. 7. lib. 1. per text. in l. diutino tempore ff. de pœnis, vbi dicit gloss. quod puniendus plus est qui heri commisit homicidium, quàm, qui sunt decem anni quod illud fecit, & illa lex, vt subdit ibi Affl. appottauit sibi magnũ honorem corã Rege Alphonso II. qui replicauit, quod illa lex, videbatur sibi iniusta, quod tempus habeat minuere pœnam, idem Affl. decis. 280. & Additio ad eumdem in constitutione Regni, terminum vitæ. nu. 6. (arg. illius decennij, de quo infra in Ritu 102. nu. 4. 5. 6. 7. 8. vbi aliquando nocet, quandoque prodest) nam hic istud decennium vltra casus positos, ibi, nocet Fisco, vel partibus accusatricibus, prodest vero reis, & prosecutis, & hoc est quòd dicitur infra in d. cap. 51. Regis Martini in 7. obseruantia tom. 3. quod Iustitiarij puniant famosos latrones sine dilatione aliqua, nec expectata solemnitate, vbi suppleas: & sic in talibus delictis grauibus, & atrocibus, & de quibus supra, non potest cadere transactio, nec remissio inter partes, de quibus etiam sentitur in d. ritu 145. & & 147. remissiuè Bonifac. de Rogger. cons. 2. lib. 1. nu. 40. v. g. si tractatur de ho-
48 nore † & fama, quia talis causa dicitur ardua l. si inimicitiæ ff. de his quib. vt indign. Carauit. in Ritu cap. 5. Regni Neapolis nu. 8. per tot. illum ritum, vbi plura ponit, Dominus Amescua de potest. in se ipsum cap. 5. lib. 2. cum concordantib. quæ posui ad commentaria consuet. Panhormi cap. 6. nu. 8. & 9. & quæ dixi supra in cap. 45. Regis Iacobi nu. 48. addo post Bart. Dec. Crauett. Cyn. Marsil. Crot. Surd. consf. 68. nu. 17. lib. 1. vbi quod
49 honor † & fama est inæstimabilis thesaurus hominis, & iucundus, odoremque dat sicut lilium, vnde hodie inoleuit, quod talis reliquit bonum odorem; intantum vt olim permictebatur duellum, vt in d. consuet. 6. dixi (quod hodie est prohibitũm ex adductis infra in cap. 82. Regis Caroli versic. etiam si tom. 8.) quia in effectu vbi est quæstio honoris causa dicitur ardua, ex quo pari passu ambulat cum vita, & illud, quod saluo honore fieri non potest, dicitur impossibile, vt per Chassan. de quo memini in d. consuet. Pan. part. 1. considerat. 2. latè Grammat decis. 98. nu. 3. Arius Pinellus

in l. 1. nu. 7. C. de bon. matern. addo quæ dixit Bald in l. 3. C. de Episc. audientia, Angel. de malefic. versic. hçe est quædam inquisitio 3. regul. Bart. consil. 117. Anan, cons 44. Cepoll. cons. 81. de quib. per Fimiam in d. Ritu 145. & per Affl. in d. constit. priusquam nu. 4. vbi enumerando
50 quæ sint † causæ arduæ, & atroces, v. g. quando clericus offert duellum, vel oblatum suscipit, Iniuria facta Sacerdoti dum est in habitu dignitatis sacerdotalis, si quis vulneratus fuerit, vel fustibus cæsus, excessus commissus in Episcopum, vel Abbatem, aut extendere manum in eum, si membrum esset mutilatum, si quis percussus esset in platea, vel theatro, vel in Ecclesia, aut vbi veniret imponenda pæna mortis naturalis, vel parare inimicitiam grauissimam, vel recipere alapam, vel si veniret pæna fustigationis, quia ignominia æquiparatur morti Bonitorn. in d. Ritu 145. ex Bald. in d. l. transigere Socin. & alijs: ergo si sunt à relegatione infra, potest fieri remissio, prout in dictis iuribus, & hinc
51 videmus, stante ꝙ insultus † cum extractione armorum simpliciter est delictum non arduum, per consequens potest in eo cadere remissio, vel concordia inter partes, iuxta terminos huius capituli optantes, ex quo iam est casus remissibilis, & Fiscus, siue Curia non potest procedere, nec subintrare ad pænam portationis, siue extractionis armorum, vt habetur pulchrè in capit. Rit. 155 eiusdem Regis Alph. tom. 4. remissiuè, nisi, vt ibidem subditur, per officiales, siue seruientes
52 fuerint inuenti † & capti in fragranti cum ipsis armis, arg. eorum, quæ posui supra circa fragantiam in cap Regis Iacobi 15. versic. & benè est dictum, & in cap. 49 nu. 24. & in d cap. 52. in quibus locis scripsi, quod nec ad fideiussoriam cautionem admittitur, in 2. exclusione, & laté per Matth. de Affl. in d. constit. Iustitiarij sub nu. 9. 10. 11. 12. tit. qualiter Iustitiarij lib. 1. vbi subdit, quòd quilibet malefactor capi potest infragran-
53 ti † per officiales, ad quos spectat, & non per quemlibet (nisi in casu, de quo subdam inferius) & duci ad Iudicem suum, arg. eorum, quæ dixi de Clerico infra in cap. 37. Regis Catholici Ferdinandi lìmit. 1. tom. 7. l. raptores C. de Episc. & Cleric. l. 3. ff de furt. beneuerum, quod si captus infragranti esset proditor Regis, tunc per quemlibet etiam non officialem ad hoc constitutum posset capi, nec erit vsurpata iurisdictio, immo vbi aliter quilibet, qui non esset officialis, & non caperet, non esset in culpa, vt per Affl. d. nu. 10. per l. culpa in prima ff de regul. iur. l. fin. C. de exhib. reis, attamen in hoc casu, non capiendo proditorem, posset puniri grauissimè in persona, & in bonis ex Andr. de Isern. á se telato, & licet subdat ipse Affl. d. nu. 11. post eundem
54 Isern. quod capto infragranti † non soleant dari defensiones post Bald. in l. vt vim col. 1 ff. de iustit. & iur. l. 3. §. ad idem ff. de re milit. Bald. Innoc. & Bart. locis per eum citatis; nihilominus conclusi contrarium in d. cap. 15. Regis Iacobi nu 18. & nu. 26. ratione quia familia potestatis non dicitur omni exceptione maior, etenim contra hos officiales possunt multa obijci quæ, suo loco dixi, & propterea parcant mihi tanti viri, quia concludo semper dari terminum extraordinarium saltim, vt dixi etiam in cap. 58. Regis Caroli versic. sed erogantur, tom. 8. & in summa de captis in fragranti vide Iser. in constit. pænam eorum, Patid. de Put. de Syndic. ver. sic latro, Bald. in cap ad nostram extr. de iureiur. Abb. in cap super his de pæn. cum similib. per Io. Ant. Barium in Annotationib. ad d. constit. Iustitiarij; cum hac tamen differentia, quia vt dicit Paris de Put. in d. tract. Syndic. in verbo notorium, col. 4. si est captus per seruientes, & vellet se defendere debet fieri processus, si vero per Capitaneum, seu Iudices, tunc potest incontinenti condemnari ad pænam, & ita concludit V. I. D. August. de Platamone in quibusdam eius recollectis circa praxim criminalē, nec tamen † sufficit fuis-
55 se visus cum armis, vel aliqua re prohibita, nisi, & captus, vt dixi supra in d. tom. 1. Regis Iacobi capit. 53. versic. optimè, sicut nec in spretis pænis quoties partes se concordant, non subintrat Fiscus, vide quæ dico inferius in 3. subauditione. ¶ Beneuerum est tamen, quod
56 quandoque non obstante † quod partes non fecissent remissionem, potest Princeps etiam condemnatum ad mortem liberare ab illa pæna mortis, quoties tamen illa persona esset strenua, singularis artificij, vt dicam modo, & posui in commentarijs consuet. Panot. cap. 9 nu. 22. 23 & vtilis Reipub. (non quòd omnes istæ qualitates concurrere debeant, sed sufficit vna) ad aliquem humanum vsum, qui vsus humanus sic per alium experiri non posset, aut non reperiretur, vt ait Matth. de Affl. in proem. constit. Regni fol. 19. col. 2. nu. 14. vbi quod Iudex

lex tenetur imitari Deum, qui sic fecit quandoque §. arripiant Auth. vt omn. obed. Iudic. Ludouic. Roman. in l. si vero §. de viro fallentia 10. ff. sol. matr. sicut
57 propter vtilitatem † vel necessitatem Reip. mutabātur, & laxabantur praecepta legalia cap. & si illa 1. q. 7. subdens idem de Affl. sic ob nobilitatem alleuia-
58 tur pœna cap. qui contra 24. q. 1. cap. fin. de pœn. & quæ pono infra in cap. 51. Regis Martini in 2. obseruantia §. furtum,
59 tom. 3. sic ratione dignitatis † personæ pœna mitigabatur l. capitalium ff. de pœnis cap. tanta dist. 7. latè idem Affl. in constit. puritatem nu. 13. & 14. tit. 60. de præst. sacr. eod. lib. 1 vbi ait quòd licet de iure sacrarum constitutionum in pœnis, quæ debentur Regiæ Curiæ non possit deferri honori, tamen de iure communi potest alterari pœna propter delinquentis dignitatem per l. pedius ff. de ruin. naufrag. cap. fin. de pœnis l. 3. & ibi Alberic. de Rosat. C. de summ. Trinit. & sic ratione militum, vel comitum possunt etiā alleuiari Cicer. 2. Rhetoric. Luc. de Penn. in l. si apparitor col. 6. C. de cohortal. lib. 12. vbi col. 7. ait quod ista sunt, quæ faciunt pœnam alleuiari, nempè persona, locus, causa, tempus, dignitas, idem Alberic. de Rosat. in l. quid ergo §. pœna grauior ff. de his, qui not. infam. & ex D. Anton. in summa Hystoriali part. 2. fol. 31. quod infrascripta sunt, quæ monent hominem ad ignoscendum, nam puerum excusat ætas, fœminā sexus, extraneum libertas, domesticum familiaritas, si amicus offendit, fecit, quod noluit, si inimicus, quod debuit, prudentiori reddimus, stultiori remittimus, & sic etiam ait Bald. in l. sed reprobari in verbo valdè ff. de excusat. tutor. quod nempè pro-
60 pter hominis scientiam † multum eminentem potest recedi à communi statuto, quod dictum refert, & sequitur post Roman. in d. l. cum quid, Affl. loco citato, & ibi Io. Ant. Batius, vbi etiam quòd ra-
61 tione eximij artificij supradicti † damnatus ad mortem non debet suspendi, nec mori, idem Roman. sing. 717. & ea Dyn. Veronens. Cautel. 2. in princ. & in l. 3. nu. 18. col 4 ff. de vsucap. pro empt. Paris de Put. de Syndic. in verbo pœna col. 1. in princ. & etiam hoc potest facere Princeps sine partis remissione, vt ait ipse Batius ad Affl. in litera C. per text. in l. ad bestias ff. de pœnis, Paris de Put. loco citato, & per text. in l. non omnes §. fin. ff. de re milit. Dec. in rub. C. qui admitti col. 1. in 1. lectura; & licet in indultis

62 † quæ ordinariè concedi solent per Dominos nostros Reges, soleant dici, habita prius remissione partis infra certū tempus, vt diai in sua materia infra in d. cap. 7. Regis Philippi II. versic. declarat quinto tō. 9. ratione, qua dolor ipsius mitigatur cap. exhibita il 2. versic. quia verò de homicid. Caball. in eius resolutionib. criminalib. casu 58. nu. 17. Boss. in pract. crimin. tit. de remed. ex sol. Clement. Princip. nu. 23. cum seq. & ita post Bald. & Ploc. loco citato ait ipse Caball. vbi quod licet secundū aliquos Doct. neq; de plenitudine potestatis possit aliter fieri, ratione qnia hoc habere pacem respicit Reipubl. causam, tamen iam his casibus adest ipsa Reipub. vtilitas, vt tetigi in d. cap. 7. sicut videmus, quod ratione
63 publicæ vtilitatis † excommunicatus etiam non petens absolutionem, potest absolui ex officio, vt per Abb. in cap. apostolicæ in 1. notab. de except. quem refert, & sequitur Batius loco citato, & quæ diai super repetit. cap. sacro de sentent. excommu. lect. 3. sic etiam, quod ratione publicæ vtilitatis viri literati sūt promouendi ad beneficiorum pluralitatem de quo particulari dico infra in cap. 478. Regis Alph. sub versic. adeo vt, tom. 5. & faciunt quæ ponit Fælin. Sandeus fons vberrimus in cap. nonnulli col. 25. de rescript. vbi pulchra in materia publicæ v-
64 tilitatis, subaudiendo semper † vt Princeps consulatur, vt in d. consuet. Pan. dixi cap. 9. & quod omninò realiter non absoluatur, sed alia pœna lenior imponatur, sicquè pœna commutetur, item intelligendo etiam, vt excellentia in ar-
65 te † sit in superlatiuo gradu, ita vt primum locum habeat in ipsa arte, ex eodem Veronensi sic determinat Batius vbi supra, & per Angel. in l. vbi autem non apparet ff. de verb. oblig. qui etiam subandit vera esse supradicta, nisi aliter tu-
66 multus populi † sedari non posset, preterquàm ob mortem, v. g. illius artifici, & similium, nam tunc non obstante, quod sit excellens, singularisque artificij, & vtilis Reipub. mori debet absque eo, quod consulatur Princeps, per text. in l. pen. ff. ff. de sicar. Veronens. & Paris de Put. locis
67 citatis. Sic videmus, quod propter personarum præeminentiam derogatur iustitiæ cum causa, vt tegi supra in cap. 7. versic. aduerto tertio, vt puta propter nobilitatem, vt diai supra in cap. 116. versic. in primis sub nu. 4. sic potest derogari Institiæ licitè, nec erit derogatio
68 quando Iudex † remitteret pœnam legalem

lem illi delinquenti, qui multum seruiuit Reipub. vt per eundem Matth. de Affl. in proem. constit. Regni §. nos itaq; nu. 12. fol. 23. per text. in l. si quis in graui §. hoc quoque ff. ad Syllan. vel quando
69 do detexisset coniurationem † contra Principem ex Bald. in l. quid ergo §. pæna grauior col. 15. ff. de his qui not. infam referens etiam ipse Affl. alium casum in quo non seruatur Iustitia ex eod. Bald. in cap. 1. §. conuenticulas de pac. iuram. firmat. vbi quòd Dominus non obligatur tradere vassallum inimico suo, etiam si fecerit mille delicta, quia tenetur eum defendere etiam iniustè, nec tenetur ipsum ponere in manibus Iudicis ex eod. Bald. in cap. t. §. si Iudex de pac. tenend.
70 sicut è conuerso ipse vassallus † tenetur adiuuare Dominum, etiam habentem causam iniustam, & dicit esse casum valdè mirabilem in cap. 1. in princ. tit. hic finit lex, de consuet. recti feudi, Iason in l. qui seruum in fine ff. de verb. oblig. Baldus in d. cap. t. col. 2. qui reputat esse casum mirabilem, valdeque inuehit contra authores illius textus tamquam fuerint duo pecora, videtur tamen illum textum restringere, quando eum iuuaret ad eius defensionem, idem Bald. in cap. imperialem §. fin in fine de prohib. feudi alien. per Federic. cap. ego N. extr. de iure iur. & per ea, quæ latè ponit Iacobin. de S. Georgio in tract. feudor. in verbo, & promiserunt Domino seruitia col. 4. quòd dictum ait Iason vbi supra esse inter alia notandum, quia de his solet sæpè fieri interrogatio.

Ad eundem etiam modum, de quo dictum est circa negotiorum arduitates, videtur restrictus ille, & est quando mu-
71 lieres † v. g. accusant aliquem in Curijs earum terrarum, & locorum, loco M. R. C. nam deinde volentes facere remissionem stante ista accusatione sic preposita loco M. R. C. non possunt, adeo vt consequenter videretur, quod Fiscus ipse posset subintrare, sicque datur eis cautela quædam hoc modo, quod nempè compareat iterum dicta mulier accusans, & faciat actum in Curia, in qua proposuit accusationem, dicens quod cum his diebus accusauerit talem, cumque illum fecerit de tali crimine, vnde modo tamquam persona priuilegiata, eligit forum Principis, & M. R. C. ideo ex inde poterit facere separatim cessionē quomodocum que, nam in eligendo potest talem priuilegium variare sic idem Ant. de Platamone vbi supra per l. 1. C. de indic. ex

72 cuius verbis habeo † alios DD. tenentes priuilegium l. t. C quand. Imperat. procedere etiam in criminalibus, addo etiā Carauit. in Ritu 19. Regni Neapolis nu. 35. & tetigi in consuet. Panormi. cap. 13 nu. 19.

Et quantum ad subintrantiam Fisci,
73 video multos casus † in quibus potest subintrare, de quibus etiam per D. Cumiam in pract. Syndic. cap. 23. & in quibus non, & per Maurum Burgium de modo procedēdi ex abrupto quest. 20. per tot. cent. 1. ne forte delicta remaneāt impunita contra text. in l. si ita vulneratus ff. ad l. aquil. Prosp. Farinac. Muscatell. & alij per ipsum Burgium col. 2. Iorland.
74 in pract. Syndic. cap. vlt. etiam fine † reficiendo acta facta contra reum, sed prosequitur in eo statu, in quo reperiuntur facta, & alia de nouo cumulando, si placet, vt per eundem Ball. in suo tract. & sic, vel potest si vult de nouo inquirere, vel si placet, eundem processum inchoatum prosequi, quia concurrit cum accusatore Clar. in pract. crimin. q. fin. quest. 58. versic. & scias, Anton. Gomez. de delict. cap. t. nu. 37. & cap. 3. nu 55. Angel. in d. l. transigere nu. 7. C. de transact. cū similib. per ipsum Farinac. d. quest. 4. nu.
75 33. Intantū, vt ista † subintrantia Fisci nō tollatur per nouiter accusare volentem, vt post Iorland. Cū. Ball. Fimiam, & alios tradit ipse Burgius d. q. 20. nu. 6. & 7. ex Blasc. Lanz. de subintrantia Fisci col. 1. sed vide, quæ dico inferius nu. 78. ac possunt esse limitationes eorum, quæ dixi supra in d. cap. 52. Regis Iacobi nu. 71. tom. 1. quod nempè nemo fine accusatore prosequitur, & ponitur exemplum in
76 eo † qui accusauit siquidem, sed non deuenit ad forindicationem, nam si sibi permiserit post quatuor mēses labi aliud bimestre cum incusatione contumaciæ facienda, tunc ipso iure Fiscus potest subintrare ad sententiam forindicationis, vt habetur in Pragmat. 2. 3. & 4. tit. 12. de sentent. banni, & tetigi in d. tom. 4. in cap. 33. Regis Alph. in secunda part.

¶ Secundo dico causam esse subintrabi-
77 lem † quoties aliquis percussus esset alapa manu aperta, & vacua, sic intellexi in consuet. Panor. cap. 23. sub. nu. 2. ex Fimia qui tenuerat contrarium, sed concorda, vt ibi dixi, addo Lap. alleg. 76. Factum, Dec. & alios in cap peruenit il 2. de appell. Iacob. de S. Georgio in l. sed si hac §. liberos ff. de in ius vocand. citatos per ipsum Fim. in d. cap. rit. 145. nisi esset data Hystrionibus ex traditis supra eod.

eod. in cap. 98. §. fin. ¶ Tertio quando
78 accusator moriatur † nam potest Fiscus subintrare, & procedere, sicut poterat ab initio, vt per Bart. in l. siue contra §. quia nu. 15. ff. de liber. agnosc. & quæ dixi modo nu. 75. beneuerum, quod intelligo quando nullus alius coniunctus accusaret, alids si accusator mortuus fuerit, potest coniunctus accusare, & præfertur Fisco, vt per Cum. Boniorn. Fim. Montalt. & nostrates in d. cap. rit. 145. per l. 2. C. si reus, vel accusat. mortuus fuerit l. libellorũ §. fin. ff. de accusat. & ita dicit ipse Fimia iudicauit * cum alijs Collegis pro Ioanne Stabili contra filiũ Ioannis de Arcaro, nisi accusatio esset facta de vulnere, quia accusatore mortuo crimen est abolitum, vt subdit ipse
79 Fimia, & quomodo † per hæredes de nouo accusetur, vide ibidem, vbi an acta facta per defunctum seruiant, ex Bald. in rubrica de pæn. reorum col. 6. versic. põne quod titius. ¶ Quarto quando es-
80 set facta remissio † etiam ante incusatam contumaciam in casu quo Fiscus poterat principaliter agere, vt dixi infra in d. cap. 359. Regis Alph. versic. quintus tom. 5. quia tunc subintrat, quicquid aliter fuerit decisum in M.R.C. vt testatur Boniorn. in d. cap. 145. in causa dilo lfali, per tex. & ibi Alberic. in l. qui cum maior §. accusasse ff. de bon. libert. & in d. l. libellorum §. fin. & ibi Bart. ff. de accu-
81 sat. ¶ Quinto † per inquisitionem potest ab initio procedere in publicis, arduisq; delictis, vt puta etiam in furtis, siue maioribus, vel minoribus, in quibus adhuc parte cedente Fiscus subintrat, vt ponatur frenus fursutibus; sic infra in cap. 471. Regis Alph. tom 5. & quæ scribo etiam in cap. 30. Regis Incliti Ioannis tom. 6. in quib. habes materiam furto-
82 rum, non obstante partis remissione † & concordia, ac pace, sic Carol. Tap. in d. tit. de trans. fol 29. col. 1. ex Bald. in l. si quis hoc genus C. de Episc. & Cleric. Firman. in tract. de Episc. fol. 5. col. 2. & ita post Cumiã, & Io. Aloys. de Septimo tradit Maurus Burgius d. q. 20. nu. 14. 15. 16. Doctores omnes superius citati in versic. An vero facta remissione, qui dicunt, quod potest Fiscus, & ad eius instantiam fieri prosecutio perinde, ac si nulla remissio, nec transactio facta fuisset Bart. in d. l. libellorum §. fin. nu. 5. ff. de accusat. Carault. super ritu Regni Neapolis cap. 272. nu. 2. Bossius in tit. de pac. nu. 9. Felin. Marant. Angel. de Malefic Pet. Aplanea, Paulus Ghirland. & alij, de quibus

per ipsum Farinac. d. q. 4. de inquisit. nu. 33. vbi dat rationem, quòd ex communi crimine duppliciter agi potest, hoc est ad pænam applicandam parti, & ad publicam vindictam, qua de re licet posset pars in sui præiudicium iniuriam re-
83 mictere † non tamen id poterit ad præiudicium Reipublicæ, ex quo, qui deliquit nedum offendit illum, quem lædit, sed etiam Rempublicam, & adducit multa iura circa prædicta l. qui nomine ff. de fals. l. fin. ff. de priuac. delict. l. pen. C. de pact. gloss. Angel. & Bart. in l. 2. ff. ad Syllan. l. 1. §. 2. ff. de iniur. l. licitatio §. quod illicite ff. de publ. & vectigal. & consequenter esto quòd remictendo remiserit læsus iniuriam propriam, non tamen remictit iniuriam Reipublicæ factã ex quo ius quæsitum publico, pacto priuatorum tolli non potest, l. iuris gentiũ §. si paciscar, l. ius publicum, l. si vnus §. pacta ff. de pactis, quia aliter delicta remanerent impunita, quod esse non debet, vt post Gandin. Carrer. Bonifac. de Vitalinis, Aret. Villalob. Gomez. Angel. Anan. Alberic. Iul. Clar. & Brunor. à Sole, subdit ipse Farnac. d. nu. 33. intantum, vt eadem pæna ordinaria, qua quis veniebat puniendus non obstante remissione, eadem dico sit castigandus ex d. Fisci prosecutione, & parum curandum est de dicta remissione, vt de magis * communi opin. testatur post Clar. d. quæst. 58. versic. sed pũctus est, Ant. Gomez. & alios Fa-
84 rinac. d. q. 4. nu. 34. & hæc in † atrocibus delictis, vt puta homicidijs, ex præposito in famosis latronibus, &c. secus in homicidijs calore commissis inrixis, & similibus, nam tunc stante remissione minuitur pæna ex prosecutione per Fiscum facta, & ita seruari vidisse testatur ipse Farinac. & benè, quæ intelligo dummodo non adsint statuta in contrariũ excludentia Fiscum ob dictas remissiones, vt subdam inferius in 6. subauditione, vide quæ latè posui supra in cap. 25. eiusdem Regis Iacobi tom. 1. vbi ad plenum de inquisitione, cum quo concordat ad literã cap.
85 10 supr. eod. vbi licet inquisitionis † modus erat sublatus, & abdicatus Iustitiaris locorum, exceptis Panormi, & Messanæ, & saluis priuilegijs aliorum locorum, hod e fit generalis inquisitio contra omnes indifferenter, & suppleo infra in cap. 31. Regis Martini versic. declara. tom. 3. Menoc. h. d. consi. 100. nu. 263. vbi dicit loco accusatoris sit Iudex inquirẽs l. ea quidem. C. de accusat. l. 1. C. de custod. reorum, Bart. in l. 2. §. si publico ff. ad l.

ad l.Iul.de adult.vbi hanc inquisitionem
86 † loco accusationis esse post Alex Boer. Marsil. Clar.& alios, vtrumque enim remedium, & accusationis, & inquisitionis cumulari posse aiunt ex Gigât.Marc. Laudens praepofit Bart.Igneo,& alijs per ipsu Menoch.nu 165.& sic in dictis atrocib.casib.vt in falsa moneta,& similib.vt tetigi in cap. 18. Regis Iac.per tot d.tô. 2.sicut dixi supra in d.cap.52.eiusdē Regis in 2.exclusione, quod contra rebelles proceditur per inquisitionem, vbi sic esse contra hæreticos, subdens ipse Menoch.nu. 169. quod quoties in omnibus delictis proceditur per viam inquisitio-
87 nis† non est necesse vt incusetur ipsa contumacia ex traditis in cap. Ritus 139. nu.9.maximè si Iudex ita asserat fuisse incusatam contumaciam, & quicquid sit dicit ipse, suppleт defectum partis ¶ Sexto fama publica delicti loco accusatoris
88 est † ex traditis per Abb.in cap.3 de elect.vbi inquisitio ibi fieri debet, vbi inquisitus consueuit communiter conuersari, & voluit idem Menocch nu.167.ex Imol. in l. quoties §. si quis nomen ff. de hæred. instit. Angel. in tract. malefic. in verbo, hæc est quædam inquisitio nu.26. Raph.Fulgof.conf.173 col.1.& ita etiam concludit Matth.de Affl. in d.constit.Regni, Iustitiarij nu.15.tit.qualit instit.lib. 1.quod quoties accusator non est, ea dicta fama præcedente, & non aliter (nisi specialiter alicui esset concessa facultas inquirēdi de aliquo delicto, de quo aliàs poterat inquirere; nam intelligitur concessa licentia, quòd inquirat fama non præcedente Bald.in l.nulli C.ad l.Iul.maiest.Surd.conf.270.nu.11.lib.2. arg. earum illationum, quas facio infra in cap 45.Regis Ferdinand.ampl.1.tom.7.) sit inquisitio de recentibus famosis latronibus, & aggressoribus publicorum itinerum, publicisque homicidijs per cap. 1.23.q.3.& Capitanei, ac Iustitiarij, ex officio debent punire (vt est materia d. cap.51.in 7.obseruātia infra Regis Martini tom.3.) intantum, vt subdat ipsemet Affl.d.nu.15.quod licet sit facta pax
89 inter homicidam † & fratrem interfecti, si soror accusat homicidam, quamuis nō posset leuare faydam, idest inimicitiam secundum ea, quæ tetigi supra in versic. an autem nu.37.38. Iudex tamen posset, & debet procedere ex officio,& ita dispo nitur in d.cap.360 Regis Alph.vbi in ca-
90 sibus, in quibus fit pax & remissio † excipiuntur illa crimina, excessus, seu delicta, in quibus veniret infligenda pœna

mortis, deportatio, aut membri incisio, seu mutilatio, vel bonorum publicatio, nam Fiscus potest subintrare, ex quo est acquisitum ius Curiæ, nec potest se concordare in præiudicium subintrationis Fimia in cap.Rit. 149. ex Pern.d.cōf.55. col. vlt.cum concordantib. Farinac. Cumia, de quibus per ipsum Burgium nu. 29.30. ¶ Et in omnibus supradictis casibus, & alijs, quos suo loco dante Domino dicam, in quibus Fiscus subintrat, etiam parte cedente, tunc si v.g. erat
91 proposita causa ardua † ob malitiam partium, & non erat, victus victori tenetur ad expensas, damna, & interesse, sic vide infra in cap. 299. Regis Alph. versic. item amplia tom. 5. vbi, posui, quod si cesserit eo tempore, quo Fiscus non potest subintrare, nullæ expensæ reficiuntur, & concordat cum d. cap.23.& 119. Regis Ferdin.tom.7. & vide, quæ subnectam modo num. seq.

92 Subaudias, vt in hac subintrantia † sēper debeat considerari veritas, & probatio delicti, non autem qualitas propositionis ipsius accusationis, vt tetigi modo, ita est dispositum der d.cap. 23. Regis Ferdin. & constit. pragmaticalē huius Regni Siciliæ tit.de forma discernendi qualitatem causarum criminalium part. 2. per quam expresè confirmatur dispositio d.cap.23.non habendo oculum circa apparentiam accusationum,denunciationum, vel quærelarum, sed considerantur informationes, ad hoc, vt discernantur, casus in quos pœna relegationis supra, aut infra caderet circa modum carcerandi bannitos, contumaces, vel reos, qui se præsentant, aut forte caperentur, & vbi non adessent informationes, determinatio sit remissa arbitrio Iudicis, prout in supradicta constitutione habetur, & per ea, quæ addam modo, & ita tradit Burgius d.quæst.20.nu. 26.27.

93 Subaudias secūdo, vt subintrantia Fisci tunc possit esse † quando realiter post accusationem esset facta remissio, secus si solum proposita accusatio, & non secuta, vt puta, quia non essent captæ informationes, sed tantummodo fuisset accusatus ligatus sub fideiussione, aut carceratus, sed solet fieri prouisio, quod accusator non molestetur, & subintrantia Fisci cessat, vt post Cumiam, Intrigl. & Blasc.Lanza ait Burgius d quæst. 20.nu. 17. 18. & nu.22.& d.nu.29.30 nisi accusatus fuisset ob contumaciam bannitus, vt ipse subdit nu. 19. de quo tamen particulari

ticulari dubito arg.eorum,quæ modo tetigi in antecedenti versic.& quæ tangam infra eod.cap.7.Regis Petri post princip. & per ea, quæ tradit post Muscatell. in pract.crimin.tit.de iniur. nu. 31.& seq. Farinac.quæst.4.nu.42.& seq.Gomez de delict.cap.1.nu.10.Boniorn.Ball.Intrigl. & alios, Burgius d. quæst. 20. nu. 4. & 5. qui dicunt, quod ipsa cessio aliquando nocet cedenti, & cessionario, prodest vero Fisco, ac si nulla esset facta remissio, quia, & si de iure communi tantum valeat, ac si non esset accusatum, tamen stante d.cap.359.& 360.non potest subintrare Fiscus sicut nec principaliter agere, vt ibidem dixi propè principium.

94 Subaudias tertio † secus esse maximè in spretis pœnis, vel defensis, in quibus parte remittente non subintrat Fiscus, vt habetur in cap 467.Regis Alph.infra tom 5.& cap.503. vbi tam si dictæ pœnæ essent impositæ ad petitionem partium, quàm de mandato alicuius officialis, nã remittente parte, Fiscus non subintrat, & ita pertransit hic Boniorn. vide quæ dixi in cap.Rit.152.nu.5.limit. 4.ex capitulis, Regni, iuribus, & DD. allegatis per Nostrates, & ita post Ball. & Cumiam testatur D. Maurus Burgius in tract.de mod. procedend. abrupto cent. 1.d.quæst.20.nu.31.Pern.consf. 6. feudal. & per text.in l.ff.de seruit.export.

95 Subaudias quarto, vt tunc habet locũ subintrantia prædicta, quando accusatio fuit verè, & rite, ac rectè instituta, secus si nulliter esset processum, ex quo tunc cessat subintrantia, & si non datur actio parti ad accusandum,multo minus Fisco ad subintrandum,ex Iorlan.Lanz. Baiard. Cumia, Tusco, & alijs Burgius d.quæst.20.nu.24.25.

96 Subaudias quinto, tunc esse locum subintrationi † quando cessio, vel remissio fuisset validè facta secus si nulla, nam tunc potest idem remittens reassumere accusationem, vt ex Farinac. d.quæst. 4. nu. 38. Burgius nu. 28. nisi simus in casibus v.g.in crimine adulterij, quando est impositum perpetuum silentium, & in transactione post litem contestatam, nam his tribus casibus valet remissio nulla, & non potest amplius accusari, vt post Marant.Fælin.Monticell.& alios ait ipse Farinac.d.nu.38.

97 Subaudias sexto non esse locum † subintrantiæ; nec minus principali agentiæ per Fiscum,quando v.g.adesset statutum in Vrbe (prout hic Panormi habemus, quod Fiscus non potest principaliter agere contra ciues, vt latè posui in consuet. Panor.cap. 9. per totam) quod ad instantiam, & querelam partis solum procedatur, tunc facta remissionem,siue ante sententiam, vel post, nec Fiscus,nec pars aget, & valet tale statutum, vt est communis *opinio DD. & ita, & post Bart. in l. damni infecti §. Sabini col. 2. ff. de damn.inf.Angel.in l. iurisgentium §.si paciscar col.1.ff.de pact. Bald.in d.l. transigere nu.6. C. de transf. Bonifac. de Vitalin. de pace nu. 4. Gandin. in tit. de transf. sub nu. 13. Clar. quæst.58. versi. sed punctus est Ant. Gomez. cap. 3. nu. 56.58.Prosp.Farinac. d. quæst 4 nu. 35. vbi intelligit post Gomez. & Placeam dictum statutum non procedere † in delictis iteratis, vt etiam sentij expressè in cap.Regni 33. Regis Alph. sub nu. tom.4.l.3.C.de Episc.audient.cum similib.per Farinac. q. 5.de inquisit. nu. 16. (arg.eorum, quæ dicam de compositione infra in d.cap.51.Regis Martini in 8. obseruantia tom.3.) nec in delictis commissis † in re.v g. in furto, & similibus, sed in personam ex Castrensf.in l.sequitur §.quod autem ff. de vsucap. & in l si homo nu.12.ff.eod.Bald.in l. si quis in tantam nu.11.C. vndeui, Petrus a Placa in epit.de lictor.cap.45 nu. 9. quæ sunt notanda pro limitatione d. consuet. Panorm.sed considera priuilegium.

98

99

100 Subaudias septimò non esse locum † subintrantiæ Fisci, quando pars prosecuta nedum fecerit pacẽ cum offenso, & ab eo obtinuerit remissionem,sed etiam se composuisset cum Curia,vel Fisco ipso quia tunc non poterit vnquam molestari Carauit.in Rit.Neapolis cap.272.nu.23. 24.25.idem Farinac.d.quæst.4 nu 36. & latius cap. quæst. 5. per tot. (vbi ponit multos casus an, & quando possit fieri. & scripsi in d. cap. 52. Regis Iacobi, vbi ni fallor septem adnotaui exclusiones, in quibus compositio fieri non potest, & melius suppleni infra in cap. 51. Regis Martini in 8. obseruantia tom. 3.) quia loco pœnæ successit Paulus Ghirl.de pœn. composit.q.1.nu.9.& q 6 nu.1.cum similibus, quæ iu d. 8. obseruantia posui, & absurdum esset delicta semel per compositionem dimissa in vltionem iterum redeant, & nemo sub Iudicis authoritate falli, nec decipi debet ipse Farinac. d. q.5.nu.4.per tot.

Marius Muta V.I.D.

De Confirmatione generali priuilegiorum antiquorum, & de eorum interpretatione. Cap. CXVIII.

CVM fideles, & deuotos nostros Electos Siciliæ, non solum beneficijs, & fauoribus olim indultis, verum indulgendis, in nobis gaudere volumus, & copiosam nostræ benignitatis munificentiam impertiri, omnes gratias, concessiones, ordinationes, & indulta, quæ, & quas Sanctissimus Imperator Federicus II. ab eodem genitus Dignissimus Rex Manfredus, Gloriosissimus Rex Siciliæ Pater noster, necnon Aragonum, & Siciliæ Regina Constantia Mater nostra, ac etiam Iacobus, nunc Illustris Aragonum, olim Rex Siciliæ, Frater noster & nostra præcipua celsitudo, vel anteriores quicunque Principes nostri in Regno Siciliæ prædecessores fidelibus antedictis, vniuersis, & singulis dederunt, statuerunt, constituerunt, permiserunt, vel etiam confirmauerunt, acceptamus, confirmamus, laudamus, approbamus certa scientia, seu robur illis, & efficaciam impartimur, quæ tamen præsentibus Maiestatis nostræ constitutionibus, & edictis non derogent, vel repugnent: Adijcientes, vt si quid circa interpretationem priuilegiorum, gratiatiarum, & concessionum huiusmodi dubitationis emerserit, interpretatio fiat in fauorem, & commoditatem, quorum interuentu priuilegia, & prædicta omnia processerunt.

QVO ad hoc vide, quæ scripsi supra in cap. 26. nu. 23. ibi adduxi concordantes textus in cap. 406. & 435. Regis Alph. per quæ omnia disponitur, quòd quoties cadit dubitatio circa interpetrationem horum capitulorum Regni, semper fiat interpretatio in fauorem, & commoditatem Regni, ad cuius instantiam sunt inpetrata, & quantum ad confirmationem remicto me ad ea, quæ pono *infra in* cap. 5. Regis Ferdinandi tom. 7. & in cap. 31. Regis Martini tom. 3. Per quæ fit finis ad capitula Regis Federici III. nunc subsecuntur in hoc eodem tomo septem capitula Regni facta per Regem Petrum II. Generalem Locumtenentem ipsius Regis Federici Patris sui.

Marius Muta.



PE-

PETRI II. DEI GRATIA REGIS SICILIAE

SERENISSIMI DOMINI FEDERICI PATRIS SVI, REGIS EIVSDEM REGNI IN IPSIVS ADMINISTRATIONE GENERALIS Locumtenentis, Constitutiones.

De non habendis affidatis, & recomendatis. Cap. I.

SÆPE contingit, vt antiquarũ constitutionum autoritas propter desuetudinẽ longissimi temporis, videtur esse neglecta, & multi contra eas committere non formidant: cupientes igitur eorum malitijs, & temeritatibus obuiare, Illustrissimi Imperatoris Federici diuæ memoriæ constitutionem laudabilem imitati, præsenti edicto firmiter inhibemus, vt nulli nostrorum fidelium, cuiuscumque gradus existant, in terris nostri Demanij liceat affidatos, & recommendatos habere, vel dudum habitos noscant, non sine offensa nostræ celsitudinis retinere omnibus obligationibus cum pœnis, vel Sacramentis vassallagium, vel homagium pro recomendationibus, affidationibus hinc inde interpositis, & interponendis, ex potestatis nostræ plenitudine, & rationabiliter annullatis, cum ex hoc in Ciuitatibus, terris, & locis nostris multiformiter, & multimode diuisiones, & scandala oriantur, & fauore prædictorum nobilium dicti recommendati, & affidati vicinos eorum multipliciter aggrauant, & molestant. Violatores autem huiusmodi sanctionis, siue sit recipiens, vel retinens affidatos, vel recommendatos, aut familiaris, vel supra, si Comes fuerit, vncijs quinquaginta, si Baro magnus, vncijs vigintiquinque, Barones cæteri, vncijs duodecim, si miles simplex, in vncijs octo, irremissibiliter Fisco nostro componãt, siue qui se constituit affidatum, & recommendatum, vel familiarem alicui, non exclusis Burgensibus, in vncijs auri quinque irremissibiliter puniatur, antiqua constitutione dicti Illustrissimi Abaui nostri in omnibus suis capitulis in suo robore permanente.

SVMMARIVM.

Regis Filius potest esse Locumtenentis eius patris viuentis, nu. 1.

Capitula Regni licet sint in viridi obseruantia, possunt tamen in desuetudinem abiri, & quomodo, nu. 2.

Consuetudines possunt quandoque in desuetudinem ire, ibid.

Affidati, vel recommendati non possunt teneri in terris demanij, nu. 3. ratio, nu. 4. 5. amplia nu. 7. 8.

Homagia, & Sacramenta retinere solius Regis est, nu. 4.

Regis defensio omnibus sufficit, ibid.

Affidati, & recommendati solent quandoque vicinos aggrauare, & molestare, & dicuntur de potentioribus, nu. 5.

Litera recommendatoria licet non obligant, fallit tamen quando sunt nimis speciales, nu. 6.

Affidata, vel racommandata prædia non possumus tenere, nec in eis potentiorum titulos ponere, nu. 7.

Notarij non possunt facere actus racommendatorios sub pœna, nu. 8.

NOT. 1. in rubr. ibi,
1 Generalis † Locumtenentis, quòd Filius Regis potest esse viuente patre eius Locumtenēs, Gubernator, &c. vide quæ posui infra in cap. 71. Regis Martini in 5. obseruantia, vbi adduco similia, tom. 3.

Nota 2. propè principium ibi, propter desuetudinem, quòd licet consue-
2 tudines, constitutiones, & capitula † Regni sint in viridi obseruantia, tamen propter longissimi temporis desuetudinem sæpe contingit, quòd videntur neglecta, vide, quæ posui supra eod. in cap. 26. Regis Federici, & hoc per binum actum l. nemo C. de Episc. audient. in fine gloss. in constit. cum vniuersis, tit. 7. de hominibus deman. affid. non tenend. lib. 3. quæ constitutio pulchrè est similis cum isto Regni capit. ex cuius conclusione colligitur in summa, quòd in terris De-
3 manij nulli licet † affidatos, vel recommendatos habere cum pœnis, & sacramentis, vassallagio, & homagio sub pœnis pecuniarijs, de quibus habes in fine huius capituli, ibi violatores, & prout in d. constit. quam dicunt ibi Isern. & Afflict. esse sanctam, v.g. quando homo debilis dicit potenti, defendas me, & dabo singulis annis tot seruitia, vt fiebat in Lombardia, à qua constit. desumitur hoc cap. & partim de sequenti textu, l. quemadmodum C. de agric. & censit. Et de his recommandationibus sentijt similiter Bart. in l. cunctos populos C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol. & in l. non dubium ff. de except. & in extrauag. ad reprimendum, Bald. in Auth. & omninò C. ne vxor pro marito, & in rub. de fid. instrum. Ratio est, vt subditur in hoc capitulo, quia ad celsitudinem Regiam pertinet
4 retinere hæc homagia † & sacramenta, ita ibi, non sine offensa nostræ celsitudinis, & propterea in subsequenti capitulo dicitur propè principium, ibi, nostros vassallos recommendatos, & affidatos conuocant, Regis enim ipsius defensio, clypeusque Regiæ Maiestatis omnibus sufficit, vt per Glossatores in d. constit. vt vniuersis, arg. defensarum, de quibus suo loco posuimus; tum quia, & est secunda ratio, in fraudem publicæ functionis videretur hoc factum arg. §. patrocinia Auth. de mandat. princip. coll. 3. de quibus homagijs, & sacramentis iam plura habes infra in capit. 12. Regis Incliti Ioannis maximè propè principium tom. 6. aliterque concessa habentur pro cassis, & annullatis. Ergo cum hic dicat Rex, in terris Demanij, & paulo infra ibi, in Ciuitatibus, terris, & locis nostris, non negat homagium posse præstari in terris Baronum per ipsosmet Barones, vt ibidem propè principiū ex Speculat. & alijs, impropriè tamen, & latius ibi discutio de hoc sabbatino quæsito pulchro, & necessario, simbolizant enim homagium, assecuratio, & affidatio, ibi est sua materia, & locus: tertia ratio est, quæ adhuc colligitur ex præsenti capitu-
5 lo, quia dicti affidati † & recommendati vt plurimum solent vicinos aggrauare, & molestare, ideoque ad tollenda hæc scandala, prohibet Rex supranarrata, nam multum operantur istæ recomendationes, & affidationes, quibus confisi homines, vt plurimum solent calcitrare contra alios connassallos, quia habentur tamquam de potentioribus, vt tetigi infra in cap. 81. Regis Caroli ampl. 4. tom. 8. & sic in simili habes, quòd licet de iure

6 iure literæ recommendatoriæ non obli-
gent, & licitum eſt ſeruire de vento, vt
dicit Bart. in l. ſi vero §. cum quidam ff.
mand. tamen fallit quando eſſent multũ
ſpeciales, vt ſolent eſſe iſtæ, & ita in in-
diuiduo ſentijt Boer. deciſ. 282. nu. 2.

Amplio primo, quòd quemadmodum
7 prohibentur homines † affidari, & aſſe-
curari, ſic nec prædia aliorum poſſumus
habere recommendata, nec in eis poten-
tiorum titulos ponere ſecundum gloſſ. in
d. conſtit. vt in vniuerſis per l. 1. C. de his
quæ pæn. nomin.

8 Amplio ſecundo, vt † nec Notarij poſ-
ſint facere actus recommendatorios, nã
ſunt prohibiti, & poſſent puniri, & non
valent contractus l. fin. lib. 11. C. vt ne
ad ſuum patroc. ſuſcip. ruſtican. &c. Iſer.
& Affl. in d. conſtit.

Marius Muta V.I.D.

De Conuenticulis. Cap. II.

LICET ab antiquis legibus, & Maieſtate Principum congregationes, & conuenticulæ hominum, veluti odioſæ pænis legitimis prohibeantur expreſsè, & ipſo facto pręſumantur illicitæ, tamen ſæpè videmus, quòd fideles noſtri ipſarũ legum immemores, propter brigas, homicidia, & odia, quæ inter eos ex diuerſis occaſionibus oriuntur, collegia, & coadunationes, collecta multitudine hominum in eorum ędibus inter, & extra celebrare præſumant, &, quod peius eſt, litigantes ad Curiam noſtrã venire proponunt, noſtros vaſſallos recommendatos, & affidatos conuocaut, & his collectis ad noſtrę Maieſtatis præſentiam ſe pręſentant, quod ſatis graue gerimus, & moleſtum, cum in noſtro Regali Conſiſtorio, vnuſquiſque ſecurus accedat. Decernimus igitur, & denunciamus omnibus Regni noſtri fidelibus, videlicet Comitibus, Baronibus, Militibus, & Ciuibus, ſiue Burgenſibus, & alijs vniuerſis, vt nullus eorum huiuſmodi coadunationes hominum, & conuenticulas illicitas in aliqua parte Regni noſtri recolligere audeat, vel præſumat, vel ad noſtram Curiam, videlicet tam coram Maieſtatis noſtræ culmine, quàm coram quocumque noſtrorum offitialium, pro eorum cauſis, & quæſtionibus accedẽtes, cum dictis congregationibus, & coadunationibus veniant, niſi de noſtra expreſſa licentia, & mandato, cum in his omnibus comitiua eorum continuè volumus ipſos eſſe contentos. Si quis vero contra hanc noſtram conſtitutionem venire tentauerit, ſi Comes fuerit, vncias centum, ſi Baro magnus, vncias ſeptuaginta, ſi Barones alij, vncias quinquaginta, ſi miles ſimplex vncias vigintiquinque, ſi Burgenſis, vncias quindecim noſtræ Curiæ perſoluant. Illum autem, qui ad prædictas conuocationes, & coadunationes vocatus, vel ſpontè acceſſerit, pænam vnciarum quinque ſimiliter ſoluere volumus, & iubemus, quarum augmentationes, & diminutiones noſtro arbitrio reſeruamus ſecundum facultates, & conditiones contrauenientium faciendam.

Confimilem rubricam habes fupra in cap. 114. Regis Federici hoc eodem tom. 1. vbi latius difcuffi, ideoque non immoror circa materiam conuenticularum, illicitarumque congregationum, & præcisè in 1. ampl. & eft continuatiuum præcedentis capituli, in quo agitur de recommendatis, & affidatis, prout etiam hic propè medium.

Quòd damnum illatum per hoftes Siculis, æqua forte communicent vniuerfitates Siciliæ. Cap. III.

INTER quàm duros guerrarum turbines, & concuffus varios eorumdem, experientia longa cognouimus hactenus, & quotidiè certius experimur, qualiter fideles Regni noftri Siciliæ, & aliarum Infularum, & partium Regni noftri, atque dominij, ne dum perfonas morti, atquè periculis, verum etiam poffeffiones, & bona eorum omnia deftructionibus, & deuaftationibus expofuerunt, & conftantibus, ac liberis animis numquam, vbi necefsitas exigit, ceffant exponere, vt firma eorum fides erga Dominum Patrem noftrum, & Nos inconcuffa permaneat, perfeueret ftabilis, & illæfa feruetur, monemur, nec immeritò. Igitur, & fi nequeamus in totum, vt cupimus, indemnitatibus eifdem occurrere, circa releuationem tamen damnorum, & incommodorum, quæ ijdem fideles noftri, quod procul abfit, de cætero poffent incerrere, hac noftra laudabili prouifione, necnon generali, & obferuabili ordinatione inter fideles noftros duratura perpetuò, fore vidimus fuccurrendum; ftatuentes in pofterum, quod fi hoftis nofter, vt æmulus cum ftolo à quinquaginta galeis vltra in Siciliam, & alias Infulas, & partes prædictas fuis, vt affolet, infauftis aufpicijs, declinaret, aut micteret, aut in oppofitum alicuius Ciuitatis, Terræ, Caftri, feu loci prædictorum noftrorum fidelium, ab exercitu, & gente præfati hoftis æmuli, damna, & incommoda inferrentur eifdem, tam Ciuitas, Terra, Caftrum, feu locus dicta damna, & incommoda patiens, aut paffurus, quàm alij, vel aliter vniuerfaliter, fingulè, & fingulariter vniuerfæ Infulæ noftræ Siciliæ, & aliarum Infularum, & partium noftri Regni, atque dominij forte, atquè pro rata communicent iuxta conditionis qualitates, & facultates Ciuitatum, Terrarum, Caftrorum, & locorum ipforum; fic enim vicifsitudo meritis condigna rependitur, fic hoftis obuiatur infidijs, fic vigor accrefcit fidelibus regnantibus, fic honor extollitur, & æmuli fic confufio procuratur. In cognofcendis verò, decidendis, & determinandis dubijs, & quæftionibus, quæ fupra damnis, & incommodis prælibatis requiri poffent, per eos, quibus

bus contributio ſupra emendis damnorum, & incommodorum huiuſmodi tædioſa forſan videretur; ſtatuto, & ordinatione noſtra, prædictis prouidimus adiungendum, quòd, ſi quando in præmiſſis dictorum damnorum, & incommodorum quæſtio oriatur, fiat in conſpectu noſtro, ſeu alterius, cuiuſcunque abſquè iudicij ſtrepitu, etiam ex abrupto partibus non vocatis cuius cognitioni quæſtionem ipſam Maieſtas noſtra mandauerit commictendam.

S V M M A R I V M.

Vniuerſitates tenentur reſarcire damna, & furta facta in eorũ territorijs, nu. 1.

Rex an teneatur emendare damna, furta, delicta eius vaſſallis habendo vectigalia, &c. ibidem.

Territorijs ſi ſunt commiſſa furta & damna à quibus reſarciuntur, ibidem.

AD ſimilitudinẽ eſt compoſitum hoc Regni capit. de illis damnis datis, pro quibus Vniuerſitates tenentur, vt ſcripſi latiſſimè ſupra in capit. 45. Regis Iacobi à nu. 75. cum infinitis ſeq.
1 tom. 1. & eſt Pragmatica † Regni (quã habeo impreſſam extra volumen Pragmaticarum) facta in Menſe Augusti 6. Ind. 1593. circa extirpationem bannitorum, vbi de proprio præcipitur Vniuerſitatibus, in quarum territorijs ſint commiſſa delicta, vt ſoluant pulchrè Surd. deciſ. 340. inter conſilia eiuſdem vol. 4. & ſentitur in conſil. 272. nu. 13. lib. 2. eſt verum, quòd idem Surd. poſt Aff. Iſern. S. Thom. & alios in conſil. 83. nu. 9. & ſeq. lib. 1. ait quod hæc damna tenetur emendare Rex, v.g furta, latrocinia, & delicta, ex quo ad hunc effectum habet regalia, vectigalia, &c. De reliquo, quo ad illa verba in medio textus noſtri poſita, ibi, cum ſtolo, vide eod. ſupra in cap. 33. Regis Federici, & de hoc capit. mentionem fecit D. Maſtrill. deciſ. 164. nu. 16. & 17. lib. 2. vbi poſt Alber. in l. nequid ff. de inced. ruin. & naufrag. & q. 66. lib. 2. ſtatutorum ait validum eſſe hoc ſtatutum.

Marius Muta V.I.D.

De Notarijs, qui contractus releuij confecerunt, quòd teneantur infra Menſem tales contractus denunciare, & de pœna Comitum, Baronum, & Feudatariorum, qui iura releuij occultant. Cap. IV.

AD euitandum damna, quæ ex præmiſſorum contractuum ignorantia, & quarumcunque occupatarum, retentionum iuris releuij Curiæ noſtræ poſſent contingere, præſenti noſtræ conſtitutioni prouidimus adiungendum, quòd tabelliones, ſeu Notarij, qni dictorum contractuum, ſeu inſtrumenta, ſeu cautelas conficient, infra in menſem vnum à die celebrationis cuiuſlibet ipſorum contractuum Curiæ noſtræ, vel ſtatuto ſuper ipſo requirendo, & recipiendo Releuio, aut in ipſorum defectu, vel abſentia Secretis, & Procuratoribus ipſius Curiæ noſtræ, teneantur notificare dictos contractus. Quòd ſi in huiuſmodi notificatione defecerint, quiſque Notariorum ipſorum deficiens officio ſui notaria-

tariatus, seu Tabellionatus ipso facto priuetur. Comites vero, Barones, & Feudatarij, qui per trium Mensium spacium contractus eorumdem; & quascunque retentiones prælibati releuij occupãtes sub silentij nubilo pertransibunt, pænam duppli eius, ad quod Curiæ prædictæ pro eodem releuij iure tenentur, incurrant. Dat. in Castro Ioannis 11. Octobris VIII. Indic.

VIDE quæ dixi supra in cap. volentes, quod est cap.28 Regis Federici restrict. 14. remissiuè infra ad cap. 67. Regis Incliti Ioannis versic. quæ decima, vbi allego Pragm. concordantem cum isto capitulo, tom.6. quæ scripta de dicto cap. 67. reportaui supra ad cap. 110. Regis Federici hoc eod. tom 2. Marius Muta V.I.D.

AD LECTOREM.

Fecit etiam Rex Petrus, viuente Patre suo Rege Federico, Generalis Locumtenens vna cum prædictis constitutionibus, hæc alia quatuor Capitula, scilicet.

De receptione Bannitorum.
De non ferendis armis occultis.
De iure Releuij.
De non fauendis Iudæis.

Quæ capitula, quoniam superius cum constitutionibus Diui Patris sui inserta, ac simul libri vetustissimi auctoritate impressa sunt, superfluum esse arbitramur hic etiam reponere, ideoq; quod in filio deest, apud Patrem sciat se quisque reperturum.

Sunt hæc Capitula supra eod. cap. 108. 109. 110. & 112. Regis Federici.

Quod Comites, Barones, & alij non assumant in vassallum familiarem, vel amicum aliquem, qui exemptus est à subuentione Regia, seu qui Curiæ seruire tenetur.
Cap. V.

PETRVS II. Dei Gratia Rex Siciliæ, Serenissimi D.D. Federici Reuerendi Patris sui Regis, eiusdem Regni in ipsius administratione Generalis Locumtenens, Iudici Falcono de Falconibus de Messana Iustitiario Vallium Castri Ioannis, & Nemorum, Consiliario, & Fideli suo gratiam, & bonam voluntatem. Edidimus nuper certas constitutiones de consensu & voluntate dicti Domini Patris nostri, quas tibi, & alijs Iustitiarijs Siciliæ, nec non Straticoto Ciuitatis Messanæ, & Capitaneo

Ciuitatis Panhormi,& Cataniæ,& Terrarum Drepani,& Corilionis,& earundem Ciuitatum,districtuum,& eorum loca tenentibus sub sigillo nostro prouidimus destinandas, & tam per te,quam per successores tuos iuxta ipsarum continentiam, & tenorem in obseruantiam suscipiatis in perfectam dilectionem,& bonum nostrorum fidelium Siculorum. Et quia Nostra Serenitas comperit, quod nonnulli fideles nostri, armorum strenuitatem ex ipsorum exercitio iam adepti, excepti à nostra subuentione, vt eis detur materia, quòd in ipso exercitio armorum existant,& quod eorum numerus comitiuis assiduis propagetur, qui ratione ipsius exemptionis se nostræ Curiæ obligauerunt seruire seruitio vnius equi armati, aut alforati, submittunt se seruitio Comitum, aut Baronum nostrorum fidelium. Vnde euenit, quòd non tantum ipsorum, qui nobis seruire tenentur, subtrahatur numerus, sed eorum minuitur etiam, per quos seruitium dictorum Comitum, seu Baronum ipsorum Curiæ nostræ debetur, quia,cum per stipendiarios eorum seruire eidem nostræ Curiæ debent, seruiunt per eos, qui eidem nostræ Curiæ seruire tenentur. Cernentes itaque circa bonum,& tranquillum statum dictorum nostrorum fidelium, & reformationem ordinis seruitiorum per præfatos Comites, & Barones nobis,& eidem nostrę Curiæ præstandorum,nostrisque Fiscalibus commodis, consultè præsentium tibi, sicut alijs Offitialibus nostris,tenore mãdamus,quatenus receptis cõstitutionibus, attentis nostris prȩfationibus,literis,easdem constitutiones in tota prȩdicta iurisdictione tua tenaciter obseruari coneris, & studeas, donec in eodem officio fueris, facere obseruari. Præsentium quoque auctoritate, pro parte Celsitudinis nostræ iniungas dictis Comitibus, & Baronibus Vallium prædictarum, quod nullus eorum Baronem, alium Feudatarium, Militem, Burgensem, Scutiferum,aut quemlibet alium,cuiuscunque status, & conditionis existat, habitatorem,seu incolam Ciuitatum, Terrarum,locorum nostri Demanij, à nostra subuentione exceptum, qui ex causa exceptionis eiusdem, siue alia quauis causa seruitio equi armati, seu alforati, aut quocumque alio seruitio, seruire nostræ Curiæ teneatur, sub pæna vnciarum auri quinquaginta à quolibet prædictorum Comitum, & vnciarum 25. à quolibet prædictorum Baronum, quas per te ad opus,& pro parte nostræ Curiæ, si post intimationem tuam prædictam secus inde fecerint, irremissibiliter volumus extorqueri: in suum vassallum, seu in suam familiam, vel comitiuam de cætero teneat, aut assumat, seu tenere, aut assumere debeat, quoquomodo, nisi forte inter eos sit aliquis non exceptus,

quem ipsimet decorauerint titulo militari. Talem enim dictos Comites, & Barones similiter posse in eorum Comitiua, siue familia retinere permictimus; dum tamen à die datarum præsentium in antea numerando de prædictis exceptis dicti Comites, & Barones & stipendiarios, & eorum motu proprio, & arbitrio absque speciali celsitudinis nostrę mandato non assumant ad militiæ titulum, seu gradum, cum ipsi Comites, & Barones vassallis eorum commorantibus in Comitatibus, terris, & locis ipsorum alijs possint, & debeant præmissorum considerationibus contentari, & se non intromictere amodo aliquem prædictorum nostrorum Baronum, Feudatariorum, Militum, vel aliorum à præstatione subuentionis huiusmodi liberorum absque speciali Maiestatis nostræ permissu, atque licentia dictioni suæ submictere, seu eius seruitijs obligare; quibus submictendum, & obligandum se dictis Comitibus, & Baronibus, & ipsorum seruitijs, hoc nostrum edictum facimus generale per te, & alios offitiales nostros prædictos, ac successores in posterum obseruandum; videlicet, quod si Baro fuerit simplex, vncijs auri XII. si Miles simplex, vncijs VIII. si Burgésis, vel quis alius talis, vncijs auri V. Fisco nostro cōponat. In quarū extorsione pænarum te seuerum esse præcipimus, & ferocem, sic vt nostram gratiam charam habeas, nostræque Curiæ desideres in aliquo non deseruire. Præsentes autem, postquam tuum expirauerit officiū memoratum, vt obseruationem habeant successiuè, atque continuè cum actis, & alijs in Curia pēdentibus, successori tuo in eodē Iustitiariatus officio facias assignari. Dat. in Castro Ioannis XI. Octobris VIII. Indic.

Tractatur de materia seruitij militaris, de qua late discussi in cap. 39. Regis Iacobi tom. 1. & supra hoc eodem tom. 2. in cap. 20. Regis Federici in princ. & in versic. item in tantum. ¶ Not. ibi extorquere, & paulo infra in fine, ibi, in quarum extorsione, quod est licitum in casu dic. vt infra in cap. 7. Regis Martini extensione 5. tom. 3. ¶ Nota, in fine, quod officiales debent mandata Regis notificare successoribus in officio vide in conclusione capitulorum Regis Iacobi fol. 438. d. tom. 1.

Marius Muta V. I. D.

Quod cognoscentes de caussis Criminalibus non cognoscant de Ciuilibus, etiam si fuerit renuntiatum priuilegio fori: & contra confitentes debita ex contractu præter executionem non cognoscant de periurio.

Cap. VI.

PETRVS II. Dei gratia Rex Siciliæ, Iustitiarijs Vallis Agrigenti, partium Cephaludij, & Termarum, tam præsentibus, quam futuris, præsentes literas inspecturis, fidelibus

& eorum Locatenentibus, gratiam suam, &c. Volentes Regnum nostrum Siciliæ sub quieto cultu Iustitiæ gubernare, alios in ciuili, & alios in criminali Offitiales duximus statuendos, qui distri-ctè iurisdictionis eorum limites non excedant, ne promiscuis actibus officia in detrimentum Iustitiæ confundantur, ex quo populus noster proficit, & ipsorum vtilitas custoditur. Nuper vero pro parte Vniuersitatis Terræ prædictæ ad nostram audientiam cum quærimonia fuit deductum, quòd vos, seu vestrum aliqui iurisdictionis vestræ terminis non contenti, de causis ciuilibus, potius quæstus ambitu, quàm zelo Iustitiæ cognoscitis indistinctè: propter quod, nedum aliorum offitijs, iurisquè nostri Demanij, Secretiæ offitijs derogatur, quinimo nostrorum contemptus sequitur mandatorum. Verum quia nostræ apicis curæ conuenit, & honori, singula indirecta reducere ad regulam cum prouidentia statutorum, fidelitati vestræ, sub nostræ gratiæ obtemptu, firmiter, & expresse præcipiendo mandamus, quatenus visis præsentibus, nullus vestrum sit, qui de causis ciuilibus (nisi in priuilegiatis personis, vel quando per partes in vos fuerit iurisdictio prorogata solenniter, & expresse, cum ex certa earum scientia sciant vos ipsorum non esse iudices competentes) se ingerat, nec aliquatenus intromictat, non obstante, quod ex parte conuenti in contractibus fuerit renuntiatum priuilegio fori, & legi, si conuenerit, cum talis renuntiatio vobis iurisdictionem non tribuat, nec concedat, sed ex hoc parti agenti auctoritas seruatur ius suum prosequendi, aut in Magna nostra Curia, aut ciuili, nec etiam contra confitentes debita præter executionem aliquam liti cedentes, ad periurium ratione sacramenti in contractu appositi procedatis, ne per obliquum ad cognitionem causarum ciuilium veniatis, quod directo fieri prohibetur, cum ad corroborationem causæ ciuilis iuramentum in debitorum contractibus operetur.

SVMMARIVM.

Iudex ciuilis nō impedit se in iurisdictione criminali. & è conuerso, nu 1. fallit in casibus, ibid. & an possit prorogari iurisdictio nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 11.

Iurisdictio potest prorogari, & quando, num. 2. cum seq.

Iurisdictionis prorogatio non cadit de vna ad aliam speciem, nu. 3. & 4.

Iurisdictio potest scienter, & expresse prorogari, nu. 5. & seq.

Fori declinatoria an possit per laicum renuntiari, nu. 6.

Iurisdictio potest prorogari de vno ad alium gradum, nu. 7.

Iurisdictionis prorogatio potest fieri de vna summa minore ad aliam, nu. 8.

Iurisdictio delegati non potest prorogari, nu. 10.

Iurisdictio Magistri Iustitiarij an, & quando possit prorogari, n. 11. & seq.

Iudex criminalis an & quando possit super ciuili cognoscere, nu. 11. 12.



E hoc Capitulo
scripsi infra in ca-
pit. 1. Regis Al-
phonsi tom. 4. &
in vtroque dispo-
nitur, quod sepa-
rata est crimina-
1 lis iurisdictio † à
ciuili, nec alter
Iudex se impedit in alterius iurisdictio-
nis limitibus, non obstantibus renuntiá-
tionibus fori, & priuilegio l. si conuene-
rit ff. de pactis, nec per indirectum, nec
per obliquum, vt hic habetur; Nisi vt
hic disponitur, & in d. cap. 1. nu. 6. & 7.
simus in personis priuilegiatis, vel nisi
iurisdictio esset prorogata, addo And. de
Isern. in constit. Regni, statuimus tit. de
offic. Mag. Iustit. lib. 1. fol. 64. nu. 60. &
seq. vbi arguendo primo à contrario,
postea (scienter, vel tacitè contestando
limitem, aut non opponendo, quod est
suus Iudex iuxta l. 1. & 2. & l. sed, & si
susceperit ff. de iudic. cum similib.) ait
2 quòd potest prorogari † iurisdictio per
l. 1. C. de iurisd. omn. iudic. l. procurator.
C. de pę. Cardin. Zabarel. in cap. P. & G.
quæst. 12. extr. de offic. deleg. loquor in
Iudice ordinario, quia in delegato aliud
est vt per Surd. cons. 280. nu. 2. lib. 2. &
subdam modo, & sic licet alibi legerim,
quod non datur prorogatio coram iu-
3 dic. criminali † ad causas ciuiles, vt post
Fælin. Soccin. Iason. Riminal. Franc. Mar
cus, Vant. & Natt. sentit Surd. cons. 56.
nu. 16. vol. 1. ratione, quia de vna specie
4 iurisdictionis ad aliam non cadit † pro-
rogatio, Farinac. tit. de inquisit. quæst. 1.
nu. 56. part. 1. Bart. Candin. Angel. Vant.
Corrad. & alios, & tanto magis subdunt
ipsi DD. quia si daretur prorogatio co-
ram criminali Iudice quoad causas etiã
ciuiles, vtique hoc tenderet in præiudi-
cium Iudicum ciuilium M. R. C. ad quos
spectat causarum ciuilium cognitio,
quod esse non potest ex eod. Natt. Bald.
Marant. Castrens. & alijs ab eodem Sur-
do nu. 13. & 24. vbi subdit, quod in præ-
iudiciũ tertij impeditur præsertim pro-
rogatio ex Io. Monach. in cap. accusatus
§. de quæst, de hæret. in 6. Seysell. in l. 1.
§. & post operis col. fin. ff. de oper. nou.
nunc. Decis. Pedam. 78. nu. 19. tamen
5 supradicti DD. non negare intelligun-
tur, quod possit expressè, solemniter,
& cum certa sciẽtia iurisdictio ipsa pro-
rogari, vt hic, & ita sentiri infra in cap.
321. Regis Alph. sub versic. in tantum
to nu. 5. Azo. in summa tit. vbi de crimin.
agi oport. gloss. in l. 1. in verbo inchoa-
tam ibidem, & in l. 1. ff. de iudic. vbi
Bart. nu. 9. Bald. nu. 13. Alberic. nu. 4.
Curt. Iun. nu. 39. qui testatur de ma-
** gis * com opin. & Cagnol. nu. 49. quos
sequitur Dominus Preses Balthassar de
Amescua in suo tract. de potest. in se ip-
sum cap. 19. nu. 26. & 27. lib. 1. ex Clar. in
§. fin. quæst. 42. Farinac. quæst. 7. nu. 3. l.
15. tit. 1. Part. 7. Hyspaniæ, quicquid vo-
luerit Speculat. Marsil. Osasc. & Marant.
quos reprobare videtur ipse Amescua,
ratione, quia ipsi laici possunt facere
hanc renuntiationem declinatoriæ fori
6 † hoc modo, vt in d. cap. 511. scripsi, &
maximè stante illa obligatione in formã
Cameræ, de qua dico in cap. 542. eiusd.
Regis Alphonsi, quæ est talis efficaciæ,
vt non possit allegari in competentia
iudicis, nisi eo modo, vt ibidem decla-
raui etiam in criminalibus, quia in ea
non consistit naturalis defensio, vt per
Marsil. in l. vnius §. cognitorum nu. 60. ff.
de quæst. & in sua pract. §. examinanda
nu. 14. Bald. in l. si accusatoribus nu. 11.
C. de accusat. & in l pen. n. 9. C. de pactis
cũ concordantib. positis per eundem de
Amescua loco citato nu. 26. esto quod in
causis ipsis criminalibus per viam inqui-
7 sitionis procederetur, sicut de vno † ad
eundem gradum potest iurisdictio pro-
rogari, & species iurisdictionis potest
prorogari ad eandem speciem, Cyn. &
alij in l. testamenta C. de testam. Surd.
loco citato nu. 32. 33. vbi, quod species
illa iurisdictionis, quam habet Iudex in
suos subditos, potest in alium iudicem
eiusdem speciei prorogari ex Riminal.
Alex. Castrens. Bald. & alijs sicut dixi su-
pra in cap. 40. Regis Iacobi nu. 22. 23.
tom. 1. quod de vna summa maiore ad
8 aliam minorem † potest fieri proroga-
tio, & per ea, quæ dico infra in propo-
sito in cap. 91. Regis Ferdinandi versic.
aduerte tamen vbi suppleo tom. 7. & per
Farinac. loco citato à nu. 56. vsque ad
nu. 67. qui ponit more suo eleganter ali-
quas fallentias, an, & quando possit ci-
9 uilis Iudex † incidenter cognoscere de
criminali, & è conuerso, de quo etiam
dixi in d. cap. 1. Regis Alph. nu. 10. & in
cap. Rit. 148 addo Surd. cons. 139. nu. 1.
lib. 1. & cons. 266. col. 2. & 3. lib 2. vbi la-
tè præsertim si per viam inquisitionis
hoc fieret quod tamen non placet ipsi
nu. 5. & 18. quia restitutio incidenter
nunquam fit, nisi petatur à partibus,
non si à Fisco, qui tendit ad publicam
vtilitatem ex Salic. Bart. Ruyn. Ang.

C rau.

Crau. & multis & nu. 19. vbi quod in causis ciuilibus non fit inquisitio. Illud solum video non posse iurisdictionem propagare clericum in laicum, nec in alium, vt in cap. 37. Regis eiusdem Ferdin. scripsi extensione 5. eod. tom. 7. cum
10 similibus, prout nec est delegati † iurisdictio prorogari, vt tetigi superius, & voluit post Cyn. Abbat. Castr. Iacobin Marc. Marāt. & alios de quibus per eundem Surd. d. cons. 280. loco citato, & hoc in delegato inter certas personas, secus in delegato generali, quia tunc habetur pro ordinario, & admictitur prorogatio, vt ipse Surdus tenet nu. 18. & 19. sicut subdidit ibidem nu. 3. quod nec iurisdictio siue delegata, vel ordinaria limitata ad certam qualitatem causarū potest prorogari ex eod. Cyn. Bald. Alex Abb. Anchar, Felin. Vant. & multis, nec de vna ad aliam speciem causarum, vt vidimus. Hinc est verum, quod coram criminali Iudice, & si non possit fieri vocatio, attamen non prohibetur proroga-
11 tio † dummodo in dicta prorogatione non sit idempticas eiusdem generis personæ, sed quòd sit eiusdem generis idemtitas causæ, vt per Isern. loco præcitato.
12 Sicut potest esse etiam quod Iudex † criminalis licet non cognoscat de ciuili, tamen inter certas personas potest; prout est Magister ipse Iustitiarius, vt loquitur ibidem Isernia, & tetigi in sua materia infra in cap. 230. Regis inuictissimi Caroli versic. secundo tom. 8. tit. quod officium Magistri Iustitiarij, sicut etiam legitur, quod potest ipse capere, & ponere carceratos ad nomen Iudicis criminalis posui supra in cap. 47. Regis Federici hoc tom.

V. I. D. Marius Muta.

Quod restitutiones non concedantur aduersus sententias etiam personis restituibilibus. Cap. VII.

CVM propter incongruitatem, quæ ex restitutionibus petitis ex integro post diffinitiuas sententias succedebat, videlicet, quod fiebant lites perinde immortales, & quęstiones nunquam finali silentio sopiebantur, restitutione restitutionibus conculcata, nouæ legis constitutione, non sine deliberatione nostri Consilij diligentius per totum Regnum, ac Magistratus, & Præsides singulis fœlicis nostri Dominij nuper decreuimus obseruandum: quod huiusmodi restitutiones ex integro aduersus diffinitiuas sententias omnibus, quantumcunque restituibilibus, penitus denegentur: vbi videlicet personæ easdem restitutiones petentes ex integro in processu litium, seu iudiciorum beneficijs restitutionum indultarum à legibus sint potitæ; fidelitati vestræ firmiter, & expresse mandamus, quatenus dictæ nouæ Constitutionis legē tam in prædicta, quam in omnibus alijs causis, & quæstionibus in vestro iudicio actitandis, tenaciter, & inuiolabiliter obseruetis. Dat. Cathaniæ 7. Maij. 7. Indictionis.

SVMMARIVM.

Restitutiones integrum an, & quando concedantur, nu. 1. & seq.

Restitutiones non conceduntur aduersus restitutiones petitas, nu. 2.

Restitutiones aduersus sententias tunc conceduntur, quando alias non essent peti-

petita, nu. 3.

Restitutiones aduersus sententias eas suspendunt, nu. 4. & seq.

Restitutio in integrum conceditur etiam aduersus sententias Consistorij, & Regis, ibid.

Appellatio non datur à sententia Consistorij, & Regis, ibid.

Restitutione in integrum pendente nihil est innouandum, & quando, nu. 5.

Restitutio in integrum si fuit petita, & nil probatum, videtur calumniosè petita, & si fit executio sententiæ, ibidem cum seq.

Concluso processu si Iudex admittit partem ad probandum, videtur reuocata conclusio quoties est probatum aliàs nil valet, nu. 6.

Accusatio si est proposita, & nil esset per informationes probatum tantum valet ac si non esset facta, nu. 7.

Restitutio in integrum an detur aduersus præscriptiones 30. vel 40. annorum num. 8.


IMPERFECTA, & manca est hæc rubrica, quæ si sic vt posita est dictaret, esset contra omnes regulas iuris communis, & ob id vbi dicit
1 quod restitutiones † in integrum non concedantur aduersus sententias, etiam personis restituilibus, debent subdi, & addi hæc verba, nempè vbi easdem restitutiones in processu litium dictæ personæ petentes, essent potitæ, & ita realiter cantant verba huius nostri capituli, vt subditur in textu, ibi, vbi videlicet, &c. aliter est mala rubrica, quia non est verum simpliciter dicere, quod restitutiones in integrum non concedantur etiam personis restituibilibus aduersus sententias diffinitiuas, immo totum contrarium inuenio, vt dixi aliqua in capit. Ritus 118. vbi de hoc memini tom. 4. & propterea bene dicunt illi qui aiunt hoc capitulum non esse in obseruantia, vt fuit disputatum in allegationibus Domini olim Consultoris de Amescua in M. R. C. Ann. 1596. nam est verum quod non seruatur quo ad lecturam huius rubricæ, non autem quo ad totum textum præsentis capituli, quia sanctè, iustè, & legaliter est compositum, concludendo in summa, vt prædixi, quod
2 restitutiones aduersus † restitutiones petitas, & obtentas non conceduntur, ratio est clarissima, nam vt dicit hic textus restitutiones restitutionibus conculcarentur, & lites fierent immortales, quod est prohibitum, vt subdam inferius in notabilibus. Tunc sunt licitæ
3 restitutiones † peti aduersus sententias quando nullo vnquam tempore essent obtentæ, & petitæ, & hoc est de iure communi per quod isto modo, simpliciter intellecto, sunt admissæ l. vnica C. de integr. restit. intantum vt suspendant aliquan-
4 do † sententias ipsas, vt ait Matth. de Affl. in constit. Regni, inter multas sub nu. 9. tit. 83. de offic. Magistri Procurat. lib. 1. & ex his, quæ scripsi in Ritu 116. nu. 3. eod. tom. 4. idem Affl. decis. 356. Fuit dubitatum vbi plus dicit quod etiã conceditur restitutio ipsa in integrum à sententia Consistorij, vel Regis, à qua regulariter est prohibita appellatio, & nihilominus impedit exequutionem ipsius, si absque calumnia esset petita, nec esset executio sententiæ oriens ex contractu, vt per Nostrates, & Cumiam in capit. Rit. 122. & subdit ipse Affl. in in d. constit. inter multas, in tantum esse verum, vt pendente dicta restitutione
5 in integrum, nihil innouandum sit (quemadmodum dicitur de appellatione pendente) vt posui in commentarijs consuet. Panormi cap. 71. nu. 12. est verum subdit ipse Affl. quod dato termino ad probandum, nihil probaretur, tùc fiet executio ipsius sententiæ, ac si non esset dicta restitutio in integrum petita, quia calumniosè videtur petita, ex Bart. in l. ait prætor §. Marcellus ff. de iudic. & in l. defendere ff. de author. tutor. Abb. in cap. suscitata de restit. in integr. Bald. in l. fin. C. si ex fals. instr. Iason in l. si causa C. de trans. sicut quan-
6 do concluso † processu Iudex admitteret partem ad probandum aliquid, nam videtur reuocata conclusio, si probabit, sed si nihil probabit, habetur ac si nihil actum est, cum paria sint aliquid allegare, & non probare, aut nihil allegare cum alijs similibus illationibus, quas facit ipse Affl. prout dicimus, quod quando accusatio esset proposita † & nihil probatum, nec deductum per informationes tantum valet, ac si non esset accusatum, vt demonstro infra in cap. 359. Regis Alph. propè principium tom. 5. ex Alberic. in l. libellorum ff. de accusat. Affl. in constit. priusquam in 3. notab. Marant. & alijs per Bonior. citatis alleg. 12. lib. allodial.

Not.

Not. ibi ne lites immortales fiant, sic infra in cap. 171. Regis Alph. Ritus ibi terminus autem tom. 4.

8 Sed quid aduersus præscriptiones † 30. vel 40. annor. an detur restitutio in integrum, vide quæ scribo infra in cap. 57. Regis Martini in 14. intellectu vbi est materia tom. 3. Et per hæc sit impositus finis huic Tomo ad laudẽ D. O. M. & si quid scripserim quod non satis iuri Canonico, & Ciuili conueniat, id iddem iustius, meliusque sentientis iudicio, exemplo Diui Augustini in cap. si habes 24. q. 3. submitto.

FINIS TOM. SECVNDI
CAPITVLORVM
REGNI.



REPERTORIVM
COPIOSISSIMVM
PRÆCIPVARVM
SENTENTIARVM
IN SVMMARIIS
VNIVSCVIVSQVE
CAPITVLI
CONTENTARVM.

Ab eodem

V. I. D. MARIO MVTA

AD FACILIOREM INVENTIONEM
compositum.



A

B.

solus

Bap-

C.

b Citatio

deponat

Decima

Diuinationes.

e Electio

F

Feudum

Feudnm

Feuda

d Feuda

Fiscalibus

alapa

I

Iudæi

M

tur

O

Offi-

f persona

f 2 Princeps

Q


R

Remissio

Regis

Sub-

Triremium


FINIS.







